DE EMENDATIONE THEOGONIAE HESIODEAE LIBRI TRES.

SCRIPSIT

GVIL. IVLIVS CAR. MVETZELL

PHILOSOPHIAE DOCTOR.

LIPSIAE

SVMPTIBVS C. H. F. HARTMANNI.

A. MDCCCXXXIII.

VIRO CLARISSIMO

M. H. E. MEIERO

ELOQVENTIAE ET LITTERARVM ANTIQVARVM
IN ACADEMIA HALENSI PROFESSORI PVBLICO
ORDINARIO

PRAECEPTORI SVO

DEDICAVIT

IVLIVS MVETZELL.

PRAEFATIO.

Scripta fuit haec commentatio ante biennium quum ab amplissimo philosophorum ordine Academiae Halensis summos peterem in philosophia honores. Quam quum viris eruditissimis et cultissimis, praeceptoribus meis, non ab omni parte improbari intellexissem, ratum habebam quod prius iam ceperam edendi consilium, non illiberali elatus mei fidentia, sed quod parendum esse iudicabam maiorum legi, qui ab adolescentibus studiorum academicorum rite permensis stadia publicum aliquod eruditionis documentum severe exigebant. Sed quoniam in maius excreverat opusculum, quam huic scriptionum generi concedi solet, nec ad certamen publicum propter angustias temporis apparari poterat totum, tunc selectas quasdam easque potissimas disputationis nostrae sententias typis curavimus exprimendas auctoritateque ordinis amplissimi publice defendimus, omnem vero commentationem quam proxime oblata occasione edendam esse constituimus. At diuturna iam frustratione detentum subito oppressit funesta rerum privatarum ruina, ita ut integrum prope annum tantum non omni litterarum studio abalienarer. Interea primus venit Goettlingiani libri nuntius: qui quum haud mediocri me perculisset timore: videbar enim amissurus omnem laborum meorum fructum: mox tamen facta libri copia paullo me sentiebam recreatum et ad edendum potius quam ad premendum pelliciebar. Quod quomodo acciderit, libri primi capite

ultimo satis illustravimus. Paullo post igitur, quum honestam hanc nactus essem edendi opportunitatem, nihil cunctatus magnam libri partem continuo tradebam redemptori. Verum nondum exhausta erant pericula: novum iam et unum omnium gravissimum inscio imminebat et imparato: prodiit censura exemplaris Goettlingiani ab Hermanno Actis Vindobonensibus scripta, omni illa tum ingenii cultu tum eruditionis apparatu adeo astructa et exornata, ut propemodum instar editionis haberi possit. Premendum vero nobis in hac causa illud est, quod quum in manus venissent Acta, commentationum nostrarum liber primus iam fuerat typis exscriptus, secundus autem diu traditus redemptori. Quodsi paucis aliquot exemplis in eandem et ab Hermanno et a nobis disputatum est sententiam, haud quemquam animi tam abiecti atque ignobilis fore speramus, ut aliena me scrinia compilasse insimulet. Testor in hanc rem aequalem totius scriptionis tenorem, constantem librorum usum, stabile iudicandi disserendique genus: testor gravissima tum Halis tum Berolini summorum virorum nomina, qui commentationem dudum usurpando cognorunt. Ceterum Hermannus quamquam ad singulorum exemplorum emendationem multa et praeclara saepenumero contulit, tamen nec in genere disseruit de causis emendationis, nec universum rei criticae apparatum aut in numerato habuit aut ad usum vocare voluit. Sic factum est, ut multis locis virum excellentissimum aut sequi non audeas, aut a vero aberravisse strenue contendas. Quam vero dudum explicuit interpolationum doctrinam, eandem illic quoque tenuit et exornavit: sed quum ea quae a me adversus istam his libris exprompta sunt argumenta, nusquam aut refutarit aut attigerit ullo modo, cur singulorum exemplorum tractationi subtili eique parum fructuosae diutius immorer nihil video causae.

Plura de memet ipso licet invitus exposui: neque enim supersedere potuisse videbar narratione importuna, ne iniquius et de me et de opera mea iudicaretur. Reli-

quum est, ut commentationum mearum consilium ac finem paucis describam, tum ne exigantur a nobis quae praestare noluimus, tum ne ea quae et voluimus praestare et praestitisse nobis videmur, morosius percenseantur.

In omni hoc carmina Graecorum antiquissima castigandi negotio maximopere curandum est, ut certa quaedam temporum intervalla ex historia litterarum antiquarum plenius describenda accurate notentur et summo cum studio usquequaque observentur. Quae quum vulgo maximam partem non disparata fuerint et inter se permista, fieri non potuit, quin omnis fere opera critica arbitrio potius quam ratione regeretur.

Etenim ab origine carminum ad nostram usque memoriam sex fere separanda sunt temporum spatia, quae quum vario modo omnia obfuerint integritati illorum, diversissimam singula eamque diligentissimam sibi expetunt considerationem. Primum advertunt animum tempora ea, quae continentur origine carminum et scriptorum exemplarium confectione. Hinc pedetentim erit ad criticorum Alexandrinorum disciplinam progrediendum. Quod sequitur deinceps vastissimum multorum saeculorum spatium donec litterarum Graecarum studia tum Romae tum Alexandriae tum Byzantii deficiebant paullatim et exstinguebantur, longe intentiore quam quae praestita illi est criticorum cura dignissimum est. Idem summo iure de proximis saeculis pronuntiare licet, quum primum studia illa Byzantii saeculo nono essent aliqua ex parte instaurata, deinde per saecula aliquot tum illic tum propinquis regionibus admodum studiose colerentur. Paullo post translato in Italiam Graecarum litterarum amore et studio, quum Homeri Hesiodique carmina ad sextum decimum usque saeculum ab doctis et indoctis hominibus saepe illic transcriberentur, nisi permulta ac praeclara hodieque exhiberent istius curae socordiaeque monumenta maximopere esset mirandum. Denique ex quo primum typis exarata sunt carmina ad nostrorum exemplarium splendorem tam singularia ac recondita

fuerunt eorum fata, ut de omni emendandi negotio prudenter et vere non possit iudicari nisi ab eo, qui singula deinceps exemplaria studio et alacri et aequali examinaverit.

Perspicua profecto est partitionum ratio, neque exilis atque contemnendus earundem in re critica usus. Ad hanc enim temporum descriptionem criticus carminis apparatus iudicio acerrimo erit disponendus, ad eandem normam omnis opera critica severe dirigenda et construenda. Quod quum vulgo mirum in modum negligi videatur atque contemni, quamquam omnibus, quae sub idem iudicium cadunt, carminibus magnum inde detrimentum enatum est, haud scio tamen an ulli fuerit maius quam Theogoniae.

Nam qui nostra memoria in carmine hoc ad integritatem qualemcunque revocando vario consilio operam collocarunt, de antiquissima eius conditione, de vera ratione fabularum, de auctoris aetate ac de omni, qui obtinuit tunc inter Graecos, vitae animique cultu ingeniose multa et probabiliter exposuerunt: quibus in rebus si sese continuisset illorum diligentia, summam sine dubio tulissent ab omnibus laudem. Verum eadem via omne negotium criticum absolvi posse rati, quum summa artis fastigia conscendere vellent, licet humilem critici diligentiam diuturnosque labores essent aversati, fieri non potuit, quin et in genere de emendationis causis et de singulis exemplis, quae lectionis discrimina ostendunt aut sub depravationis suspicionem cadunt, perverse magnam partem iudicarent. Scilicet adeo insinuarunt sese antiquitatis remotissimae cogitationi, ut interdum eis paene excidisse opineris, quanto nos ab illa seiuncti simus temporis intervallo. Itaque hodierna Theogoniae exemplaria nostra aetate typis impressa quam exiguam mereantur fidem et quam fortuito et absque rationis auxilio maximam partem parata sint, a nemine dum exploratum est: ita ut quae novissimis demum saeculis editorum libido instituit, ab illis nonnumquam inter

genuina antiquitatis monumenta recensita sint. Deinde codicum manu scriptorum dissensum — si apertos excipias librariorum errores — non ad iusta rationis historiaeque principia disterminabant atque disponebant, verum aut ex Alexandrinorum auctoritate derivabant aut suspiciebant etiam tanquam altioris aevi reliquias: ut paucis dicam, circa singulorum exemplorum crisin tam futilia sequebantur et inepta iudicii principia, ut si in genere quisquam talia pronuntiare esset ausus, omnium risu fuisset exceptus. Praeterea reliquus rei criticae apparatus, qui partim omnium studio patet in scholiis vulgatissimisque grammaticorum libris, partim non sine magno ac diuturno labore ex imis antiquarum litterarum latebris erat comparandus, adeo neglectus iacuit atque ignotus, ut ne doctissimis quidem viris et qui in his litteris regnant, omni ex parte innotuisse videatur: peccarunt quippe iuxta reliquorum gregem. Denique ad eum locum, ubi de hodierna carminis forma et conditione explicandum erat, quum omni tum antiquitatis doctrina tum recentiorum temporum notitia vel maxime opus sit, nihil isti afferebant aliud nisi obscuram quandam et fictitiam magna ex parte summae antiquitatis imaginem.

Haec omnia quum citra veritatem dicta non sint: id quod et expertis facile concedetur et affatim, ut arbitror, illustratum a me est libro primo: perspicuum est, neglectam fere iacuisse eam operae criticae partem, quae ad philologicam disciplinam proxime pertinet. Hanc igitur quam nobis sumpsimus pertractandam, adeo videmur percoluisse his libris, ut universa Theogoniae crisis ab suspecta recentissimorum exemplarium fide ad certam antiquitatis traditionem, quoad eius fieri poterat, sedulo fuerit traducta. Laboriosissimam profecto in hac causa ingressus sum viam nec multorum plausu exceptum iri confido. Verum transigenda tamen est via, ut ad remotiorem antiquitatis memoriam certior aperiatur aditus. Videmur igitur firmissimum exstruxisse operae criticae fundamentum, quo

sine magno discrimine niti queant qui Hesiodi carmine ad alias antiquarum litterarum disciplinas componendas ornandasve uti aut abuti velint.

Interim quum rem arduam aggressus fuerim nec expeditam, nonnulla dubitari non potest quin aut falso aut parum concinne disputasse videar: quae quidem ab aequis iudicibus placidius, spero, ac remissius aestimabuntur, propterea quod primitias studiorum has esse significavimus. Deinde quum ingens praesto esset rei criticae apparatus sponteque nasceretur nova expromendi saepenumero occasio, difficillimo digerendi disponendique negotio fortasse non semper fungebar ea dexteritate animique agilitate, ut et disputationis filum ubique conspiciatur nec admodum iniucunda facta sit lectio. Quamobrem ut quantum in nobis sit medeamur malo, summam commentationum nostrarum paucis hoc loco explicabimus: sic et quem finem habeant atque usum clare apparebit, et eis qui perlegendi illas haud aversentur laborem magnum enascetur praesidium.

Quae fuerint ante Alexandrinorum criticorum aetatem, ex quo certa constat rerum Graecarum memoria, Theogoniae fata, quum nulla asservata sint scriptorum testimonia, maximam partem obscurum est. Illud vero ex indiciis quibusdam haud ambiguis certo collegisse videmur, quod quae tunc obtinuit inter Graecos carminis fama, non modo hodierna eius specie, verum ea ipsa, quam critici Alexandrini sive probarunt sive acceperant traditam, aliquanto erat uberior.

Grammatici Alexandrini, ut videtur, antiquissimi, quorum ad castiganda carminis exemplaria eximia collata erat opera, prooemium duplex eo posuerunt loco, quo nostri exhibent libri, omnemque percurarunt materiae dispositionem. Sed de genuina carminis origine quicquam eos exprompsisse dubitationis, nequaquam compertum habemus.

Exemplaria nostra, quae ex recentiore quae fuit post Augusti aetatem schola Ale-

xandrina prodisse probabile est, ab illis magna ex parte nihil discrepant. Quam in rem primum permulta valent scriptorum documenta: deinde ubi deficiunt, partim opitulatur fabularum cogitationumque nexus, partim praetermittendum non est, quod nec semper inter veteres magna vigebat Hesiodeae poeseos aestimatio carminisque studium, et multa interierunt scripta praestantissima, ex quibus testimoniorum copia multum etiam accumulari potuisset.

Verum cavendum tamen erit, ne nimis facilem locupletemque exemplaribus nostris adiungamus fidem: nam ex quo curata illa primum ab Alexandrinis sunt ac disposita ad nostram usque aetatem permultas atque insignes subiisse mutationes certissimis rationibus demonstrasse videmur.

Primum advertunt lacunae tum narrationis tum sententiarum adeo singulares et absurdae, ut non ab temerariis librariorum grammaticorumque studiis, verum ab mira quadam ac rara fortunae iniuria repetendae esse videantur.

Sed multa assunt item humanae industriae documenta admodum importunae et inconsideratae: demutata enim interdum sunt aut omissa quae morum severitati nociva ducebantur, quaeque ab vulgari fabularum traditione discedebant aut aliam ob causam magistris scholasticis displicuerunt.

Insuper accesserunt etiam additamenta quaedam partim optimae indolis, reliquiae videlicet Hesiodi aliorumque poetarum fabulosae, quae vetustissimis grammaticorum commentariis propagatae ac recenti memoria ob similitudinem materiae interpositae sunt; partim fictitia infimaeque dignitatis, ad faciliorem sermonis epici intellectum accommodate instituta. Horum tamen non omnia ad nostram memoriam perlata sunt.

Haec quum per se maximae sint auctoritatis ad omnem operam criticam regendam, tum longe etiam videbuntur graviora, si mutationum illarum origo aperiri et ex certis quibusdam temporum intervallis describi potuerit accuratius.

Fundamento in hac disquisitione illud est, quod exemplaria carminis, quorum hodie facta est copia, saeculo quarto decimo, quinto decimo, sexto decimo exarata, ab ea carminis traditione, quae saeculo decimo et undecimo ferebatur Byzantii, non multum discedere compertum est. Valet in hanc sententiam prae ceteris spissum Ioannis Diaconi Galeni corpus Allegoricum, de quo nolui longum nectere sermonem, tum quod res perspicua erit usurpanti, tum quod de impeditis quibusdam exemplis sine codicum praesidio nihil definiri poterit. Diacono deinde conveniunt varia grammaticorum monumenta.

His positis, reliqua temporum spatia, quae Alexandrinorum aevo et saeculo decimo comprehenduntur, animo permetientem et examinantem principio illud advertit, quod primis temporibus dum docta litterarum studia a permultis colerentur, fortuitis his ac violentis mutationibus publice saltem non potuit infestari carmen: criticorum autem curam illa aetate admodum mitem et conservandi potius quam novarum rerum cupidam fuisse constat.

Mox vero quum carmen, quod propemodum oblivione fuerat paullatim oppressum, propter theologorum rixas denuo studiosius quaereretur ac paene revivisceret, deinde stabilita re Christiana, in scholis publice exponeretur pueris, fieri profecto potuit tum scholarum in usum, tum partium studio ut nonnulla aut premerentur aut accederent.

Verum quum plena scriptorum observatione in eam perducamur sententiam, ut saeculo quarto et quin-

to longe et pleniorem nostra et emendatiorem inter Graecos praevaluisse contendamus carminis traditionem, nihil iam reliquum est, nisi ut nono demum saeculo instauratis paullatim Byzantii litterarum antiquarum studiis hodiernam fere Theogoniae formam constitutam ac perpolitam fuisse ponatur. Proficiscitur autem disputatio inprimis ex eo, quod omnia Theogoniae scholiorumque antiquorum exemplaria manu scripta ex uno eodemque codice originem duxerunt: quam quidem rem ex indole totius apparatus critici adeo nobis videmur commonstrasse, ut universae disputationi tanquam firmissimum fundamentum substrui certo possit. Primarium igitur Theogoniae exemplar, cui debemus pretiosissimum hoc antiquitatis monumentum, eo tempore quo litterarum Graecarum et inprimis poetarum vetustissimorum studium Byzantii aut deficeret prorsus aut prope esset nullum h. e. saeculo septimo et octavo forte fortuna conservatum, post idoneum invenit aestimatorem et ab interitu vindicatum est. Interim non unicum hoc dixerim tunc obdurasse fortunae iniurias: plura erant fortasse servata: sed quum frustra exspectaverint sospitatorem, paullatim perierunt: videlicet litterarum studia Byzantii tunc a perpaucis regebantur, penes quos summum esset probandi improbandive arbitrium. Illud autem quod diximus exemplar primarium quum per longum annorum spatium alicubi iacuisset intactum, partim communem illa regione codicum manu scriptorum non potuit evitare sortem: quippe libris conservandis iniquissimum illic constat esse aerem: partim singulari aliquo infortunio infestatum fuisse probabile est. Sic accidit, ut non modo integri versus versuumque particulae legi non amplius possent, verum exciderent etiam aliquot folia. Qui vero mox restaurandum atque castigandum sibi sumpserunt librum, quum nec ingenio nec eruditione nec prudentia excellerent, eam edolarunt

Theogoniae formam, quae criticorum nostrorum acumen mirum in modum exercitavit.

Seriore aetate quamquam intentissima multorum cura carmini erat destinata, vix pauca tamen indagari possunt graviorum mutationum specimina, quas post saeculum decimum procusas fuisse constet. Maximam enim partem tum grammatici tum librarii continuerunt sese in eo, ut singula quaedam poetae verba curarent, corrupta utcunque castigarent, castigata corrumperent. Quippe abunde a nobis est illustratum, quod omnis codicum discrepantia, paucis exemplis exceptis, tum Byzantii post saeculum nonum tum in Italia maxime inde ab saeculo quarto decimo variis grammaticorum studiis paullatim enata est: ita ut aliquando, ubi plura collata erunt carminis exemplaria, continuam quandam seriem recensionum ab grammaticis novissimis comparatarum aperire liceat.

Haec si vere disputata sunt, critici nostri in omni prope castigandi emendandique negotio ab recta via multum deflexerunt.

Nam primum quod eam attinet operae partem, quae in castigandis poetae verbis occupata est, exemplaria nuperrime edita, etiamsi vano *recensionum* novarum nomine glorientur, protinus relinquamus et ad vetustissima tum typis in Italia primum exscripta tum manu exarata ubique regrediamur necesse est. — De codicum fide et auctoritate quamquam propter summam paucitatem eorum, qui accurate iam sunt excussi, nondum possunt accurate describi omnia, illud tamen affirmare licet certissime, quod carmen propagatum illis est et multis modis vitiosum et ab integritatis laude unum omnium remotissimum. — Quocirca ea tantum scripturae genera quae locupletissimis scriptorum antiquorum testimoniis stabilire licet, plenam et absolutam habere possunt fidem. Reliqua omnia licet sententiam compre-

hendant et appositam loco et commode enuntiatam, nequaquam extra omnem dubitationem posita esse duco. — Si vero discrimina codicum componenda sunt iis in locis ubi nulla assunt veterum testimonia legitima, omnia iudicii praesidia ex sola sententiae dignitate et ex certis rei grammaticae ac metricae legibus quaerenda erunt. Nam nec numerus codicum ullam facile exserat potestatem, ubi ex uno omnes originem duxisse convenit, nec vetustiorum librorum auctoritas usquequaque praestabilior habenda est, propterea quod novissima etiam exemplaria accidere poterat ut magis puram atque sinceram forte propagaverint primarii imaginem. — Deinde ubi plerique codices in scriptura manifesto vitiosa consentiunt, perpauci vero eiusmodi genus offerunt, quod et sententiae satisfaciat et grammaticae, haec quamquam in orationem introduci sine dubio poterit, non erit tamen continuo vera aestimanda h. e. ea quae ab Alexandrinis criticis aut posita illic erat aut tolerata. Quippe facile accidere poterat, ut eadem recentiore aetate prompta coniectura fuerit reperta ac reposita. — Perito denique coniectori iam apparet quam amplus et incultus etiam nunc pateat campus, in quo summam nec vanam omnino mereri possit laudem: quamquam periculosa haec est si ulla alia ac lubrica coniectandi via. Etenim in eo emendationis genere quod accurata sermonis versusque epici observatione perficitur, in quo vix credi potest quantum hodieque post tot laudatissimorum virorum curas supersit exantlandum, non magnum profecto erit, ut plurimum, vitia investigandi persanandique discrimen. Illud vero summo prae ceteris periculo peragitur et peragendum tamen est necessario, ut et sospitatorum Byzantinorum conamina aperiantur et varia quae latent infortuniorum vestigia indagentur atque deleantur. In his igitur rebus percurandis quamquam non sperandum est fore ut nunquam decipiaris, ab eo tamen qui sagacitate ac prudentia summa moderabitur negotium, feliciter multa ac dextre

redintegrari posse persuasum est. Nos vero speciminis loco pauca ex hoc genere in medium proferre ausi sumus.

Pergamus ad altiora quae dicunt critices negotia. In his post nostram disputationem pro certo illud sumi potest, quod vulgaris ista interpolationum doctrina, a qua iam Mombritius non longe abfuit, quam recentiore deinde aetate primus excogitavit Guietus, ornarunt postmodum Ruhnkenius, Heynius, Wolfius, nemo denique prorsus reliquit recentissimorum criticorum, tantum non omni ex parte deserenda est atque damnanda. Nititur profecto haec prae ceteris in eo, quod insignia hodie comparent in Theogonia eloquutionis vitia: alia enim abundant affluente tum sermonis tum narrationis ubertate: alia astricta adeo sunt et contracta, ut vix quicquam possit exilius. Talia equidem longe absum quin negem pertinacius: verum quamquam vera sunt, consectaria tamen non esse duco, quae inde disputantur.

Etenim tenendum primum illud est, quod probatissimi antiquitatis auctores aequalem in hoc carmine sermonis et eloquutionis modum et attestantur diserte et laudibus etiam condecorant. At qui eam quam nos usurpamus Theogoniam hoc nomine laudandam esse contendat, inveniri posse puto neminem. Ergo ab illis inde temporibus aut accessisse nonnulla ab reliquorum tenore discrepantia aut exsectam interdum esse orationis ubertatem consectarium est.

Deinde summae in hac causa auctoritatis illud est, quod recentissima memoria ad eandem sententiam exornandam novos adiectos fuisse versus clare demonstravimus.

Constat vero diserto Isidori testimonio, quod multis antiquissimorum poetarum exemplis olim in eandem sententiam duplices ferebantur versus; quorum quidem originem ac dignitatem nostra aetate nemo erit quin facile pervideat. Eiusmodi igitur locis Alexandrini cri-

tici quum optionem declinarent, ne tum quidem, ut plurimum, expeditam, utrumque genus in exemplaria assumpserunt additoque signo gnaris ac peritis suspectos reddiderunt versus. Iam vero quum signa haec non intelligerentur amplius nec ab librariis transcriberentur, critici recentiores sponte in eum inciderunt errorem, ut aequalem illis tribuerent conditionem et auctoritatem.

Denique quae illo nomine ab criticis vituperata sunt, non omnia iure meritoque tulerunt notam. Ea est enim et epici et antiquissimi omnino sermonis indoles, ut naturali quadam verborum enuntiatorumque ubertate abundet et gaudeat. Limatum igitur ac politum dicendi narrandique genus nec exspectarit quisquam in his carminibus nec facile desiderabit.

Ad haec rationis principia omnia quae huc faciunt carminis exempla ita illustrari possunt, ut quamvis interdum, quo te potissimum vertas, merito ambigere liceat, de eo tamen haud quicquam supersit dubitationis, quod reliquorum criticorum machina abiicienda erit.

Superest gravissima critices pars ea, quae fabularum Theogonia traditarum comprehendit considerationem: in qua quum consequens sit ex disputatione nostra, ut ab vulgari virorum doctissimorum iudicio mirum quantum sit discedendum, maximopere nobis erit verendum, ne temeritatis quis laesaeque maiestatis me insimulet. Videlicet equidem eas tantum fabulas ex antiquitatis fide aestimandas esse concedo, quae certissimis scriptorum antiquorum testimoniis confirmantur quaeque aptissimo cum his continentur sententiae vinculo. Reliquas vero omnes strenue ab his seiungendas esse censeo. Nam ne certae antiquitatis possessioni annumerentur et ipsae, prohibet inprimis illud, quod tum singularum fabularum rationem tum cunctarum dispositionem recenti demum memoria varium in modum laesam, interpolatam atque perruptam esse demonstravimus.

Quod quum ita sit, longe minor debet esse carminis aestimatio longeque impeditior haberi potest illius in rebus mythologicis usus, quam vulgo hodie statui solet.

Haec et de me et de omni instituto meo praefanda esse censui; ad mulcendos vero captandosque iudicum animos nihil adiungam: nam nisi ipsa per se probata fuerit opera, ne disertissima quidem iuvabitur commendatione.

Scribebam Berolini d. XVIII. Maii
MDCCCXXXIII.

RERVM DESCRIPTIO.

Liber Primus.

Exemplarium Theogoniae typis exscriptorum historia et censura.

Liber Secundus.

De codicum Theogoniae manu scriptorum indole et conditione.

Liber Tertius.

De grammaticorum reliquorumque scriptorum ad emendandam Theogoniam usu et auctoritate.

LIBER PRIMVS.

EXEMPLARIVM THEOGONIAE TYPIS EXSCRIPTORVM HISTORIA ET CENSVRA.

CAPVT I.

DE EXEMPLARIBVS THEOGONIAE ANTIQVISSIMIS IN ITALIA TYPIS EXSCRIPTIS.

Theogonia Hesiodea quo tempore quove auctore primum fuerit typis exarata, ab scriptoribus rei typographicae nondum satis est exploratum. Plerique quidem eorum huius quoque rei laudem diserte ad Aldum Manutium deferunt: quae nunc pervulgata videtur esse opinio. Quippe paucis est fortunae beneficio concessum, de huiuscemodi rebus quaestionem instituere. Sed Dorvillius, cui antiquorum exemplarium plurimorum Italiam Galliamque peragranti copia fuisset facta, primus, quod sciam, antiquiorem Aldina significavit exstare Theogoniae editionem. In *Miscellaneis* enim *Observationibus Vol. II., T. III., p.* 319. quum genuinam vers. 107. Theog. scripturam contra levem Wassii disputationem sic assereret, ut vetustorum exemplarium fidem advocaret, primum νυκτὸς δὲ δνοφερῆς in *prima* editione legi affirmavit, deinde continuo adiecit, eam, *quae vulgo prima audiat, anni* 1495. i. e. Aldinam exhibere θ' ἁλμυρός. *Testimonium* tam disertum est, ut nulla argumentatione aut removeri aut debilitari possit. Quapropter dolendum est maximopere, quod, exili ista sermonis brevitate fretus, accuratam Dorvillius libri descriptionem recusavit.

Quae vero hac socordia obscurata magis quam illustrata sunt, dubiae aliquantum lucis accipiunt ex Eberti commentariis bibliographicis. Etenim Ebertus quum *p.* 768. *n.* 9589. dixisset de priore editione Hesiodi Iuntina, qua primum Hesiodi carmina sine aliorum scriptorum accessione exhibita essent, poetam iam antea tum Mediolani a. 1493. tum ab Aldo a. 1495. cum Theocrito editum esse commemoravit. Quae quidem narratio si accurate perscripta est, Mediolanense exemplar omnia poetae carmina complecti videtur, nec aliud ab Dorvillio aliquando fuisse excussum credibile est.

At multum tamen vereor, ne Ebertus istam dictionis ambiguitatem iccirco non evitaverit, quod reliquorum scriptorum, qui de origine rei typographicae commentarios composuerunt, de editione Hesiodi Mediolanensi testimonium satis firmum et exploratum esse censebat. Consentiunt autem in eo omnes, quod Mediolani Opera tantum et Dies cum Theocrito edita esse tradant. V. Maittaire *Annal. typogr. T. I.*, *p.* 765. *ed. nov.*, Panzer. *Annal. T. II.*, *p.* 97. *n.* 598., Fabric. *Bibl. Gr. T. I.*, *p.* 596. *Harl.*, Rénouard. *Annal. de l' Imprimerie des Alde. Sec. édit. Par.* 1825. *T. I.*, *p.* 11. Quam ob rem Ebertus si ab communi horum virorum sententia recedendum esse certo comperisset, accuratius id, opinor, et distinctius declarasset: praesertim quum in re admodum levi, quae pertinet ad idem exemplar, aliorum auctorum narrationem emendasset.

Quod quum ita sit, rem relinquo ulterius perscrutandam iis, quorum studio antiquorum exemplarium copiae demandatae sunt.

2. Interim principatus manet penes Aldum Manutium, qui Theogoniam cum reliquis Hesiodi carminibus accurate et splendide edidit Venetiis initio anni 1495. Subiuncta quidem sunt haec carmina Theocrito, Theognidi ac reliquiis nonnullis gnomicorum poetarum et in unum cum illis corpus coacta: verum poterant seorsim quoque haberi. Innotuit res ex aliquot exemplaribus, quae solum Hesiodum comprehendunt: de quibus dixerunt Fabric. *Bibl. Gr. T. I.*, *p.* 597. et Rénouard. *l. c. T. I.*, *p.* 13. Sed eandem licebat tum ex consilio editionis colligere, tum ex iis discere verbis, quae in ultimo folio exstant, a plerisque praetermissa: *In hoc volumine continentur haec : Hesiodi Ascraei poetae Theogonia — Aspis — Georgicorum libri duo.* Accedit, quod foliorum quaterniones non iisdem per totum librum consignati sunt litteris. Nam aliis Theocritea notata sunt, aliis Hesiodea, aliis reliqua carmina.

Parata autem ab Aldo sunt Theogoniae exemplaria eam ob causam, quod Baptista Guarinus, Aldi olim praeceptor, peteret ea, interpretaturus carmen publice discipulis suis. V. Aldi praefationem. Docuit is Ferrariae graecas et latinas litteras magno hominum plausu, ac fuit ista aetate in publice perlegendis scriptoribus inter principes. V. Lil. Gyrald. *de poetis suor. tempor. dial. I.*, *p.* 535. *F. ed. Lugdun.* Itaque quum plurimum interesset Guarini, scholis suis exemplaria parari quam emendatissima, facile aliquis in eam opinionem induci possit, ut Theogoniam ab Aldo ad codicem ab Guarino castigatum expressam esse arbitretur. Fatendum

quidem est, coniecturam in sola niti rerum specie externa, nec firmamenti quicquam aliunde arcessiri posse: nihilominus tamen non prorsus ea abiicienda esse videtur. Sic enim in rebus obscuris constat ad veritatem aliquando perveniri, ut tenuissima quaeque verisimilitudinis vestigia curiose observemus ac persequamur. Verum certum tamen illud est, non sine omni cura critica carmen in hac editione prodisse: quandoquidem eam curam, quae circa artis primordia haerebat, non dedecet appellare criticam. Ingenue Aldus ac sine ullo fastu, epistola ad B. Guarinum praefationis loco scripta, de omni suo Graecos libros edendi instituto exposuit: se non recipere emendaturum libros, sed id unum curaturum summo studio, ut ipso exemplari imprimantur correctiores. Hanc vero curam aut in se ipse recepit, quippe erat, ut temporibus illis, graece doctissimus, aut simul impertivit doctis aliquot viris, quorum selectam sibi manum iam ab initio negotii consociaverat, paucis deinde post annis novam etiam academiam coegit. V. Renouard. *l. c. T. III., p.* 34. His igitur id erat inprimis, opinor, operae datum, ut codicem scriptum, ad cuius normam liber esset excudendus, ab manifestis librariorum erroribus vindicarent. Deinde illud ipsum, quod dixit Aldus, libros imprimi exemplari etiam correctiores, non excludit prorsus aliam quandam eamque pleniorem curam emendatricem. Nempe ubi de codicis vitiositate constabat, nec aliorum librorum collatione pariter depravatorum quicquam emendari poterat, aderat autem commoda coniectura parta ingenio: cur tandem Aldum putabimus istam in textum non fuisse recepturum sibique ducturum religioni, quod ab aliis factum collaudaret?

Codices manu scriptos, quorum Aldo Theogoniam edenti fuerit copia, ipse pro more saeculi non consignavit; nec ab iis, qui Venetiae librorum thesauris praefuerunt, quicquam fuit indagatum, quod originem editionis illustraret. Verum si quis rem denuo nunc dedita opera susciperet explorandam, vix spero operam inutiliter fore insumptam. Multas certe res habet indagandi vias, quibus saltem experiundi gratia erat insistendum. Ex quo genere illud est, quod neminem advertit, codicem Parisinum regium 2772., qui cum alia carmina, tum Theogoniam complectitur, olim pertinuisse ad Guarini Veronensis possessionem. Eius autem filius fuit Baptista, ad quem hunc librum cum reliqua possessione pervenisse verisimile est.

Theogonia multo certe accuratius in hac, quam in reliquis editionibus antiquis prodiit. Non est profecto ea vitiis typographicis vacua, sed maximam tamen partem leviora sunt illa, ob litterarum similitudinem aut in collocandis signis pro-

sodiacis commissa. Quorum quidem pleraque quum ex eo sint genere, quod in codicibus non admodum vetustis regnare solet, non tam negligentiae Aldi, quam codicis, quem prae ceteris sequebatur, vitiositati ascribenda esse videntur. Itaque ipsa haec vitia si quid aliud tum operarum diligentiam demonstrant, tum Aldi studium illustrant, in rebus minutis certe incuriosum.

Verum his ex mendis Aldinum exemplar facile eximi potest: sed multo gravius laborat alio vitiorum genere, quod ipsa poetae verba infestavit. Multis enim locis aut sententia perfecta non est: v. c. *vers.* 188. 213. 593. 708. 889. 973., aut grammatica ratio deformata: *v.* 267. 462. 557. 637. 682. 685. 725. 748. 812. 815. 850. 880. Saepissime denique versus suo modulo non constat: *v.* 32. 43. 79. 84. 88. 123. 130. 272. 295. 369. 403. 436. 582. 628. 696. 706. 725. 862. 922. 960. 961. Atque horum quidem aliorumque exemplorum aequalium bona pars non dubito, quin itidem sit ex codice traducta: quippe eadem fere ex libris scriptis postmodo prolata sunt. Reliqua autem incertum est, utrum singulari editoris infelicitati, qui peiorem in librum incidisset, an eiusdem socordiae imputari debeant.

Contra damna haec resarciuntur quodammodo exquisita bonarum lectionum copia, quae prae reliquis sua se indole valde commendant aut pro veris sine ulla dubitatione habendae sunt. Earum autem omnium recensus commodiori loco dabitur.

Denique studia editoris, sive Aldus is fuerit, sive alius quis, non tam ex iis metiri licet, quae instituta ab eo sunt, quam ex iis, quae praetermisit. Praetermisit autem bene multa. Nam praeterquam quod vitia ista, de quibus diximus, nihil curavit, quum prompta maximam partem esset emendatio, ne constantiam quidem sectatus est sive eam, quae circa orthographiam consistit, sive interiorem, quae in singulorum locorum convenientia cernitur. Cuius rei unum sufficit exemplum luculentissimum: nam quum *v.* 870. *καὶ ἀργέστεω ζεφύροιο* exprimi curasset, *versu* tamen 379. dedit: *ἀργέστην. ζέφιρον. βορέην λαιψηροκέλευθον.* Itaque dum circa omnes fere res codicum auctoritati diligenter adhaerebat, haud scio, an pauca quaedam ac dubia recentioris emendationis indicia, quae in hoc exemplari observare licet, ab Aldi studiis merito repeti possint.

3. Derelictam Theogoniae possessionem viginti annis post occupavit Philippus Iunta. Prodiit editio Florentiae a. 1515., paucis post Theocritum evulgatum diebus XX. Ianuar. Merito liber inter rarissimos in Germania certe Galliaque numeratur; quod et mihi multum obfuit, et aliorum varias disputationes praepedivit, v. c. Valckenarii, praefatione Theocrito a. 1773. scripta. Verum quum a perpaucis Hesiodi

editoribus exemplar fuerit usurpatum, nec in Theogonia, quod memoratu esset dignum, inde repositum reperiatur, in hac certe disputatione id non admodum desideramus.

Hanc autem Hesiodi edendi curam idem, qui editioni praefatus est, suscepisse videtur Euphrosynus Boninus. Medicus is erat non infelix; sed A. Politiani scholis eruditus, excelluit pariter antiquarum litterarum doctrina, easque tum publice docuit Florentiae, tum librorum editione sustentavit. Haec quidem tradidit de eo Bandinius *Annal. Iunt. Typ. T. I., p.* 67. Ipse vero Boninus non poetarum, non rhetorum, non grammaticorum praeceptis imbutum se esse gloriabatur. V. Bekk. *praef. ad Apoll. Dysc. Synt. p. VI.* Nimirum dicebat hoc icciroo, quo magis ingenio polluisse videretur.

De subsidiis editionis criticis, quae sine dubio amplissima viro studioso Florentiae parata aderant, nihil nobis traditum est. Boninus enim quum Hesiodo praefaretur, de Theocrito maluit nectere sermonem. Quantum vero ex imperfecta I. P. *Schmidii* (v. Loesneri *praef. Hes. p. IV.*) et Gaisfordi *notatione* intelligitur, ea est Theogoniae in his exemplaribus conditio, ut Aldinum exemplum pro fundamento editionis haberi debeat, sed multis scripturae generibus, quae partim saniora sunt, partim diversitate tantum sese commendant, infirmo ac vario consilio distinctum fuerit. Quorum pleraque quum nuper ex codicibus producta sint, indidem ab editore desumpta esse convenit: quemadmodum ad *Opera et Dies* aequali instituto Mediolanensis editio adhibita fuit. Reliqua aut proferentur mox ex codice aliquo Mediceo, aut, si quando est recentis emendationis species, editoris acumini tribuenda atque relinquenda sunt.

4. Haec qualiacunque Euphrosyni studia excepit a. 1537. Trincavellinum exemplar, eximie laudatum illud ab iis, qui eius usum habuerunt, magnificentius etiam, ut fit, ab turba eorum, qui fando potius, quam usurpando cognoverant. Egregia quidem poterat praestare Trincavellus. Studia enim antiquitatis ista aetate magnum iam ceperant incrementum. Linguae cognitio nisi plenior, accuratior certe fuerat facta et certis legibus comprehendi coeperat: omnis antiquitatis doctrina, indefesso multorum labore quotidie adaucta, publico usui patebat; critica denique ars, multo usu stabilita, severius ac plenius, quam antea, tractari solebat. Deinde librorum optimorum exquisitae Venetiis praesto erant copiae; quorum tres saltem scimus usurpasse Trincavellum.

Sed ne quis tamen nimium ab eius opera exspectet, videndum erit prae ceteris, quid ipse praestare voluerit auctor, quove consilio rem fuerit aggressus. Atque in praefatione quidem,

quae ad Petrum Victorium contorto et obscuro sermone scripta est, de codicum, quibus adiutus esset, auxilio ne verbum quidem interposuit ullum, de universo autem editionis instituto sic loquutus est, ut non tam poetae verba emendare, quam pretiosa grammaticorum commentaria ab interitu vindicare voluisse videatur. Eum enim omnino quum suscepisset laborem, ut *praestantiora graecorum auctorum monumenta, quae latebant, ad interitum prope vergentia* conservaret, iam *celebriorum auctorum commentaria in Hesiodum, quaecunque potuit habere,* formulis excudi curabat. Nimirum tanta erat illo tempore inter viros eruditissimos grammaticorum veterum pariter ac novitiorum existimatio, ut a plerisque commentarii eorum cupide tractarentur et illis ipsis, quibus illustrandis destinati erant, scriptoribus cum magno studiorum detrimento tantum non anteponerentur. Qua de re nisi ex praestantissimorum illius aetatis philologorum scriptis satis constaret, egregie doceret nos acerba reprehensio tum aliorum tum Lilii Gyraldi, qui de isto institutionis errore graviter conquestus est *de studendi ratione dialogo*, *Opp. T. II.*, *p.* 850.

Eadem igitur Victor Trincavellus studiorum ratione assuetus, Hesiodi edendi negotium peregit. Scholiis enim, quae antea manu scripta tantum haberi poterant, tum componendis, tum excudendis insignem operam navabat; ipsum autem poetam, duo diversa nactus exemplaria, magno quidem, sed neque aequali nec accurato studio, prout ferebat iudicium aut fors, reconcinnabat atque immutabat.

De libris manu scriptis, quorum usum habebat Trincavellus, qui primus accurate exposuit Iac. Morellus commentatione inserta Wolfii *Anal. Litt. Vol. III.*, *p.* 263. *sqq.*, eorum tamen excitavit magis quam explevit desiderium. Nobis autem licet sedulo quaerentibus non contigit, ut pleniorem istorum notationem nancisceremur: quod quamquam maximopere dolendum fuit, non videbatur tamen eam vim habere, ut ab omni instituto meo deterrerer.

Ac primum quidem Trincavello adfuerunt codices Hesiodi Tricliniani duo, qui hodieque Venetiis asservantur in bibliotheca Marciana, alter ab D. Triclinio a. 1316. 1320. exaratus n. 464., alter n. 480., Bessarionis iussu ad exemplar prius *non accurate* transcriptus. Hoc igitur in libro qualis exhibitus fuit Theogoniae textus, eundem ubique fere habet editio. Certe tradidit haec Morellus *l. c. p.* 265. Verum eodem tamen auctore *p.* 266. carmen non ex hoc, sed ex Paullino inprimis exemplo expressum est: quo nomine tertium appellamus Trincavelli codicem, propterea quod ex bibliotheca, quae fuit ad aedes S. Ioannis et Paulli, nuper in Mar-

cianam translatus est. Testatur insuper signa a typographo ad marginem codicis posita. Denique ne his codicibus plane se in mancipium dedisse videretur Trincavellus, commemoravit bibliothecarius, aliorum praeterea auxilio illum fuisse interdum sustentatum. Quinam vero fuerint isti libri, Morellus non significavit. Neque ab aliis, quibus curae erat exemplar, quicquam de hac re exprom ptum est. Thierschius enim ex Tricliniano praesertim codice affirmat Trincavelli editionem fuisse derivatam *Itin. Ital. T. I.*, *p.* 217. 218.; Heinrichius autem ad codices Venetos totam asseverat fuisse factam *Epim. ad Twesteni comment. Hesiod. Kil.* 1815. *p.* 72. Qua de re quid statuendum sit, mox illustrabitur *).

Commode autem illud ab Morello institutum est, quod per versus Theogoniae centum fere et quinquaginta gravissimam scripturae discrepantiam ex tribus codicibus Venetis enotatam disputationi interposuit suae. Nam quamquam curam intentiorem, quam quae praestita ab hoc est, merito his in rebus nunc flagitare solemus, raro tamen defecit diligentia, si qua insignis occurrit carminis ambiguitas. Ex hoc igitur recensu primum perspicitur illud, quod Trincavellus plerumque Paullino libro tam constanter adhaesit, ut vitia eius, tum per se facillime deprehendenda, tum ex Triclinianis libris facilius etiam emaculanda, saepe intacta relinqueret. Exempla sunt haec: v. 28. edidit ex Paullino *ἴδμεν δ' εὖτ' ἂν ἐθέλωμεν*, ubi verius apud Triclinium *ἂν* abest. Parem conditionem habent v. 29. *διὸς μεγάλου* pro *μεγάλου* (sic Morellus) *διός*, v. 37. *αἰὲν ὀλύμπου* pro *ἐντὸς ὀλύμπου*, 42. *δώματ' ἀθανάτων* pro *δώματα ἀθανάτων* (sic, ut videtur, Morellus), 72. *βρόντην* pro *βροντὴν*, 79. *ἥδε — ἁπασάων* pro *ἡ δὲ — ἁπασέων*, 86. et 96. *ὅδ'* pro *ὁ δ'*. Contra uno loco perperam Paullinum codicem neglexit et vitiosam Triclinii lectionem praeoptavit, v. 524. *ἴσσον* reponendo pro *ἶσον*.

Deinde aliquoties Triclinio obsequutus est, etsi non peiorem certe scripturam praeberet Paullinus liber. Sic v. 24. pro *ἔειπον* recepit *ἔειπαν*, 28. *μυθήσασθαι* pro *γηρύσασθαι*, 97. *ῥέει* pro *ῥέεν*. Contrarium semel accidit vers. 5., ubi quum Triclinius scripsisset *περμησοῖο*, ex Paullino susceptum est *περμησσοῖο*.

*) Quamquam Tricliniani codicis indoles Goettlingii diligentia nuper aliquantum est illustrata, tamen quum nec plenam nobis concedat eius notitiam, nec Paullinum codicem usquam attigerit, nulla aderat causa, cur commentatio nostra aut omittenda aut immutanda esse videretur.

Denique negari non potest, multa codicis Paullini menda ex Triclinianis esse correcta: addidit enim v. 66. 67., qui in illo omissi sunt; indidem v. 30. pro ἔθων recepit ἔδον, v. 32. ὥστε pro ἵνα, 536. pro ζηνός διός, v. 553. θυμόν pro θυμῷ.

De quattuor locis seorsim erit dicendum, quorum unus Morelli fidem attrectat, reliqui Trincavelli studium illustrant. Morellus enim ad v. 6. ex Triclinianis libris notavit ἱπποκρήνης, contra ex Paullino ἵππου κρήνης, quemadmodum est in exemplari expressum. At in tabula aenea apud Zanettum et Bongiovannum in *Biblioth. Mss. D. Marci. Venet.* 1740. *p. XIV.*, cui prima Theogoniae pagina ex codice 464. una cum glossis scholiisque marginalibus Triclinii accurate incisa est, non comparet ἱπποκρήνης, sed alterum tum in textu, tum ad marginem impressum est. Quocirca Morellus aut inter legendum obdormivit, aut mutata fortasse in altero codice, Tricliniani apographo, scripturae ratio eum in errorem induxit. Reliqua exempla tria aliquantum sunt graviora; neglecta enim codicum auctoritate, his Trincavellus eam dedit scripturam, quam pridem Aldus praeiverat, semel autem ad id genus delapsus est, quod si quid aliud coniecturam arguit. Itaque primum v. 97., ubi codices Veneti, si Morello constat fides, in forma φίλωνται consentiunt omnes, Trincavellus φιλεῦνται exhibet, sicut Aldus olim. Deinde v. 94., qui desideratur in Paullino codice, non ex Tricliniano, sed ex Aldino exemplari supplevit. Triclinius quippe, quod discimus ex scholii lemmate *p. CXXV.*, scripserat ἐκ γάρ τοι μουσάων, contra editores Veneti consentiunt in lectione ἐκ γὰρ μουσάων. Denique tertius locus neque doctrinam Trincavelli valde commendat; quippe emendatio versum facit nullum; nec diligentiae patrocinatur. V. enim 61. Paullinus codex μεμήλεται praebebat; huic continuo impegit, nec animadversa vera scriptura Tricliniana μέμβλεται, verbum illud vitiosum quum coniectura procul dubio corrigere studeret, incidit in formam ab hoc loco plane alienam, μέμηλέτ'. Hoc certe et Gaisfordus notavit ex hac editione, et nos in omnibus, quae vidimus, eius exemplaribus aequaliter scriptum reperimus. Quapropter Henr. Stephanus, qui μεμέληται apud Trincavellum legi tradat *annot. ad poet. epic. pag. XXXI.*, hoc quoque loco in afferenda veterum exemplarium auctoritate permisisse sibi aliquid videri debet. Nempe vera formae species inhaeserat animo.

Hactenus Trincavelli studium licebat Morelli beneficio ad ipsam codicum auctoritatem exigere; ac magnum aliquid inde constat, primum de improba et paene incredibili editoris diligentia in coniungendis codicum lectionibus pravis ac bonis; deinde quod per se quoque potuerat intelligi, sed quod non

admisit tamen Morellus, usurpatum ab illo fuisse exemplar Aldinum; denique non sprevisse eundem emendationes ingenio repertas. Iacta igitur sunt disputationis fundamenta firmissima, in quibus reliqua eius pars tuto construi potest.

Ac primum quidem exemplaria carminis Aldinum et Trincavellinum accurate examinantem paullatim tum insignis et prope continua gravissimorum locorum discrepantia, tum inaudita prorsus vitiorum typographicorum convenientia advertit atque perturbat. Levissima ex hoc genere exempla continentur prava signorum prosodiacorum collocatione; quae quamquam non ignoro, quin ista corruptela aequaliter per recentes scriptorum libros disseminata sit, tamen propter insignem copiam non possunt in hac causa plane praetermitti. Res exemplis tantum perficitur; itaque in prudentium iudicum vituperationem non videor incurrere, si apponam quantum eorum satis sit, praesertim quum propter exemplarium paucitatem non multi vera me tradere proprio studio comperire possint. Consideremus igitur haecce, utriusque exemplaris communia: v. 14. φοῖβον τ', 20. γαῖαν τ', 59. ἥματα, 88. οὖνεκα, 91. ἐρχόμενόν δ', 110. ἄστρά τε, 119. τάρταρα τ', 120. ἥ δ', 124. νυκτός δ', 179. δεξιτέρη, 247. εὐνεική, 257. τὲ, 293. ὄρθόντε, 309. γηρυονῆι, 330. ac saepius φύλ', 333. κητώ δ', 420. ὄλβον, 435. ἐσθλή δ', 476. βασιλῆι, 524. ἀπάντη, 553. χερσί δ', 604. ὀλόον δ', 608. κεδνήν δ', 615. τοῖο γ', 672. κεφαλαί δε, 716. κατά δ'. 798. κακόν δ', 811. μαρμαρέαι τε, 829. φωναί δ', 832. ὄσσαν, 839. σκληρόν δ', 847. θύε, 888. γλαυκώπιν, 917. ἄδον, 988. ἥβης.

Alterum deinde mendorum genus maiorem habet in nostra causa persuadendi vim: cernitur autem in singularum litterarum omissione, permutatione, perturbatione, similique vocabulorum corruptela. Ex quo genere gravissima exempla sunt haec: v. 46. δοτῆρες, 95. ἔασσιν, 125. κισσαμένη, 266. ἤγαγε τ' ἠλ., 269. ὀκείης, 272. καμαὶ, 297. κρατερόφρον ἔχιδναν, 302. ἀπαθανάτων, 306. τυφάωνα, 319. ἀμαιμάχετον, 369. βροτῶν, 395. τόν δ' ἔφατ' ὅστις, 446. γεθέλουσα, 454. ἵρην, 468. δὴ δι' ἔμελλε, 487. νηδήν, 508. ὁ μὺν, 511. ἁμαρτὶ νοόν τ', 518. λιγυφώνων, 572. αὐδοίη, 598. ἐπιρεφέας, 616. καταδεσμὸς, 689. ἀπολίμπου, 724. χάλεος, 731. εὐρόεντι, 742. προθύελλα θυέλλη, 755. Ald. ἐπὶ χθονίοισι, Trinc. ἐπὶ χθονίησι, 757. κεκαλημμένη, 770. ἐσμὲν ἰόντας, 787. ὑψιλῆς, 835. ῥοίζας χ', 895. γλαυκόπιδα, 903. κατὰ θνητοῖσι, 913. λευκόλενον, 941. et 947. διόνυσος. Eodem faciunt egregia aliquot pravae distinctionis exempla, v. 120. ἥδ' ἔρος, ὃς κάλλιστος, ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι. v. 493. ηὔξετο. τοῖο ἄνακτος —. v. 620. χθονὸς. εὐ-

φροδείης. Denique praetermitti minime debet, quod aliquot locis litterae non in speciem vocabulorum coniunctae, sed aequaliter in utroque libro fortuitis intervallis dispositae sunt.

Fieri sane potuit, ut nonnulla huius generis vitia etiam in codice Paullino exstiterint. At verisimile minime est, hunc librum et illum, quem Aldus inprimis sequutus erat, ceteroquin de gravissimis rebus dissidentes, quasi conspirasse in vitiorum manifestissimorum aequalitate. Deinde accurate illud quoque sub cogitationem vocari debet, quod ista perversitatis communio non eadem est constanter per totum carmen diffusa. Nam principio quidem multo rarius observatur; deinde nunc per aliquot versuum spatium acerbius nos pungit, nunc denuo paullisper remittit ab impetu. Nempe sic agnoscitur Trincavelli diligentia ac socordia, qui, quum Theogoniam in Aldino exemplari ex fide codicum ad editionem pararet, ingrato fessus labore, quandoque vitiis exemplaris obdormitaverit, quandoque animum resuscitarit.

His igitur satis confirmatis, ulterius progredi licebit. Nam quum multa vitia illis graviora, quae ex codice nullo prolata sunt, in utroque exemplari pariter sententiam sive metrum corrumpant, iam non potest videri temerarium, quod novum inde sententiae nostrae petimus firmamentum. Itaque non ex codicibus suis, opinor, sed ex Aldino libro derivavit Trincavellus haecce: v. 81. ἐπ' ἐκ pro ἔπε' ἐκ, 88. λαοῖσι, 123. νὺξ ἐξεγένοντο, servatum etiam ab Victorio *V. L. III.*, 4. *p.* 37. *ed. Lugdun.*; v. 188. ἀδάμαντον, 213. ᾧ τινι, 295. ἤδ' ἔτικον ἄλλο, 436. τοῖσι, 532. ἄρ' ἀζόμενος, 946. θαλερὴ, 953. δλύμπῳ, 1020. γείνατο.

Quantum vero ex hac observatione et ad illustrandum usum exemplaris criticum et ad descriptionem codicum supplendam redundet utilitatis, et per se intelligitur et alio loco accurate commonstrabitur. Reliquum est, ut si quid momenti in Morelli narratione inesse videatur, quod contra nostram faciat sententiam, diligentius pensitando elevemus. Ac prodit sane, in codice Paullino cerni etiam nunc signa pro impressione facta. Vidit ergo, credo. Haec tamen res non pervertit calculos nostros. Videlicet signa numerique paginarum appositi sunt iccirco, quod quae ad marginem codicis exstant scholia, Triclinianae farragini suo quodque loco erant apte ab typotheta ipso interserenda. Praeterea gravissimum in hac causa illud est, quod Theogonia in libro Paullino non fuit ab Trincavello ad Triclinianum exemplar sic reformata, quemadmodum in editione prodiit. Quod si factum fuisset, Morellus nihil dubito, quin tanquam certissimum opinionis suae argumentum memoravisset. Sicuti *p.* 268. tradidit, Procli *ad Opp. et D.*

scholia in hoc libro ab editore ad fidem apographi Tricliniani recensita fuisse.

Illustratis una ex parte Trincavelli studiis, rem denuo sic aggrediamur, ut singulorum codicum Venetorum indolem, quantum ex impresso exemplari perspici potest, eorumque coniunctionem, quae fuerit ab editore instituta, accurate exploremus. Cuius quidem disquisitionis egregium adiumentum, quod ab editore nullo usquequaque fuit observatum, nascitur ex accurata et continua carminis cum scholiorum lemmatis comparatione. Quippe sicubi dissident ista, id quod saepissime accidit, plerumque pro certo habere licet, unum scripturae genus Paullino codici deberi, Tricliniano alterum; nisi forte interdum Aldus possessionem sibi vindicabit suam. Sed illud nobis facessit negotium, quod suum cuique difficulter reddi potest.

Scholia antiqua ab Trincavello ad apographum codicis Tricliniani edita sunt, admistis quibusdam tum Triclinii ipsius, ut fertur, tum libri Paullini annotationibus. Haec qui tradidit Morellus *l. c. p.* 265., singula deinceps Triclinii scholia, accurate ex cod. 464. consignata, ab reliquis segregavit. Itaque primum exploratum est, scholia Tricliniana scripturae Triclinii explicandae scripta, eorumque lemmata ex codice Triclinii esse desumpta. Ista ratione Triclinio vindicabimus haec: v. 383. *ζῆλον καὶ νίκην*, quod manifesto interpretatus est; v. 457. edidit cum Aldo vitiose *ζῆνα τε*, Triclinius dederat *ζῆνάτε p. CXLII.*, v. 474. lemma Triclinii falso habet *ἡ δ' ἐπίθοντο*, editio cum Aldo *ἠδ'*; v. 482. exemplar et lemma Triclinii *p. CXLIII. b. πρώτην ἐς λύκτον*, v. 578. pariter utrumque *ἀμφὶ δέ οἱ*, *στεφάνην*, v. 807. editum est cum Aldo *ἐνθάδε*, lemm. Triclin. *p. CLIX. b. ἔνθα δέ.*

Deinde aliquoties scholia, quae Triclinio auctori asseruit Morellus, reliquis aut interposita aut adiuncta sine lemmate sunt, ut licet ambiguum interdum videatur iudicium, plerumque tamen et ista eidem codici ascribi possint. Sic v. 493. editum perperam est *ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν*, ubi schol. lemma *p. CXLIV.*, cui Triclinianum mox subiunctum est, verius habet *ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν*. Qua quidem ex re simul perspicitur editoris negligentia, qui paratis copiis nesciret uti. Deinde v. 617. est *βριάρεῳ δ' ὡς πρῶτα* in edit. et in lemm. schol., cui adhaeret Triclinianum. V. autem 695., ubi editur *ἔζεε δὲ χθὼν*, in scholiis *p. CLVI. b.* lemma *ἔζεσε δὲ χθὼν*, tribus verbis explicatum, excipit Tricliniana interpretatio.

Reliqua exempla omnia quum certis indiciis hoc saltem in loco disiungi non possint; recensebo tamen pleraque, ut quo studio ac iudicio carmen ab Trincavello fuerit reconcin-

natum, exemplis perspiciatur. Tenendum autem est, ubi vitiosa Aldi lectio in hoc quoque exemplari legatur, non oportere eam necessario codicis auctoritate esse sustentatam.

Itaque primum saepe Trincavellus peiorem scripturam in carmine ipso retinuit, scholiis veram praebentibus. Sic cum Aldo edidit v. 90. *παραφάμενοι*, ubi schol. habent *παραιφάμενοι*, v. 171. *πατρόςγε* pro schol. *πατέροςγε*, licet hoc ipsum v. 166. dedisset, 213. *ᾧ τινι* pro schol. *οὔ τινι*, 266. *ἤγαγε τ' — ἠδ'* pro schol. *ἠγάγετ' — ἡ δ'*, 480. *κρήτῃ εὐρείῃ* pro schol. *κρήτῃ ἐν εὐρείῃ*, 501. *λύσε* pro schol. *λῦσε*, 511. *αἰολομῆτιν* et *ἁμαρτὶ νοόν τ'* pro vera schol. scriptura, 787. *πολλὸν δ' ὑπὸ χθονός* pro *πολλὸν δὲ ὑπὸ χθονός*, 903. *ὡραίουσι*, ubi diserte saltem *ὡρεύουσι* ab scholiasta traditur. Atque v. 493. quum *ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν* ederet pro schol. *ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν*, similiter exemplo Aldi perturbatus fuit, qui *ἐπιπλομένου ἐνιαυτοῦ* posuerat. Contra paucis aliquot exemplis ubi de bona lectione Aldo conveniebat cum codice uno, ille tamen miro iudicio alterius codicis vitiatam auctoritatem praeoptavit; v. c. 91. dedit *θεὸν θ' ὥς ἱλάσκονται* pro *θεὸν ὥς* scholiorum, v. 93. *οἷά τοι μουσάων* pro *οἷά τε μουσάων* eorundem; pariter v. 135. *ῥεῖαν* pro *ῥείαν*; ac v. 357. *πετραίης* pro *πετραίῃ*.

Deinde multis tamen locis meliorem scripturam selegit, partim praeeunte Aldo viam, ut v. 127. *καλύπτοι* pro *καλύπτῃ* scholiorum, 237. *μέγαν καὶ ἀγήνορα φόρκυν* pro *μέγαν τ' ἀγήνορα φόρκυν*, 250. *γαλάτεια* pro *γαλάτια*, 383. *στὺξ δὲ τέκ'* pro *στὺξ δ' ἔτεκεν*, 638. *ἶσον* pro *ἴσσον*, 691. *ἴκταρ* pro *ἶκταρ*, 899. *ἀλλ' ἄρα μιν ζεὺς* pro *ἀλλά μιν ζεύς*, 913. *ἣ τέκε περσεφόνην* pro eo, quod metrum excedit, *ἣ τέκε περσεφόνειαν*. Partim Aldinam scripturam et alterius codicis auctoritatem commode reliquit, ut v. 267. *ἠϋκόμους θ' ἅρπυιας* exhibendo pro *ἠϋκόμους δ' ἅρπυιας*, v. 276. *σθεινώ* pro *σθενώ*, 288. *τρικάρηνον* pro *τρικέφαλον*.

Verum ubi gravior aliqua adversabatur scripturae discrepantia, de qua minus expeditum esset iudicium, suffragia editoris casu potius quam consilio regebantur. Enimvero maximam partem Trincavello de his quoque rebus cum Aldo convenit, v. c. quod edidit vs. 28. *μυθήσασθαι* pro schol. *γηρύσασθαι*, 140. *ὀβριμόθυμον* pro *ὀμβριμόθυμον*, 375. *κρίῳ* pro *κρείῳ*, 655. *πιφάσκεαι* pro *πιφαύσκεαι*, 779. *κίοσιν ἀργυρέοισιν* pro *κίοσιν ἀργυλέῃσιν*, 810. *τά τε στυγέουσι* pro *τά γε στυγέουσι*, 934. *ῥινοτόρῳ* pro *ῥινοτόμῳ*, 940. *καδμείῃ δ' ἄρα οἱ σεμέλη* pro *καδμὶς δ' ἄρα οἱ σεμέλη*. Contra deseruit Aldum v. 151. *ἄπλατοι* exhibens, quum in scholiis legatur Aldinum *ἄπλαστοι*, et 982.

γηρυονέα recte reponens pro γηρυονῆα. Denique v. 922. suscepit ἠδ' ἥβην καὶ ἄρηα, quum in schol. minus sincere legatur ἠδ' ἥβην καὶ ἄρην.

Sed summa iudicii temeritas clarius elucescit in exemplis hisce: v. 144. cum magno versus detrimento Trincav. dedit κύκλοπες δ' οὔνομ' ἔσαν, ubi sanior erat in lemm. schol. scriptura: ὄνομ' ἔσσαν. V. 451. recepit monstrum vocabuli φάος πολυθερκέον ἠοῦς, scholiasta in lemmate quidem habet πολυκέρθεον, sed manifesto vulgatam explicat et veram scripturam πολυδερκέος. Pariter v. 561. μελίῃσι in textu servavit, μελίοισι in scholiis, licet utrumque sensu sit cassum.

Deinde ex alio discrepantiae genere sufficiunt exempla haec: v. 243. edidit εὐκράντῃ, in scholiis bis εὐκράτῃ. V. 295. οὐδὲν ἐοικὸς praetulit scripturae οὐδὲ ἐοικὸς ad Aldi exemplum sese componens: nec descivit ab hoc, servando v. 328. κυδνῇ pro κυδρῇ et 916. ἐξ ἧς αἱ μοῦσαι pro ἐξ ἧς οἱ μοῦσαι. Contrario autem studio recepit v. 328. τὸν δ' ἥρῃ pro τόν ῥ' ἥρη, 345. ἄλδισκον pro ἄρδησκον, v. 377. ὃς πάσαισι μετέπρεπεν ἰδμοσύνῃσιν, propter magnificam, opinor, grammatici explicationem, pro simplici ac genuino ὃς καὶ πᾶσι μετέπρεπεν, quod et ipsum ab altero scholiasta explicatum fuit; v. 438. χαίρων τε τοκεῦσιν κῦδος ad unius schol. auctoritatem, quum alter τοκεῦσι δὲ κῦδος legerit; v. 503. denique οἵ οἱ ἐπεμνήσαντο pro ἀπεμνήσαντο.

Reliquis omnibus exemplis Theogoniae, quae aliqua difficultate aut menda laborant, quale scripturae genus fuerit ab Trincavello in singulis codicibus inventum, aut plane ignoramus, ubi scholia assunt nulla, aut magno cum discrimine definiri potest, sicubi lemmata scholiorum cum textu congruunt. Veluti v. 326. ἠδ' ἄρα φῖκ' ὀλοήν, 482. πρώτην ἐς λύκτον, 617. βριάρεω δ' ὡς πρῶτα, 622. εἵαται ἐσχατιῇ, 732. θύρας δ' ἐπέθηκε ποσειδέων. Haec autem et nos alio loco illustrare conabimur, et plenius absolvenda relinquimus iis, qui codices Venetos ipsi usurparunt.

Nos quidem tantum de Victoris Trincavelli (sic) studio atque industria ex accurato exemplaris usu comperire potuimus; deinceps iam paucis est de Io. Franc. Trincaveli (sic) diligentia dicendum. Is enim ultimo libri folio suo aere ac diligentia exemplar editum esse professus est. Huic igitur deberi arbitror, quicquid externa libri species aut laudis mereatur aut vituperii. Mira enim est de isto libro hominum narrationis diversitas; aliis negligentissime, aliis emendatissime dicitur expressus. Neutrum quidem verum est; nam vix

negligentius curatus est liber, quam plerique, qui illa aetate prodierunt, libri Graeci. Credula autem vitiorum Aldinorum repetitio nimiam potius et ineptam arguit in hoc genere diligentiam. Deinde quod sibi proprium editio vindicare potest mali, ex parte libris potius scriptis, quam socordiae correctoris imputare licet. Sic saepissime spiritus operarum diligentiam illusit, aut similis vocalium pronuntiatio creavit errorem. Sed perpaucis in locis ista vitia sinceritatem scripturae adeo depravarunt, ut de editoris consilio ambigendum sit. Veluti v. 240. in textu exaratum est μεγήρητα, in scholiis autem utriusque et μεγήριτα et μεγήρητα scripturae memoria mirifice coniuncta est, ita tamen, ut quae alteri apposita est explicatio, ad priorem et ipsa pertineat: πρὸς ἃ οὐδεὶς ἐρίσει. Adhibendus enim est scholiasta cod. Cantabr. *in ed. Basil.* 1542. *p.* 241.: μεγάλως ἐρίζοντα περὶ κάλλους ἢ πρὸς οὓς δύναται ἐρίσαι, ἀλλ' αὐτοὶ μετ' ἀλλήλων ἐρίζειν. Compendia scripturae aut librario aut typothetae imposuerunt. Sic enim erat olim scriptum: πρὸς ἃ οὐδεὶς δύναται ἐρίσαι, ἀλλ' αὐτὰ μετ' ἀλλήλων ἐρίζει, sive αὐταὶ — ἐρίζουσιν. Cf. Et. M. *p.* 574. *fin.* Male quidem ista ab Heinsio et Gaisfordo tractata sunt. Ceterum μεγήρητα tamen multum vereor, ne ex codice ipso fuerit derivatum. Idem certe scripsit librarius Hesychii *T. II.*, *p.* 555. *not.* 7. — Alterum exemplum promi potest e v. 143., ubi quum μέσσῳ αἰέκειτο μετώπῳ exscriptum typis sit, ἐνέκειτο tamen fuisse ponendum facile apparet. Syllabae enim αι et εν non semel in exemplaribus tum scriptis tum editis confusae sunt.

5. Brevi post Trincavellinum exemplar intervallo quae prodiit Theogoniae et reliquorum carminum editio, apud Bened. Iunctam procusa Florentiis a. 1540., laetiora iam ostendit criticae artis documenta. Huius quoque editionis exemplaria tam pauca per Germaniam sparsa sunt, ut nullum ipse videre potuerim. Nactus tamen sum illius collationem ad exemplar Gottingense non incuriose, ut videbatur, factam. Verum nec sic ea erat instituta, ut universa editionis indoles illustrari inde posset, nec multum prodesse poterat, quum prius exemplar Iuntinum non accurate noscerem.

Interim pro certo affirmaverim, Bonini exemplar fuisse pro fundamento editionis assumptum, emendationem autem ei variam tum ex Aldino et Trincavellino exemplari tum de coniectura accessisse. Rem paucis exemplis comprehendam. V. 748. ab Aldo editum erat ἡμέραι τάσσον ἰοῦσαι, quod expresserat Iunta. At qui editionem secundam curavit, aut Trincavelli exemplar aut codicem nactus similem, ἀμφὶς pro inepto

τάσσον advertens positum, coniunxit utramque scripturam in hunc modum

ἡμέραι ἀμφὶς ἰοῦσαι.

Deinde v. 733. cum Aldo Iunta prius dederat τεῖχος δέ περ οἴχεται, insolita verbi species editorem hunc commovit, ut Trincavellum consuleret; qui quum exhibuisset τεῖχος περίκειται δ', editor aut casu aut consilio posuit

τεῖχος περίκειται ἀμφοτέρωθεν.

Nisi forte quis hoc ex librorum quorundam lectione

τεῖχος δὲ περίκειται ἀμφοτέρωθεν

ducere maluerit; cui neutiquam repugnaverim.

In genere autem haec editio Venetis certe exemplaribus eatenus praestat, quod quae in utroque insunt bona, in hoc partim copulata exstant, partim manifesta vitia multa, quibus in illis aut metrum infractum aut sententiarum elegantia obscurata erat, scite deleta et correcta sunt. Quamquam frustra esset, qui hic iam plenam aliquatenus et absolutam carminis curam speraret. Scilicet innumeris adeo typothetae erroribus haec quoque editio inquinata est: quod diserte tradit Dorvillius *crit. vann. p.* 363.

Ultimo loco commemoranda hic est Farreana editio, quae prodiit Venetiis a. 1543., *ex officina Farrea.* Hanc viri docti quum olim, tum recentiore aetate sic solebant commemorare, ac si proprio studio esset elaborata et aliquam vetustate sua meruisset auctoritatem. Quam ob causam notandi sunt Commelinus *ann. ad Theogon. v.* 188. *p.* 28.; verum is nullam praeterea noverat editionem Italam; deinde Ernestius *ann. ad Callimach. T. I., p.* 260., qui quamquam plura exemplaria antiqua usurpaverat, tamen eam, quae recentiorum temporum propria est, singularum editionum continuationem, primis quoque artis criticae temporibus reperisse sibi videbatur: quo errore iam liber fuit Henr. Stephanus *parte secund. poet. epic. p.* 488.; denique Heynius annotationibus Wolfiano libro insertis. Sed negligenter is usus est exemplari; affert enim interdum scripturae genera, quae in eo plane non exstant; v. c. ad v. 270. 306. Videlicet Heynius eiusmodi libros raptim, non continuatim et pedetentim examinare consueverat. Alioquin non fugisset eius diligentiam, quod, qui maiore cum cura haec studia tractabant, velut Ebertus *Lex. bibl. n.* 9593. *p.* 768., nullo negotio deprehenderunt, Farreanum exemplar prorsus ad Iuntini alterius fidem repetitum esse. Quam quidem sententiam quantum equidem examinare potuerim, ratam esse intellexi. Nihil enim accessit novi, nisi magna mendorum copia.

CAPVT II.

DE PRIMITIIS OPERAE CRITICAE INTER GERMANOS GALLOSQVE IN THEOGONIAM COLLATAE.

Opera et Dies iam diu per Germaniam et Galliam aliquoties typis fuerant repetita. Quippe quum praestantia et utilitate sententiarum sese commendaret carmen, non modo erudiendae iuventuti adhiberi solebat, verum etiam ab omnibus, qui liberaliter instituti erant, studiose legebatur. Theogonia, quae simili commendatione carebat, sero demum repetita est, magis ob inanem nominis Hesiodei famam, quam quod intellecta iam esset carminis dignitas. Primum igitur in Germania ea cum reliquis poetae carminibus prodiit Basileae a. 1542. Ioannes enim Birchmanus, bibliopola Coloniensis, quum ab Io. Cheko, medicinae et litterarum graecarum apud Cantabrigienses professore, codicem Cantabrigiensem, quo Io. Tzetzae, uti ferebant, in omnia Hesiodi carmina commentarii continebantur, accepisset excudendum, Basileae hos seorsim typis exprimi, deinde quo melius venderentur, singulari volumine ipsa poetae carmina addi curavit. Annus editionis nusquam notatus est; sed Birchmani praefatio ad D. Cuthbertum Tonstallum episcopum, cuius beneficio codex ad Cantabrigienses venerat, scripta est a. 1542. Typothetae denique quum nulla sit mentio adiecta, tamen Oporini fuisse laborem, et forma typorum commonstrat, et confirmatur res quodammodo Gerbelii narratione *praefat. ad Tzetz. Var. hist. chiliad. p. XXI. ed. Kiessling.*

Hac autem editione omnis prope Theogoniae sors casu fortuito fuit destinata. Nam quum Aldina veterum scriptorum exemplaria propter commercium librorum solenne Basileae reliquis paratu essent faciliora, consequens erat, ut Hesiodus quoque ad Aldi fidem repeteretur. Reliqua exemplaria antiqua aut non noverat Birchmanus, ut Trincavellinum, (scholia enim a se primum evulgata esse putabat) aut certe usurpata ab editore non sunt. Deinde quum haud infirma emendationis praesidia adessent; addita enim carmini sunt praeter scholia inter-

pretationes duae latinae, altera Mombritii versibus composita, altera incerti auctoris, qui singula verba si non scite usquequaque, fideliter certe expressit, nec malum omnino codicem sequutus est; his igitur sic usus est editionis auctor, ut scholia et Mombritium omnino nusquam emendationi adhiberet, alteram autem interpretationem paucis aliquot locis cum fructu consuleret.

Diximus Aldinum Theogoniae exemplum hac editione fuisse repetitum. Factum autem hoc est tam constanti et aequali diligentia, ut ex ingenti vitiorum numero, quo illud deturpatum fuit, vix pauca hic correcta reperiantur. Deinde etiam nova quaedam accesserunt, quae diutius, quam par erat, editoribus illuserunt. Quicquid contra haec editio habet emendationis, ex versione latina altera fere est derivatum. Versamur hic in tenuibus criticae artis primordiis; verum quoniam egregie illa faciunt ad illustrandam temporum istorum disciplinam, et quum ex iisdem nata sint omnia, quaecunque postmodum inclaruerunt; operae videtur pretium, accuratam diligentiam hoc in loco non aspernari. Breviter igitur emendationes addita interpretatione, unde originem traxerunt, recensebimus.

V. 49. pro τόσσον repositum est ὅσσον, *quanto est praestantissimus deorum.* — V. 115. pro εἴποθ' ὅτι, quod magno Reuchlinio olim imposuit (v. P. Petit. *Miscell. observ. I.*, 18. *p.* 51.), εἴπαθ' ὅτι, *et dicite, quodnam primum fuerit illorum.* — V. 198. pro κυθέρεια, quod constructioni adversabatur, κυθέρειαν, *Cythaream.* — V. 199. ἐνὶ πόντῳ indidem transiit in ἐνὶ κύπρῳ. — V. 213. ᾧ τινι recte mutatum est in οὔ τινι, *non ulli condormiens.* — V. 228. post μάχας insertum est τ', *praeliaque.* At mirationem creat, quod editor in re tam levi haesit, quae multo post haud paucis in alio exemplo paullo etiam deteriori non esset offensioni. — V. 266. ἠδ' ex interpretatione mutavit in ἡ δ', quamquam quod proxime legitur ἤγαγετ' vitiosissimum, quum hac via deprehendi non potuisset, non emaculavit. — V. 454. ἴρην indidem transiit in ἥρην, quo facto, ultimum quod supererat vetustissimae depravationis vestigium deletum fuit. V. Eustath. *ad Odyss. p.* 1564., 37. *sq.*, qui hinc affert ἶριν. — V. 637. τελευτὴν et v. 946. θαλερὴ demta et addita ν littera, duce interprete, sanavit editor. — V. 964. ἁλμυροὶ et grammaticae rationi et interpretationi obediens, in singularem numerum transformavit. — V. 973. ubi inepte in Aldina καὶ οὐκ ἐς χεῖρας ἵκηται legebatur, vere ex interprete repositum est καὶ οὔ κ' ἐς. — V. denique 1019. eodem auctore pro γείνατο

B

scriptum est γείναντο. Aliquoties praeterea metrum sustentavit editor, v. c. 343. ἐϋρείτην pro εὐρείτην reponendo.

Omnia quidem, licet haud magni momenti, tam prudenter tamen sunt administrata, ut hoc uno exemplo egregie perspici possit, quantum in eadem re factitanda Germanorum ingenium ab Italorum levitate dissideat. Verum simul apparet incredibilis quaedam ingenii tarditas, tum quod quae eadem ratione deprehendi potuerant menda plurima, neutiquam emaculata sunt, tum quod nimiam interpretationi adiungebant fidem, ubi nulla esset mutationis necessitas. Hoc ex fonte derivandi sunt errores quidam, qui commaculant hoc exemplar, per se satis leves, sed qui commemorari debent idcirco, quod multum isti diuque ab editoribus propagati sunt. Igitur in hoc primum libro v. 375. ineptum illud κρίω δ' εὐρυβίῃ comparet; ductum autem est ex interpretatione: *Crioque Eurybiae peperit;* cui mirum in modum etiam Mombritius convenit:

Haud secus Eurybiae peperit tria pignora Crio.

Nisi forte alteruter recentem curam importunam perpessus est. — Deinde quod diutius multorum operam frustratum est, v. 484. ἀργαίῳ ἐν ὄρει pro αἰγαίῳ, itidem ex versione ortum est. Nam ne quis desidiosa Gaisfordi diligentia in errorem ducatur, admonendum est, quod αἰγαίῳ non modo ab Trincavello, sed ab Aldo quoque et in Iunt. ex. editum fuit. — Versui 331. nulla adhibita est interpunctio, cui plerumque ab editore diligentius consultum fuit; sed quum interpres dedisset: *imperans cavernosae Nemeae atque Apesanti,* posuit ille:

κοιρανέων τρητοῖο νεμείης ἠδ' ἀπέσαντος.

Etym. M. *p.* 119., 40. *sq.* ex recenti exemplari impresso ad eandem sententiam informatus est. — Denique quod h. l. Hesiodo detraxit editor, v. 1013. quodammodo resartum est; Amymonem enim et Craterum interpretis auctoritate inter Ulixis filios accipimus repositos.

2. Exemplari huic deinde superstructum est, quicquid in editionibus ab Io. Oporino Basileae excusis prostat operae criticae. Oporinus autem bis edidit Hesiodi carmina. Sed quamquam Opera et Dies ipse scholis suis emendaverat, tamen quum res ad editionem se verteret, temporis angustiis oppressus Theogoniae ac Scuto emendationem ipse adhibere non poterat, eorumque curam doctis aliquot viris, amicis suis, demandabat. V. *praef. ad ed. a.* 1544. Priorem autem Oporini editionem videre non contigit, et paucis videtur contigisse. Quippe pauca tantum excusa erant exempla. V. praef. eandem. At si quis hanc editionem ab ea, quam modo percensebamus, diversam non esse arbitretur, coniectura licet

non omni verisimilitudine, certe omni firmamento extrinsecus petendo destituta est. Sed **altera**, quae, *paucis post mensibus flagitata et eam ob causam* ab Oporino *maturata*, (v. praef.) **an. 1544. Basileae** non sine accessione emendationis prodiit, et multis notata est, et a me accurate usurpari potuit.

Haec autem editio, cuius permagna est ad explicandam carminum Hesiodeorum historiam criticam auctoritas, quum a nemine dum accurate excussa sit, minutam et paene exilem necessario sibi poscit diligentiam. Primum enim in ea ingens copia vitiorum, quae Aldinum Theogoniae exemplar dehonestant, scite remota est; emendationes autem apparet factas ab viris accurata, ut erat illo tempore, rerum grammaticarum doctrina instructis. Deinde studiis ferventibus, ulterius etiam est eo progressum, ut locis aut sanis aut impeditis curatio si non temeraria, certe improba adhiberetur. Ex utroque genere quum multa exempla, uti ferebat horum librorum sors, in exemplaribus proximis evanuissent, haud pauca tamen sine ulla fraudis suspicione ad nostram usque aetatem propagata sunt.

Theogonia autem expressa est ex **Basileensi exemplari anni 1542.**; praeter quod nullum editoribus affuisse videtur rei criticae adiumentum. Sed triplex in ea comparet **emendationis** genus: unum, quod pertinet ad vitia exemplaris typographica; alterum, quod in re metrica versatur; tertiam denique, quod nititur rationibus aut ex arte grammatica aut ex poetae consilio depromptis.

Primum genus quoniam exigui est momenti, paucis exemplis absolvam. Sic v. 266. *ἤγαγετ'* mutatum est in *ἠγάγετ'*, 272. *καμαί* in *χαμαί*, 297. *κρατερόφρον* in *κρατερόφρον'*, 533. *ὅνπριν* in *ὃν πρὶν*, 468. *δι'* in *δί'*, 572. *αὐδοίῃ* in *αἰδοίῃ*. **Reliqua** vero genera duo quam diligentissime a me pertractabuntur; utilis enim eiusmodi est diligentia, tum propter causam modo explicatam, tum quod uno hoc exemplo rei criticae in aliis quoque scriptis initia egregie illustrantur.

Metricae igitur **emendationes** maximam partem eo pertinent, ut versus iusto suo modulo reddatur, perpaucae reconditiorem originem postulant. Ex illarum numero, quae quidem nullo negotio perfici poterant, pro veris haberi oportet hasce: v. 47. *πατέρ' ἠδὲ* pro *πατέρα ἠδὲ*, 88. *λαοῖς* pro *λαοῖσι*, 123. *νὺξ ἐγένοντο* pro *νὺξ ἐξεγένοντο*, 198. *ἀτὰρ* pro *αὐτὰρ*, 295. *ἣδ' ἔτεκ' ἄλλο* pro *ἣδ' ἔτεκεν ἄλλο*, 306. *τυφάονα* pro *τυφάωνα*, qua de re vid. Etym. M. *p.* 772., 37. *sq.*, 333. *φόρκυι* pro *φόρκυνι*, 369. *βροτὸν* pro *βροτῶν*, 403. *ἠδὲ ἀνάσσει* pro *ἣδ' ἀνάσσει*, licet idem v.

883. relictum fuerit, 436. τοῖς pro τοῖσι, 535. τ' ἄνθρωποι pro τε ἄνθρωποι, 578. ἀμφὶ δέ οἱ στεφάνην pro ἀμφὶ οἱ στεφάνην, 617. ὠδύσσατο pro ὀδύσσατο, 637. οὐδέ τις ἦν ἔριδος, ubi ἦν deerat; 691. contra ἀστεροπῇ ποτέοντο, omisso εὖ, quod in Aldino exemplari et in interpretatione quoque latina perverse insertum erat, 862. ἀτμῇ, interprete duce, pro ἀϋτμῇ, 953. οὐλύμπῳ pro ὀλύμπῳ. Similiter v. 774. pro αἴδαο sine dubio voluerant αἴδεω scribere; sed expressum male est ἀΐδεο. Bonis his exemplis multi illud quoque accenseri volent, quod v. 43. pro δώματ' ἀθανάτων repositum est δώματά τ' ἀθανάτων. Quippe idem tum aliis placuit olim, tum nuper Hermanno *epist. ad Ilgenium p. XIV.* Quod cur probari nequeat, longa indiget explicatione.

Reliquae deinde huius generis coniecturae aut minus certae sunt aut prorsus reiiciendae. Sic v. 47. ἁπασῶν pro ἁπασάων et 130. νυμφῶν pro νυμφάων nunc non placet amplius. Nec ἔλλαβεν v. 179. pro ἔλαβεν ad consuetudinem grammaticorum accommodatum, diutius locum tenebit. — Versu autem 447. non prorsus malo consilio καὶ ἐκ contraxerunt in κἠκ, quamquam, si contractio locum omnino habere potest, κἀκ potius erat scribendum. Similiter v. 285. certe in exemplaribus omnibus scriptum est χὠ aut χ' ὠ: qui quidem locus recentioris quam is, de quo dicitur, vix haberi potest originis. — V. contra 787. πολλὸν δ' ὑπὸ χθονὸς, quod versui non satisfacit, distraxerunt scribendo δὲ ὑπό: unde vulgata ducta est scriptura. — V. 895. ubi duplici copula enunciatio praecedenti erat adnexa πρώτην μὲν γὰρ κούρην, secundam omiserunt; quod ineptum saltem non est. — V. 960. quum βουλῇσιν εἰδυῖαν non ferat metrum, βουλῇσ' εἰδυῖαν posuerunt illi; quod extra omnem dubitationem positum est, si ista nominis species unice probanda est. — V. 990. ubi ἀναῤῥειψαμένη acceperunt metro non accommodatum, coniectura inciderunt in id, quod licet non eleganter inventum, proximum tamen est, ἀναρειψαμένη. — V. 947. vocabulo διώνυσος non assuefacti ideoque versum mancum esse rati, falso reposuerunt χρυσοκόμης δ' ἄρα διόνυσος. Nam ne forma quidem haec in veterum poetarum carminibus satis tuta est. V. Hermann. *Opusc. Vol. II., p.* 191.

Prae ceteris autem ubi gravior ex hoc genere corruptela textum insidebat, rem minus fauste agebant. Sic v. 725. quod pro δεκάτῃ δ' ἐς τάρταρον ἵκοιτο posuerunt ἵκεν, vel propter propinqui versus dissimilitudinem reiiciendum est. — V. 696. ubi erat ἀμφείπετο θερμὸς ἀϋτμὴ, coniecerunt ἄμπετο. Quae quidem forma quam habuerit originem,

difficile est explicatu. Ficta autem est fortasse ad exemplum Homericae formae σύνετο ex ἀμφὶ, ἀμπὶ et εἶτο, ἕτο. Quale est exemplum apud Hesychium *T. I.*, *p.* 284., ex Laconum sermone depromptum, ἀμπέσαι, ἀμφιέσαι, haud plane absimile illud. — V. 482. scripturam Aldi unam omnium corruptissimam haud imprudenter ex illorum temporum intelligentia ita mutarunt, ut pro verbis:

πρῶτον ἐς αὐτὴν λύκτον. κρύψε δέ ἑ χερσὶ λαβοῦσα —,

versum reponerent huncce:

πρῶτον ἐς αὐτὴν λύκτον. ἔκρυψε δ' ἑ χερσὶ λαβοῦσα.

Pariter v. 582. res est ab his administrata; nam Aldinum

κνώδαλα, ὅσσ' ἤπειρος τρέφει ἠδὲ θάλασσα

nullum facit versum; sed

κνώδαλα, ὅσσ' ἤπειρος μὲν τρέφει ἠδὲ θάλασσα,

quod est Basileensium, sex metra certe complet.

Denique tertium mutationum genus, earum quidem, quae ad emendandam grammatices rationem sententiarumque seriem restituendam pertinent, numero profecto constat magno, sed perexigua auctoritate. Ac primum quae pertinent ad genus grammaticum, prope omnes futiles sunt et minutae. Sic vocabulum ἀγκυλομήτης, probum illud et indubitatum, v. 19. et ubicunque obversatur, transiit in ἀγκυλομῆτις, ex novitiorum magistrorum praecepto. Quamquam veteres grammatici, qui formam hanc similemve aut commemorant aut commendant, in eo omnes consentiunt, ut προπαροξυτόνως scribendam esse affirment. V. Etym. M. *p.* 518., 33. *sqq.* Eustath. *ad Od.* *p.* 1462. Moschopul. *ad Hes. Opp. v.* 48. Schol. A. *Il.* ι, 571. *p.* 268. In exemplaribus autem antiquis *Theogon.* v. 511. αἰολομῆτιν legebatur.

V. 662. scripserunt pro δηϊοτῆτι δηϊότητι et v. 852. δηϊότητος. Id quamvis facile posset ita explicari, ut editores ad vulgarem similium nominum normam illud redigendum esse putarint; haud scio tamen an non potius ob quandam doctrinae varietatem acciderit. Etenim iam inter grammaticos graecos antiquissimos de accentu vocabuli disceptatum fuit. Alioquin non annotasset Schol. A. *Il.* γ, 20. *p.* 97. ab Aristarcho δηιοτῆτι praeceptum fuisse. Ac fuerunt, qui de hoc vocabulo ab istius sententia discederent. Etenim Etymol. quidem M. *p.* 103. *init.* accurate de accentus diversitate docuit haec: τὰ εἰς τη̅ς̅ θηλυκὰ ἅπαντα βαρύνονται, πλὴν τοῦ ταχυτής, βραδυτής, ἀνδροτής, δηϊοτής. Nec alia tradidit Const. Lascaris *Grammat. l.* 3., *Γ. VI. fol. vers. ed. Ald.* 1512., nisi quod ἀνδροτής iam transiit in ἀδροτής. At vere

apud Arcadium *p.* 28., 8. *oll. not.* 40. *et Blöchii addit.* *p.* 52., quum reliqua exempla in eadem re appellarentur, ultimum plane praetermissum est. Deinde recentiorum grammaticorum dissensum nihil illustrat luculentius, quam quod librarii quum saepe Aristarcheam illam rationem sequuti sint, multis tamen locis alteram scribendo expresserunt. V. Callin. *fragm. I.*, 14. *p.* 224. *Gaisf.*, Tzetz. *Homericorum v.* 108. *ed. Bekk.*, Quint. Smyrn. multis locis, Etym. Gudian. *p.* 142., *in.* Contraria ratione interdum accidit, ut alia vocabula citra disertum grammaticorum praeceptum ad rationem δηιοτῆτος nominis accommodata sint; v. c. ap. Io. Diacon. *Allegor. p.* 552., 28. *ed. Lips.* ex codd. legitur τὴν παχυτῆτα, quod sententia sua, opinor, quodammodo defenditur. — Ab hac autem quaestione plane seiungi debet altera, quam primus movit Buttmannus *Gramm.* 2., *p.* 324. *not.*, de accentu nominativi δηιότης. Qua de re quum pleraque bene ab eo sint exposita; quamquam Eustathii verba *p.* 20. perperam in suspicionem vocavit; multo tamen illa poterat pertractari plenius. V. inpr. Herodianum ἐν τῷ περὶ ταχυτῆτος καὶ δηιοτῆτος *apud Eustath. p.* 287., 19., et περὶ μον. λέξεως *p.* 33., 22. *sq. p.* 40., 7. 8. — V. 548. ubi legebatur ζεὺς κύδιστε μέγιστε, errore dederunt ζεῦς, ex quo saltem perspicitur, recte illos vidisse, vulgatam non esse graecam. — V. 446. saniorem medelam admoverunt, nimis diu illam spretam. Quippe etiam nunc in Gaisfordiano textu pariter atque in Aldino et Italis omnibus legitur:

ποίμνας τ' εἰροπόκων γ' ὀΐων, θυμῷ γε θέλουσα.

Merito autem ab editore Basileensi importunum illud γ', quod omni significatu caret, extrusum est. Videtur enim id in textum infeliciter fuisse illatum, quum primum vitiosae scripturae γεθέλουσα, quam praebet Aldus, corrigendae caussa in margine adscriptum esset. Sic olim fragm. Hes. 31., 2. depravatum erat.

Reliquae emendationes, quae quidem in sententiae gratiam institutae sunt, maximam partem de latina, quam memoraveram, interpretatione, tanquam de puro limpidoque fonte, ductae sunt. Multae autem, quae ex malo eius usu originem traxerunt, statim reiici debent; nonnullae tamen, quae aptam et concinnam efficiunt sententiam, notatione dignissimae sunt. Harum omnium auctoritas ex fide interpretationis suspensa est. Quam si ad codicis auctoritatem sedulo factam esse certo constaret, aliquot emendationum exempla magni oporteret aestimare. Verum vix tamen dubium esse potest, quin illa ex magistrorum Italorum scholis profecta

sit, qui suo interdum ingenio magis, quam codicis lectioni obsecundaverint.

Primum delibamus ea, quae aut bona sunt, aut Aldinae lectioni certe praestant. Sic v. 199. ex interpretatione

Cyprigenam vero, quod nata est undosa in Cypro

placuit editori pro ὅτι γένοιτο reponere ὅτι γένετο, quod saltem sermonis nativitati accuratius convenit. — V. 200. μειδέων mutarunt in μηδέων, *quia ex genitalibus emersit.* — V. 355. κερκῆϊς τε φυὴν ἐρατὴν vere ex interprete nominativum ἐρατή derivarunt. Cf. vers. 259. Hom. *Il.* ζ, 478. — V. 420. καί οἱ ὄλβον ὀπάζοι, quum interpres dedisset: *et illi divitias largitur*, non inepte transmutarunt in καί οἱ ὄλβον ὀπάζει. Favet enim antiqua sermonis facilitas. — V. 438. ubi erat:

καλὸν ἄεθλον

ῥεῖα φέρει, χαίρων τε τοκεῦσί τε κῦδος ὀπάζει,

quod quidem neutiquam ferri poterat, interprete duce reposuerunt scripturam Trincavellinam:

χαίρων τε τοκεῦσιν κῦδος ὀπάζει.

Quae licet metrica quadam difficultate prematur, egregie illa ab Gerhardo commonstrata, sed improspere curata *Lect. Apollon.* p. 155., consilio certe et instituto poetae omnium maxime accommodata est: nisi quod cum acumine quodam dicta est, quod vereor ne ab summae antiquitatis simplicitate recedat. — V. 593. ineptum illud et satis vetustum mendum ἀλλ' ἀκόροιο bene correxerunt ex interpretatione: *paupertati non accommoda, sed satietati;* ἀλλὰ κόροιο confirmant codices. — V. 675. interpres vertit in hunc modum:

Saxa praerupta validis in manibus gestantes;

unde ab editore derivatum est στιβαρῆς ἐν χερσίν. Sed Aldina scriptura στιβαράς non modo omnium est exemplarium tum in Italia impressorum, tum manu scriptorum (nam codd. Paris. 2763., R. S. et Emm. negligenter collati fuerunt, nec Göttlingii diligentia hic sibi constat), verum etiam scholiastae Veneti nititur testimonio, quod exstat, antehac obscuratum, in exemplari Trincavellino p. *CLVI. f. r.:* πέτρας ἠλιβάτους. ἤγουν μεγάλας καθ' ὑπερβολήν. στιβαράς, ἰσχυράς —, quae quidem ab Heinsio et Gaisfordo in unum omnia male coniuncta sunt. Contra στιβαρῆς ἐν χερσὶν luculenter firmatur tum v. 715., ubi de eisdem sermo est:

οἵ ῥα τριηκοσίας πέτρας στιβαρῶν ἀπὸ χειρῶν
πέμπον ἐπασσυτέρας,

tum communi poetarum usu, quibus illud genus dicendi valde placuit. V. Hom. *Il.* ν, 505. et saepius, Apoll. Rh. *Arg.* *I.*, 1313. *II.*, 1212., Apoll. Soph. *Lex. Hom.* p. 617.

cum not. Tollii. Quare non sine ratione illud, quum ab Commelino alteri scripturae fuisset praelatum, ad hunc usque diem in textu inoffensum legebatur. Verum ista tamen dictionis commoditas non eam habet vim, ut gravissima omnium auctoritatum testimonia pro infirmis censeri possint: praesertim quum egregium ab sententia illis accedat praesidium. Ac primum quidem quo significatu dixerit poeta πέτρας στιβαράς, pulchre perspicitur ex aliorum consuetudine, v. c. Apoll. Rhod. *Argon. II.*, 598.:

καὶ τότ' Ἀθηναίη στιβαρῆς ἀντέσπασε πέτρης,

aut *IV.*, 1638.:

τοὺς δὲ Τάλως χάλκειος ἀπὸ στιβαροῦ σκοπέλοιο
ῥηγνύμενος πέτρας εἶργεν χθονὶ πείσματ' ἀνάψαι.

Deinde hoc loco iam non opus erat Centimanorum robustas commemorari manus: luculenter enim poeta praegrandia eorum membra proximis versibus descripserat. Verum id erat sententiarum ordini inprimis accommodatum, ut telorum, quibus illi in pugna adversus Titanas essent usuri, immensa ac rigida moles copiose designaretur. Quapropter πέτρας ἠλιβάτους στιβαράς cum singulari vi dictum esse potuit. Denique verba ἐν χερσὶν ἔχοντες quod simpliciter et sine ornatu apposita sunt, neminem offendet, qui antiquam poetarum epicorum indolem crebro usurpando cognoverit.

V. 748. reppererant in Basil. exemplari:

ὅθι νύξ τε καὶ ἡμέρα τάσσον ἰοῦσαι,

ubi quum interpres dedisset: *quia tam nox quam dies celeriter euntes*, τάσσον tantum mutarunt in θᾶσσον, reliqua corruptela non deprehensa. — V. 811. vitiosissime editum erat:

λάϊνος οὐδὸς
ἀστεμφῆς ῥίζῃσι διηνεκέεσσιν ἀρηρώς.

Recte editores posuerunt ἀστεμφής, quod interpres expressit. — V. 877. ubi legitimus orationis ordo interceptus erat:

ἀνδράσιν, οἵ κείνοισι συναντῶτες κατὰ πόντον,

interpres autem Trincavellinum συναντῶσιν vel tale quid expresserat: *qui illis occurrunt in ponto*, editores illud ipsum reposuerunt de coniectura. — Denique v. 889. τέξεσθαι tum aequalitate ducti tum interpretatione pro τέξασθαι verissime emendarunt.

Aliis deinde locis itidem ex interpretatione ista carmen immutarunt; sed quum falsa plerumque specie decepti essent aut pravo iudicio uterentur, valde lectionis sinceritati obfuerunt. Sic v. 26. pro γαστέρες οἷον posuerunt γαστέρες οἷοι, *ventres velut*. — V. 45. ubi

οὓς γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ἔτικτεν,

in hunc modum redditum erat: *quos tellus et caelum latum genuerunt*, statim quum numerus solennis placeret, ediderunt ἔτικτον. Hoc autem recentium editorum turbae adeo adamatum est, ut contra fidem editionum antiquarum et codicum omnium, contra Schol. utriusque consensum, contra aliorum denique grammaticorum citationem, v. c. Schol. L. et Vict. *ad Il. α*, 604. *p.* 45., hodieque in textu legatur. Recte tamen proscripsit nuper Göttlingius, quamquam de origine nihil habuit comperti. Nolo in manifesta re diutius morari; unum tamen eiusdem structurae afferam exemplum geminum *Theogon.* 703. 4.:

ὡς ὅτε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν
πίλνατο.

V. 107. pro mendosa Aldi scriptura νυκτὸς δὲ δνοφερῆς quod in hoc primum exemplari repositum est νυκτὸς καὶ δνοφερῆς, et ipsum ex interpretatione derivatum esse videtur *nocteque caliginosa* exhibente: quamquam quod verum est, nullo negotio inde erui poterat. Ista autem coniectura multo etiam pluribus editoribus imposuit, quam ea, de qua modo dicebamus: quippe ab Commelino inde in omnibus fere exemplaribus circumferebatur. Neque vero is qui veram Iuntinarum lectionem νυκτός τε δνοφερῆς primus Hesiodo restituit Dorvillius *Misc. Observ. Vol. II., T. III., p.* 319., nec alius quisquam depravationis fontem indicavit. — Praeterea v. 127. ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι indidem sine ulla causa mutatum est in ἵνα μίν περ π. κ., *ut ipsam totam obtegat.* — Denique v. 392. 3. dupliciter demutarunt, semel de sua quadam opinione falsa, tum de interpretis consilio. Nam pro

εἶπε δ' ὅς ἄν μετὰ εἷο θεῶν τιτῆσι μάχοιτο
μή τιν' ἀπορραίσειν,

reposuerunt audacter:

εἶπέ δ' ὅς μετὰ εἷο θεῶν τιτῆσι μάχοιτο,
μή τιν' ἀπορήσειν.

Interpres: *non cariturus sit muneribus.*

Supplementi instar accedant exempla ea, ubi editores suopte ingenio aliquid innovarunt; quod vix tamen saepe factum est feliciter. Certe non erat magnae rei τὴν αὐτῆς v. 754. et v. 755. ἐπὶ χθονίοισι copulari in τὴν αὐτῆς et ἐπιχθονίοισι. V. autem 733. ubi τεῖχος δέ περ οἴχεται ἀμφοτέρωθεν acceperant, quod nullum habet explicatum, pro οἴχεται non incommode οἴχεται inventum est. Similem emendationem loco adhibuit Hermannus *ad Orphic. p.* 820. — Verum v. 230.

δυσνομίην ἄτην τε, συνήθεας ἀλλήλοισιν,

quod ἀλλήλῃσιν ediderunt, quamquam postea codicum quo-

Quippe scholiorum accessione commendatum, reliquis aliquanto facilius innotuit. Sed plerique tamen qui illud commemorarunt, sic loquuti sunt, ut ab iis excusum non esse exemplar plane intelligatur: nec novi quemquam ista aetate criticum, qui illud emendandae Theogoniae adhibuerit. M. enim Neander, ut hoc utar, qui Trincavelli editionem appellavit in *Opere Aureo T. I., p.* 517., in omnibus tamen quas excerpsit sententiis Hesiodeis Aldinam scripturam, exemplaribus Basileensibus redditam, constanter servavit. Praeterea quotquot hoc tempore fuerunt, qui singulis locis corruptis sanationem pararent, paucissimi, velut Gul. Canterus *Nov. Lect. l. IV., c.* 21. *p.* 611. *sq.* atque Paull. Leopardus *Emendat. l. XVIII., c.* 1. *p.* 356. *sq.*, omnem illi emendationem ad Basileensia exemplaria direxerunt, de quorum integritate qui dubitarit, novi neminem.

3. Hac igitur ratione si diutius tractata fuisset Theogonia, omnis res critica mox ad ineptam rerum exilium perscrutationem esset delapsa. Interim prospere accidit, ut Theogonia Gallorum vegeto ingenio dextraque diligentia ab minuta angustaque industria Germanorum paullatim vindicaretur. Primum in hac re suspicamur elaborasse eum, qui editionem Theogoniae Parisinam, a. 1544. apud Iac. Bogardum excusam, apparavit. Cuius quamquam nulla mihi obtigit copia; Heynius tamen annotationibus Wolfianae editioni scriptis nonnullas interposuit notationes, ex quibus haud obscure instituti totius indoles perspicitur. Nam quum vix ea ex libro manu scripto tota expressa videri possit, maiorem id habet verisimilitudinem, si quis ad Aldinum exemplar, reconcinnatum illud de coniectura ac de aliorum librorum aut manu aut typis exscriptorum fide, factam eam esse contendat. Nam Aldini similitudinem parat illud, quod v. 582. exhibitum est:

κνώδαλα, ὅσσα πε ρ ἤπειρος τρέφει,

aut v. 1003. αὐτὰρ νηρηΐδες κοῦραι. Deinde cum Trincavelli libro editor consentit vv. 703. 783. 801. 961. Duobus denique locis quum ab exemplaribus editis omnibus dissideat, v. enim 725. habet ἤκοι, et v. 748. ἄσσον ἰοῦσαι, aut de codicum auctoritate factum id est: quippe utrumque scribendi genus comparet in cod. Paris. 2708.; aut de coniectura: facilis enim est ea et in aliorum locorum similitudine parata.

CAPVT III.

HENRICVS STEPHANVS.

Primus angustos hos emendationis fines transgressus est ampliorenique totius carminis curam cum quadam plenitudine absolvit Henricus Stephanus. Qui quamquam mirum quantum opera sua profuit Theogoniae, vix tamen minus eidem, quamvis invitus, obfuit. Fama enim nominis Stephaniani plerorumque editorum proxime insequentium animos tanta imbuerat religione, ut quicquid in hac editione erat expressum, non multum abesset, quin tanquam veram ipsius poetae manum revererentur. Quod quo magis valuisse viderem ad universam carminis crisin, eo diligentius ac severius omnem exemplaris Stephaniani censuram peragendam esse intellexi. Exstat autem illud in *corpore poetarum Graecorum principum carminis heroici*, quod prodiit *Parisiis* 1566.

Magno quidem fortunae beneficio Henr. Stephanus ad scriptorum Graecorum editionem delatus est. Nam quum ingenio facili vegetoque et animi ardore non inconstanti a natura esset praeditus, a prima deinde pueritia, summo Graecae linguae amore innato flagrans, quotidiana doctissimorum virorum familiaritate et institutione fuisset usus, tam plenam absolutamque Graeci sermonis doctrinam sibi comparaverat ac tam acrem eius proprietatum sensum erat assequutus, ut vix quemquam noverim tempore praecedenti, qui aequiparari Stephano in hoc genere merito possit. Praeterea taberna patris libraria multa variaque scriptorum exemplaria praebebat, auxilioque erant opulentae Parisiis librorum copiae manu scriptorum. Quantum igitur ex critico Stephani labore scriptorum Graecorum emendationi, praesertim ubi idonea eius aderant adiumenta nec defecerat animus, redundarit emolumenti, satis unicuique perspicuum est. Verum illud tamen prae ceteris admonendum est, ne quis tum temporum istorum, tum humanae imbecillitatis dimittat memoriam. Consedit enim animi ardor saepenumero; atque omnis illa ingenii vis dilabitur. Deficit diligentia, refrigescit doctrinae studium; ac iam caecutit hebe-

tissimo ingenio magis. Denique non omnibus scriptoribus Stephani ingenium pariter erat aptum; quippe quum omnino ad poetarum emendationem minus conveniret, prae ceteris tamen ab antiquissimorum poetarum epicorum sensu et intelligentia abfuisse videtur. Quocirca his plerumque utilem in iis tantum rebus adhibuit operam, quae circa communem Graeci sermonis intelligentiam versabantur ac facili observatione deprehendi poterant. . . . . .

Ad Hesiodum autem percensendum tantis accessit Stephanus stipatus copiis, quantas vix ulli post editori affuisse sciam. Primum exemplaria Itala in promptu erant sive omnia sive pleraque. Etenim Aldinum et Trincavellinum diserte ab Stephano commemorantur; Iuntino autem utroque, an alterutro fuerit usus, diiudicari nequit propterea, quod ubi eius meminit *ann. ad Theogon. v.* 537. *et* 593., obscuro utitur nominis compendio: *Flor.* Convenit vero et *Ζηνὸς νόον ἐξαπατίσκων* v. 537. et *ἀλλ' ἀκόροιο* v. 593. utrique exemplari: at quod ex eodem rettulit *ἀσύμφοροι* v. 593., ab utroque alienum est, Aldi illud proprium. Praeterea Stephanus *edd. Germanas* appellavit interdum h. e. Basileenses; ac Parisinam quoque, licet non nominaverit usquam, adhibitam tamen ab eo fuisse, ex ann. marg. v. 748. apposita haud improbabiliter colligere mihi videor. Noverat igitur quicquid antea in exemplaribus excusis Theogoniae destinatum erat operae.

Verum aderant etiam praesidia codicum manu scriptorum. Harlesius quidem *ann. ad Fabric. Bibl. Gr. T. I., p.* 601. uno tantum Stephanum codice usum fuisse tradidit. Sed deceptus is est importuno scripturae compendio, quod est in *praefatione poet. gr. her. carm. p.* 20., ubi de his aliisque emendationis auxiliis exponitur: *ad (Hesiodum) restituendum aliquot castigationes ex vet. cod. sumptae — nos iuverunt.* Harlesii errorem arguit illud, quod ubi codicum Stephanus in annotationibus facit mentionem, nusquam codicem unum, sed ubique veteres codices, quin semel omnium, quos vidit, codicum consensum appellat. V. *ann. ad Theogon. v.* 60. 84. 830. *et ad Opp. v.* 5. (63.) 149. 268. Nec saepius omnino provocavit ad codicum auctoritatem *).

---

*) Castigandus hoc loco est egregius Göttlingii error *praef. Hes. p. XXXVIII.* tradentis, *varias e codicibus lectiones ab H. Stephano in margine* fuisse *enotatas.* Idem apparet luculentius *annot. ad Theog. v.* 1013. 938. 228. 370. Illae vero petitae sunt ex editis exemplaribus cunctae.

De omni instituti ratione quamquam pauca exposuit Stephanus, idonea tamen ea sunt ad cognoscendam indolem laboris. Quippe quum variarum lectionum singulis poetarum locis aut dubiis aut corruptis ad marginem appositarum rationem distinctius illustraret *T. II.*, *p.* 488., harum delectum sese pro eo, quod suppeteret, otio habuisse professus est: ipso enim illo tempore, quo mandandus prelo fuisset textus, et quaesitas eas esse et appositas. *Quod si non ubique*, ait, *eum*, *quem decuit delectum habui (peioribus interdum in textu positis)*, *at paulo saltem plus adhibitum fuisse in hac editione iudicii circa has etiam*, *quam in ulla superiorum*, *collatio ostendet.*

Egregium profecto modestiae ac prudentiae documentum, et satis idoneum ad reprimendas nimias quas possit quis de hac opera suscipere exspectationes. Non excludit quidem ista narratio omnem carminis tractationem paullo accuratiorem diuturnioremque cogitationem, quam paucis aliquot exemplis adhibitam fuisse haud denegaverim. Verum, ut plurimum, varias scripturas exemplarium veterum typis exaratorum non fuisse primum magno labore sub unum conspectum coagmentatas, deinde certo ac strenuo iudicii discrimine disparatas; sed potius, instànte novissimo tempore, celeri opera fuisse comparatas ac sub infirmum iudicium vocatas, certissimum est.

Neque aliud quicquam praestitum ab Stephano esse reperiet, si quis veteres editiones conferendi laborem non aversetur. Quid? quod multo etiam minus revera praestitum est. Primum enim Iuntinum exemplar, quod bis tantum commemoravit, neutiquam continua ac plena observatione cognovit, nec nisi perpaucis adhibuit locis dubiis. Nullam enim earum lectionum, quae huic propriae sunt bonae atque integrae, anteposuit vitiosae reliquorum librorum scripturae nullamque adeo ad marginem posuit, tanquam commemorabilem. — Deinde emendatior illa editio Basileensis Oporini mirifice ab Stephano neglecta est, ut bonam emendationum partem laudabiliter in ista editione institutarum prae vitiata auctoritate libri Aldini aperneret. — Denique scholiastam Cantabrigiensem, editione Birchmaniana expressum, ex quo praeclara emendationis adiumenta promi potuerant, uno tantum loco, in ipso quidem carminis principio, attigit.

Praecipua autem ac prope singularis laus operae Stephanianae cernitur in eo, quod Veneta exemplaria duo studio haud incurioso inter se contendit et comparavit. Verum ne hac quidem in re explevit exspectationem nostram. Primum enim quamquam Stephanus exemplar Aldinum appellavit *mendosissimum*, Trincavellinum contra gravissimis locis emen-

datum esse contendit *praefat. p.* 20., eam tamen constat utriusque esse indolem, ut ambo propriis tum bonis excellant, tum pravis sordescant, aut in mediocritatis dissensu requiescant. Haec diversa scripturae genera, quae facile discernuntur, Stephanus, profligandae operae ardore correptus, non recto usquequaque iudicio disterminavit. Sic factum est saepenumero, ut bona Aldi scriptura neglecta, malam Trincavelli in carminis continuationem reciperet, aut pravam illius bonae alterius praeferret, aut bonam sive malam ei, quae nec peior erat nec melior, postponeret tamen. Contra haud paucis locis bona Trincavelli scriptura neglecta est prae vitiosa Aldina, inepta aut impedita optimae anteposita, media denique posthabita mediae. Quae quidem maximam partem non iudicio Stephani, sed negligentiae ac nimiae properationi assignanda esse apparet. Ceterum quamquam Trincavelli exemplar mirifice collaudavit, tamen ne cognovit quidem omnes eius dotes. Scholia enim Veneta scholiorumque lemmata, quorum supra monstravimus dignitatem, Stephanus tantum non neglexit, ita ut, quum in communi librorum corruptela saepenumero illa bonas scripturas praebeant, gravissimas indiligentiae suae daret poenas.

Deinde illud inprimis tenendum est, quod carmen in ipso exemplari Aldino aut in aliquo, quod ad illud erat accurate expressum, ab Stephano percensitum et ad editionem paratum fuisse videtur. Trincavellinum certe librum prelo non subiecit. Quae quidem res, ne omnem disputationem insequentem tester, ex eo satis liquet, quod versus iste:

Τηλέγονον δ' ἔκτιτε διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην,

qui in illo libro post v. 1013. insertus est, ab Stephano nusquam commemoratur. Praeterea quum admodum sit credibile, Stephanum ad castigandam Theogoniam exemplari viliore ac parabiliore usum fuisse, eam in rem exemplar Basileense a. 1542. adhibitum esse censeo. Coniectura autem nititur in eo, quod v. 484. ab Stephano non *αἰγαίῳ ἐν ὄρει,* quae tamen est Aldina scriptura, sed *ἀργαίῳ ἐν ὄρει* editum est, cuius in communionem illud ipsum, quod dicebam, exemplar devenit.

Hoc igitur exemplar quum Stephanus, non neglecto Aldino ipso, ad fidem Trincavelli eo inprimis consilio castigaret, ut omnigenam verborum vitiositatem emendaret, et commodam ubique sententiam redintegraret, accidit nonnunquam, obrepente, ut fit, desidia in diuturno assidui laboris decursu, ut ad malam exemplaris sui scripturam conniveret, aut non anquireret usquequaque alterius auxilium, praesertim in eo genere, quod

sententiae integritatem non laedit. Interdum ubi in altero exemplari diversam quidem scripturam, non praestabiliorem tamen eam invenit, fugit fortasse in re dubia mutandi molestiam. Contra multo saepius factum est, ut Trincavellino exemplari adhaeresceret, et ubi primum egregiam aliquam in eo advertisset scripturam, bonitate libri captus, in proximis quoque versibus etiam quae minus praestarent, amplecteretur.

2. Haec igitur, quae generatim de veterum exemplarium usu erant disputanda, ita iam singulis exemplis illustrabimus, ut omnis editionis Stephanianae origo et indoles plene et accurate perspiciatur. Qua re perfecta, reliquorum exemplarium, quae post edita sunt, censura non magnum erit negotium.

Itaque primum de iis exponam locis, quibus bene consuluit Stephanus ita, ut Aldi auctoritatem prae Trincavellina scriptura negligeret. Quorum quidem satis est magna et exquisita copia.

Initium capiatur ab exemplo luculentissimo, quod est in ipso carminis principio *vers.* 5., ubi Stephanus Aldinum τερμησσοῖο cum Trincavellino περμησσοῖο permutavit, atque τερμησσοῖο in marginem ablegavit. Crates ἐν τοῖς Βοιωτικοῖς, cuius testimonium Schol. Venet. *ad h. l.* attulit, hunc fluvium ab accolis appellari Πάρμησον tradidit. Cuius nominis vestigia quamquam nostris in libris prope deleta sunt, eodem tamen utitur Io. Boccatius *de montibus p.* 135. *b. ed. Venet.* 1494., similemque formam Παρμησσός Nicandro tribuit Sylburg. *ad Pausan. p.* 799. *ed. Wechel.* Quocirca nihil dubito, quin apud Marcianum Capellam *de Nupt. l.* 8. *p.* 273. *Grot.* ex vetustissimorum librorum fide reponendum sit: *Parmessiaci gurgitis fontes.* Sed ex probatissimorum auctorum iudicio verum fluminis nomen fuit Περμησός. Haec certe forma, ut taceam consensum gravissimorum in hac causa scriptorum, Strabonis *l.* 9., *p.* 624. *C. et* 631. *B., cll. ei. Chrestom. p.* 1265. *B.*, Hesychii *s. v.* Πέρμησος, Servii *ad Virg. Eclog.* 6., 64., aliorumque, tum apud Nicandrum *Ther.* 12. in plurimis libris legitur, qui graviore corruptela non sunt depravati,

παρ᾽ ὕδασι Περμησοῖο,

tum Latinis quoque poetis, id quod gravissimum in hac disciplina est, tradita et frequentata deinceps est. Exemplo sit Virgilianum illud *Eclog.* 6., 64.:

Permessi ad flumina,

docta Italorum usurpatione nobilitatum; ac Statianum *Theb.* 7., 283.:

tuque o Permesse canoris
Et felix Holmie vadis.

Quorum quidem hoc quid Statius in Theogonia, illud quid apud Nicandrum Virgilius legerit, luculenter demonstrat.

Tertia denique nominis species est *Τερμησός*, quam quum Zenodoteorum exemplarium h. l. fuisse docuisset Schol. Venet., sic deinde refutavit, ut id non fluvii, sed montis esse nomen affirmaret. Verba scholiastae, quae male sana exstant ac disiecta in exemplaribus, nulla opera sic ordinantur: *ἐμβάλλει δὲ εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην. Τὰς δὲ πηγὰς ἔχει ἐν τῇ Θεσπιακῇ χώρᾳ καὶ ἀπ' αὐτῆς ῥεῖ εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην* *). *Ἐν δὲ τοῖς Ζηνοδοτείοις γράφεται Τερμησσοῖο. κακῶς· ὁ γὰρ Τερμησὸς ὄρος ἐστὶ καὶ οὐ ποταμός.* Hunc saltem ordinem postulat rerum continuatio. At multum tamen vereor, ne extrema ista annotationis pars, quae vituperium infligit Zenodoto, ex interpolatione indocti hominis apposita sit. Is enim quum notitiam aliquam accepisset obscuram Telmessi sive Teumessi, montis Boeotiae celebratissimi, (v. Valcken. *Eur. Phoen. v.* 1107., Ruhnk. *ep. crit. I., p.* 16.), nominibus confusis, tuto se vexato capiti Zenodoteo illudere posse existimavit. Ac nomina ista confusa sunt etiam ab librariis quibusdam Orphei *Argon. v.* 121. Nimirum urbem quidem Termessum Pisidam satis omnes novimus, multorum narratione illustratam; montem vero qui praeter hunc hominem commemoraverit, equidem certe inveni neminem. Nisi forte promontorium Termessium urbi fuit cognomine: qua de re nihil tamen tradidit Strabo *l.* 13., *p.* 935. *A.* Interim scholiastae notatio nihilominus magni est momenti, tum quod hanc nominis speciem, quae quidem apud Pausaniam quoque et in scriptis aliorum exemplaribus reperitur, non ex recenti librariorum depravatione derivandam, sed ad antiquam auctoritatem referendam esse discimus; tum quod valde confirmat

---

*) Altera haec enuntiationis pars fortasse ex margine scholio importune illata est; quae res depravationi dederit ansam. Aut plurium diversa studia indocte coniuncta in unum sunt. Sed scholiastarum sermo severis legibus astringi nequit. Similis certe luxuria apparet in *schol. ad v.* 886.: *λέγεται ὅτι ἡ Μῆτις τοιαύτην ἔχει δύναμιν, ὥστε μεταβάλλειν εἰς ὁποῖον ἂν ἐβούλετο. Πλανήσας οὖν αὐτὴν ὁ Ζεὺς καὶ πικρὰν ποιήσας κατέπιεν. Ἔγκυον δὲ αὐτὴν κατέπιεν.* In quo loco corrigendo Heynius et Gaisfordus frustra fuerunt; Lobeckius autem *Aglaoph. p.* 613. quod correxit *μυῖαν* pro *πικράν*, qua ratione id factum sit, vellem declarasset vir doctissimus. Impedita est enim tum sententiae tum palaeographiae ratio. Utrique autem facilius et certius fortasse opitulabimur scribendo: *καὶ μικρὰν ποιήσας.* Nam quamquam in hac quoque scriptura aliquid residet ridiculi, coniunctum tamen illud est cum ipsa rei natura multoque Lobeckii sententia tolerabilius. Idem autem scripturae genus protulit nuper Goettlingius.

ea, quae de praestantia alterius formae antiquitus sancita disputavimus. Itaque in isto Stephani iudicio, *Περμησσὸς* formam comprobantis, nobis acquiescendum esse vere affirmaverim. Quamquam istam formae diversitatem nolim ex vetusto scripturae mendo repetere, quale quidem notum est in alia quoque irrepsisse vocabula ab eadem littera incipientia. V. Ruhnk. *ep. crit. I.*, *p.* 8. Sed si quid coniectura licet in re dubia periclitari, originem malim ducere aut ab dialecti diversitate (v. Gregor. Cor. *de dial. p.* 364. 662.), aut a vetusta pronuntiationis declinatione. Simillimam certe recentiore aetate simile Parnassi nomen in Boeotorum sermone expertum est. V. Eustath. *ad Odyss. pag.* 1872., 50. *sq.*

Quod vero Stephanus h. l. et *Περμησσοῖο* reposuit et Aldinam quoque duplicata σ littera ad marginem ascripsit, quamquam apud Nicandrum sibi non constitit, in hoc videtur tum Latinorum poetarum usui aliquid dedisse, tum aliorum exemplorum similitudini. Neque negari enim potest, *Ταρτησσός, Ἁλικαρνησσός, Λυκαβησσός* aliaque id genus nomina duplici littera sibila secundum technicorum antiquorum praecepta esse scribenda. Qua de re licet nihil perficiat Arcadius *de accent. p.* 77. *in.*, satis tamen disertum est testimonium Schol. A. *Il.* μ, 20. et Eustath. *p.* 890. *init.* At hoc tamen nomen non est praetermittendum, quod in Graecis libris plerisque simplici littera scriptum est. Deinde Latinorum poetarum scriptura aut ex recenti Graecorum consuetudine vulgari, aut ex eo orta esse videtur, quod Latini quum peregrinum nomen sermoni adhiberent suo, non litteras, sed litterarum potius, quantum fieri poterat, sonum scribendo consignarent. Graeci enim antiquissimi in multis vocabulis, etsi simplex σ littera scripta erat, duplicem tamen pronunciabant *). Hoc autem non temere cum ex aliis rebus permultis, tum ex iis colligere mihi videor, quae prolata sunt ab Herodiano *περὶ ἡμαρτημένων λέξεων apud Herm. de emend. rat. gr. gr. p.* 305. §. 12., partim plenius pridem evulgata a Bandinio *Catal. Mss. bibl. Laurent. T. I.*, *p.* 145. Hinc enim simul manifestum fit, quo modo et in hoc et in aliis vocabulis simillimis pravae scripturae consuetudo paullatim increbruit.

V. 9. pro *ἠέρι πολλῷ*, quod in marg. posuit, ex Trincav. repositum est *ἠέρι πολλῇ*: quod confirmatur tum Homerico usu, tum Hesiodeo *Theogon. v.* 697.

---

*) Eundem Romanorum antiquis temporibus scribendi modum fuisse, haud obscure colligitur ex iis, quae tradidit Quintil. *Instit. I.*, 7., 20. cll. Fest. *pag.* 43. *p.* 151. inpr. *p.* 515. *ed. Dac.*, Varr. *de ling. lat. p.* 4. *ed. Bip.*

Versu 48. reposuit Stephanus Trincavellinum λή-γουσαί τ', quod concinnitati sententiae et poetarum epicorum dictioni solum convenire intelligeret. Sed perturbatus deinde impedita versus ratione, in *annot. p. XXXI.* ad Aldinam, quam in marg. prius ablegaverat, scripturam iterum inclinavit, eique vulgares interpretum machinas admovit. Quod nisi cum specie quadam veri posset fieri, nacta non esset scriptura auctores amplissimos, Turnebum *Adversar. l. VI.*, *c.* 17. *p.* 191. *ed. Bas.* 1580., Ernestium *ad Callim. T. I.*, *p.* 260., Hermannum *epist. ad Ilgen. p. XIV.* At ne horum quidem quisquam negaverit, Trincavelli scripturam, ne quid gravius dicam, nativitati et simplicitati sermonis altera multo convenire aptius. Idonea enim in hanc rem sunt exempla, a Wolfio *ann. Theog. p.* 69. ex Hesiodo et Theognide producta: quibus addi potest Hymn. Homer. *in Dionys.* 26., *v.* 17. 18.:

οἱ δέ σ' ἀοιδοὶ
ᾄδομεν ἀρχόμενοι λήγοντές τ' —.

Sed quum duplici vulgo in hanc scripturam utantur criminatione, altera petita ab pronuntiatione ἀοιδή vocabuli insolita, altera, quod numerorum decursus sine ulla ratione retardatus in fine versus sit ac prope pessumdatus; utramque, quantum fieri poterit, illustrare ac depellere conabimur.

Ac primum concedendum quidem est, quod nusquam in genuinis carminibus Homericis et Hesiodeis ἀοιδὴ vocabulum duarum syllabarum habet mensuram. Nam *Scut.* *v.* 278.:

τοὶ μὲν ὑπὸ λιγυρῶν συρίγγων ἵεσαν ἀοιδὴν
ἐξ ἁπαλῶν στομάτων,

in solo exemplari Trincavellino legitur; reliqua autem tum scripta tum edita praebent αὐδήν. Alterum deinde, quo quis in hac causa uti possit, exemplum licet multo sit certius, nullam tamen in hanc rem habet potestatem. Est enim in *Scuto* *v.* 396.:

καί τε πανημέριός τε καὶ ἠῷος χέει ἀοιδήν.

Editur quidem vulgo αὐδήν ex auctoritate exemplaris Trincavellini, aut potius de coniectura editorum Basileensium a. 1544. 1564. Sed ἀοιδήν firmo nititur testimonio tum exemplarium Aldini, Iuntinorum ac Farreani, tum codicum Parisinorum 2708. et 2763., quibus quodammodo congruit Mediceus Dorvillii, ex quo ἀϋδήν enotatum est. Deinde idem omnino Io. Diaconus Pediasimus repperit hoc loco; sic enim explicat versum: ὃς ἐκ πρωΐας δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ᾄδει ἐν τόπῳ χαλεπῷ. Denique manifesta illo loco est *Operum* imitatio *v.* 580. *sq.*:

καὶ ἠχέτα τέττιξ
δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν
πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων,

quem expressit etiam Sappho *fr.* 55.:

πτερύγων δ' ὑπὸ κακχέει λιγυρὰν ἀοιδάν.

Metri autem in illo versu ratio facili negotio illustrari potest. Cf. Hermann. *El. D. M. p.* 52., 12.

His igitur reiectis, videamus de reliquiis proximorum temporum. Hymni autem Homerici et ἀείδω exhibent et ᾠδή. Illud exstat *h. in Dionys.* 26., 18. (ἀείδομεν), *h. in Vener.* 5., 2. et *in Lun.* 32., 19. (ἄσομαι), alterum *h. in Apoll. v.* 20., *in Dem. v.* 494., *in Tellur.* 30., *v.* 18., et *in Lun.* 32., 2. Quae quidem exempla quamquam non eiusdem omnia sunt momenti, maximam certe partem eam sibi expetunt aestimationem, ut non multum ab ea aetate affuisse censeantur, quae auctori horum versuum concedenda fuerit.

Primitiva autem ac genuina nominis forma procul dubio fuit *ἀοιδή*, epicorum illa usu recepta; hinc vulgarem sermonis consuetudinem commoditate vocalium credibile est paullatim deflexisse eo, ut ἀοι una vocis comprehensione pronuntiaretur. Quo facto, consequens erat, ut mox ᾠδή exiret. Utraque deinde nominis species in poesin epicam eo tempore introducta est, quo poetae ab summae vetustatis norma ac disciplina paullatim desciverunt, ac sibi aliquid permissum esse novi putarunt. Huius autem rei, quae postea ruinam paravit poeseos, iam in antiquissimis carminibus singularia exstant ac varia documenta. Amplissimae res est indaginis et a multis studiose curata. Quapropter nos hoc loco tenebimur in iis, quae proxime hanc speciem illustrant.

Itaque primum operae pretium erit admonuisse earum rerum omnium, quae faciunt ad illustrandam Theogoniae et *inprimis* prooemii conditionem ac dignitatem. Obversantur deinde haud pauca similis sive negligentiae sive licentiae testimonia. Nam primum quod *Theog. v.* 34. prostat principio versus σφᾶς δ' αὐτὰς, quamquam imitando expressit Apollon. Rhod. *Arg. II.*, 959., tamen et specie sua et situ ab Homeri usu plane discrepat. Deinde haud levi nota perstringendum est, quod legitur *v.* 44. ineunte θεῶν γένος αἰδοῖον. Nam in Hesiodeis reliquiis nulla v. θεός forma tale quid usquam praeter hunc locum experta est. Neque vero apud Homerum quoque negligendum est, quod semel tantum θεοί pro una syllaba, semel θεοῖσιν (*Odyss.* ξ, 251. *in.*) pro disyllabo fuit adhibitum. Vid. Matth. *Gr. Gramm. T. I., pag.* 127. Hanc ob causam accidit, ut poetae epici seriores, qui severis se legibus circumscripserunt, v. c. Callimachus, Apollonius

Rhodius, Aratus, aliique ista contrahendi licentia in hoc vocabulo plane abstinerent. Contra tempore Hesiodea memoria paullo recentiori vitae usus adeo se insinuavit poetis, ut saepissime eum amplecterentur. Veluti *θεοὶ* unam syllabam efficit tum ineunte versu, v. c. Theognid. *v.* 142. 660., tum medio, v. c. apud poetam incertum, fortasse Hesiodeum, ab Strabone citatum *l.* 8., *p.* 569. *A.* Pariter *θεῶν* tum initio versus, ut Mimnerm. ap. Strabon. *l.* 14., *p.* 941. *A.*, tum principio posterioris pentametri partis, ut Solon. *fragm.* *XV.*, 2., Theogn. *v.* 202. 330., tum aliis locis, ut Theogn. *v.* 1148. cll. Voss. *ann. ad h. Cer. v.* 55. Deinde *θεοὺς* quoque in unam syllabam, licet rarius, coalescit, ut medio versu ap. Theogn. *v.* 1144. Denique quemadmodum *θεοῖς* pro una syllaba est Theognidi *v.* 653. aliisque, sic *θεοῖσιν* quoque bisyllabum exstat, et ineunte versu, ut in Pythag. *diet. aur. v.* 49., et principio alterius pentametri partis, ut Theogn. *v.* 762. 944. 1116. — Insuper *Theog. v.* 983. ineunte obversatur *βοῶν ἕνεκ' εἰλιπόδων*, qui quidem locus quamquam citra poetae consilium interpositus illic est, tamen omni ceteroquin vacat offensione et genuino Hesiodei sermonis colore conspicuus est. — Praeterea Theog. 732. reperitur *Ποσειδῶν* aut *Ποσειδέων* potius, neutra vero forma ad Homericae consuetudinis similitudinem aspirat. Denique in ipso hoc prooemio *v.* 15.:

ἠδὲ Ποσειδάωνα γαιήοχον, ἐννοσίγαιον,

egregium prostat licentiae documentum. Videlicet Homerus ubi Neptunus nominativo aut vocativo casu erat appellandus, crebro versum eadem continuatione complevit. V. *Il. υ,* 34. *Od. ι,* 528. *γ,* 55. Ubi autem alia orationis forma opus erat, scite ab ista ratione deflexit, v. c. *Il. θ,* 200. *ξ,* 357. At quod horum carminum auctori permissum non erat, licuit nostro; nec licuisset, nisi vulgaris consuetudo viam praeisset. Haec igitur exempla illud de quo nunc dicimus mirum in modum confirmant atque illustrant.

Iam vero ne quis hasce res nimis indignetur, quamquam vix poetae vitio verti possunt, eadem ac prope gemina exempla et reliquis carminibus Hesiodeis et vero etiam Homericis insunt, quibus vulgari pronuntiandi modo haud obscure, ut ita dicam, praeluditur. Nolo equidem in hanc partem trahere *Il. ψ,* 724.:

ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ,

ubi *ἀνάειρ'* esse bisyllabum statuerunt Spitznerus *de vers. Hom. p.* 187. et Thierschius *Gr. gr.* 149., 3. *p.* 218. Nihil enim obstat, quominus in principio versus fiat synizesis, quod quidem genus reliquis longe tolerabilius est ac magis usu

frequentatum. Vera autem pronuntiationis ratio antiquis iam grammaticis fuit scite deprehensa. V. Charax. *in Hort. Adon. p.* 228. *b.* et *ap. Bekk. Anecd. p.* 1154. cll. Apoll. Dysc. *Synt.* 2., 14. *p.* 126. Nec Wolfianum exemplum:

τοὔνεκ' ἄῤ ἀλλοειδέα φαινέσκετο πάντα ἄνακτι,

ex Odyss. *ν*, 194. depromptum *Anal. litter. Tom. II.*, *p.* 448., ubi egregie ille dixit de hac loci Hesiodei difficultate, ab omni parte firmum est. Codex autem Harleianus pro φαινέσκετο habet φαίνετο, unde Porsonus novum scripturae genus derivavit:

τοὔνεκ' ἄῤ ἀλλοFειδέ' ἐφαίνετο.

V. ei. *Var. Lect. p.* 83. Idem deinde Buttmannus pro certo tenendum esse decrevit *Lexil. T. II.*, *p.* 270. Atque scripturae quidem istius auctoritatem licebat aliquantum communire commemoratione codicis Vindobon. nr. 133. praestantissimi, saeculo undecimo exarati, quem Alterus usurpavit. In hoc pariter textus habet φαίνετο, supra autem est scriptum γρ. φαινέσκετο. V. Alter. *ed. Odyss. p.* 939. Nec ignoro equidem, Odysseam multo etiam Iliade magis variam recentium Graecorum curam esse perpessam; atque concedo, ex Porsoniana lectione vulgatam facile ab grammaticis duci potuisse. Verum isti tamen libri φαίνετο exhibent, non ἐφαίνετο, quod prae ceteris in hac causa premendum est. Contra si φαίνεσκετο fuerat antiquitus traditum, φαίνετο dignum est grammaticorum ingeniis inventum. Sed de externa lectionum dignitate certius fiet iudicium, ubi plures collati erunt codices. Internam certe vulgatae fidem haud feliciter, opinor, Buttmannus in dubitationem vocavit. Forma enim quae dicitur iterativa tantum abest, ut aliena sit ab loci natura, ut nullam aptius excogitari posse existimaverim. Quippe curiose Ulixes circumspectabat regionem, in qua ab Phaeacibus expositum se esse videret. Deinde digamma Aeolicum neutiquam eam habuit potestatem, ut οει uno vocis ambitu comprehendi vetaret. Fluida est enim saepenumero littera ac paene dissoluta. Periit saltem.

Sed omnem dubitationem excludunt exempla haec tum Homeri *Odyss. φ*, 178. *et* 183.:

ἐκ δὲ στέατος ἔνεικε μέγαν τρόχον —,

ubi si quis ἐκ στέατος δέ τ' ἔνεικε legendum esse suadeat, intemperantiae merito erit reus; tum Hesiodi *Op. et D. v.* 460.:

ἔαρι πολεῖν· θέρεος δὲ νεωμένη οὔ σ' ἀπατήσει,

et *ib. v.* 490.:

μήτ' ἔαρ γιγνόμενον πολιὸν —,

ubi qui de forma ἦρ, ἦρι reponenda cogitaverit serio praeter Kiddium *ann. ad Dawes. Misc. p.* 195., ego novi neminem.

Deinde singularem vim habet illud, quod, quum ἄεθλος, ἄεθλον, ἀεθλεύω vulgaris sint consuetudinis Homericae, bis tamen priores syllabae duae in unam coaluerunt, *Il.* ω, 734.:

ἀεθλεύων πρὸ ἄνακτος ἀμειλίχου,

et *Odyss.* ϑ, 160.:

ἀέθλων, οἷά τε πολλὰ μετ' ἀνθρώποισι πέλονται.

Quo in exemplo Apollonius Rhodius Homeri usum ad numerum usque et versus locum expressit. V. *Argon.* 2., 783. 1., 1304. Denique ad similitudinem horum exemplorum referendum duco *Odyss.* ϑ, 271.:

Ἥλιος, ὅ σφ' ἐνόησε μιγαζομένους φιλότητι.

Quod quamquam singulare prorsus in tota poesi antiqua est, nulla tamen ratione idonea ab I. H. Vossio *ann. ad h. in Cerer. p.* 101. praesertim in isto libro (v. Hermann. *de emend. rat. gr. p.* 38. *sq.*) attentatum est.

Haec igitur exempla licet varia admodum sint ac prope suum quodque sibi expetant iudicium, sub unam tamen cogitationem vocata, egregie quod nobis propositum erat declarant et exemplum Hesiodeum satis tuentur. Quo stabilito, eximie augetur auctoritas exempli Pindarici, in quo eadem pronuntiandi ratio usu venit, *Nem. XI.*, 18.:

καὶ μελιγδούποισι δαιδαλθέντα μελιζέμεν ἀοιδαῖς.

Contra in hanc rem nihil valet Sibyllinorum carminum scriptor v. e. *l. XI.*, *vers.* 321.:

ἀλλ' ἄναξ, νῦν παῦσον ἐμὴν-πολυήρατον ἀοιδήν,

aut *lib. XII.*, *v.* 293. 94.:

σὺ γάρ εἰς ἐμὸν ἦτορ ἔθηκας

ἀοιδὴν ἀμβροσίην —,

quae quidem loca si corrupta non sunt, nullum certe hic habent usum.

Multo magis lubricum est et ambiguum de altera, qua Trincavelli scriptura premitur, difficultate iudicium. Cernitur autem haec in eo, quod versus tractu spondaico finitur eum in modum, ut ultimus pes uno verbo completus sit. Cuius rei vix duo ex Hesiodeis reliquiis produci possunt exempla, *Opp.* 356.:

καὶ δόμεν, ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν, ὅς κεν μὴ δῷ,

et *ib. v.* 576.:

φεύγειν δὲ σκιεροὺς θώκους καὶ ἐπ' ἠῶ κοῖτον.

Sed utrique singularis quaedam praesertim priori parata est ab sententiae ratione excusatio. Alterum deinde ad Homeri usum in vocabulis ἠώς, αἰδώς, Λητώ paene solennem tuto revocare licet, quem illustrarunt E. Gerhardus *Lect. Apollon. p.* 148., Buttmannus *Gr. gr. T. I., p.* 186. *not.* et Muellerus *de cycl. Gr. ep. p.* 144.

Verum ipsam numerorum vitiositatem, quae efficitur hac clausula, tum isti viri docti, tum qui pridem eandem rem tetigerunt, v. c. Dorvillius *crit. vann. p.* 374. et *Misc. Observ. T. I., V. I., p.* 122. *sq.* ita tractarunt, ut sumpsisse eam potius, quam commonstrasse videantur. Quippe multi oculis potius ac mente, quam ore et sensu metiuntur versus. Sed ne longo sermone disputationis nostrae continuitatem diutius disiungam, satis erit paucis hoc loco significasse, qua ratione iste Theogoniae versus defendi posse videatur. Primum pedes duo extremi interposita τ' vocula haud leviter inter se sunt copulati; deinde quintum quoque pedem praecedit spondeus, et ita quidem, ut dimidia eius pars eodem ac pes sequens contineatur vocabulo; qua quidem re praestat hic locus tum aliis, tum Moschiano *Id.* 2., 97.:

αὐτὰρ ὁ μειλίχιον μυκάσατο. φαίης κ' αὐλοῦ —.

Denique omnis ista numerorum per totum versum distributio tum singulis vocabulis tum universae enuntiationis rationi egregie congruit. Quod si non summum, magnum certe est in hac disciplina.

V. 582. Stephanus:

κνώδαλ' ὅσ' ἤπειρος πολλὰ τρέφει ἠδὲ θάλασσα,

levi emendatione adhibita, ὅσ' enim ex ὅσσα refinxit, ex Trincavellino libro reposuit; Aldus πολλά omiserat. Illud autem non modo librorum aliorum consensu nititur grammaticorumque citationibus, Etym. Gud. *p.* 331., Et. *cod. Paris.* 346. *et Havn.* 1671. *in ann. Bekkeri et Blochii ad Et. M. p.* 923., verum confirmatur etiam antiquissima Homeridarum imitatione, quae est in *hymno maiore in Vener. v.* 4. 5.:

καὶ θηρία πάντα
ἠμὲν ὅσ' ἤπειρος πολλὰ τρέφει ἠδ' ὅσα πόντος.

Idem fortasse Cypriorum carminum auctori restituendum est fragmento pulchro, quod servavit Athen. *l. VIII., p.* 334. *C.* Quippe Nemesin tradit varias induisse formas, ut Iovis amorem effugeret:

γίνετο δ' αἰεὶ
θηρία, ὅσσ' ἤπειρος ἀνατρέφει, ὄφρα φύγοι νιν.

Sic saltem ediderunt Iunius *Animadv. p.* 337. *Gruter.* et Casaubonus; olim et nuperrime alii αἰνὰ τρέφει, quod ab loci instituto plane alienum est. Quippe non is erat Iupiter, quem ferarum immanitas terruisset. Sed multo magis invento id erat accommodatum, si Nemesis saepe mutasse naturam ac permultas induisse formas diceretur. Quapropter si quid a Casaubono recedendum fuerit, antiquitus putaverim hic quoque propagatum fuisse:

θηρί' ὅσ' ἤπειρος πολλὰ τρέφει.

Ceterum reliqui poetae omnes, qui eandem expresserunt sententiam, multis autem placuit ea, v. πολλά pariter praetermiserunt, utpote minus commodum sermonis facilitati. V. h. Homer. 30., 2—4., Alcman *ap. Apoll. Soph. Lex. Hom. p.* 408. *s. v.* κνώδαλα, script. aenigm. *ap. Athen. X., p.* 451. *F.*, poeta inc. quem perstrinxit Clemens Alexandr. *Paedag. II.*, 1. *p.* 164. *Potter.*, Quint. Smyrn. *Posthom.* 3., 692. 3. 8., 466. *sq.*, aliique.

V. 677. ubi προφρονέως apud Aldum cum enuntiatione sequenti coniugatum erat, Stephanus id vidit nec sententiae neque numeris esse aptum. Itaque vere illud ex Trincavelli fide cum praecedenti versu copulavit.

V. 748. Aldinae scripturae mendosissimae:

ὅθι νύξ τε καὶ ἡμέραι τάσσον ἰοῦσαι,

praetulit Trincavellinam:

ὅθι νύξ τε καὶ ἡμέρα ἀμφὶς ἰοῦσαι.

At in hoc quidem discrimine non ambiguum esse poterat iudicium. Verum Stephanus edit. Parisinae codicisque scripturam ἆσσον ἰοῦσαι et novit (posuit enim in margine), et illi posthabuit. Nec sine magno, ut videtur, sententiae commodo. Nam quum duplex illorum verborum ἀμφὶς ἰοῦσαι statui possit sententia, altera speciosior, ut Noctis et Diei vitae conditionem describant generatim: *quae diversam viam tenent*; altera et ipsa non incommoda, ut aptius verba faciant ad explendam descriptionis concinnitatem: *quae in diversos locos tendunt*; quamquam de alterutrius praestantia quodammodo ambigere licet, utraque tamen prae ista scriptura ἆσσον ἰοῦσαι, quae simplicissima antiquitate simplicior est, aliquantum sese commendat. Accedit autem, quod Stephani iudicium nititur in Schol. Cantabrig. auctoritate, quam male detorsit Graevius.

V. 851. Stephanus ex Trincavelli sententia reposuit:

Τιτῆνές θ' ὑποταρτάριοι, Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες,

pariter atque *Il.* ξ, 273. *sq. cll.* 278. 9.:

ἵνα νῶϊν ἅπαντες
μάρτυροι ὦσ' οἱ ἔνερθε θεοί, Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες,

deinde *Il.* ο, 225.:

οἵπερ νέρτεροί εἰσι θεοί, Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες.

Sensit enim, opinor, quam esset ineptum Aldinum:

Κρόνου ἀμφὶς ἐόντες.

Quod alio loco illustrabimus accuratius.

V. 980. quum nulla sententia apud Aldum esset:

μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι πολυχρύσῳ ἀφροδίτῃ,

vere ex Trincavello dedit πολυχρύσου ἀφροδίτης. Quod

quamquam ab vulgari dictionis epicae usu aliquantum discedit, idem tamen genus aut idem potius versus exstat etiam in fragm. Hesiodeis 36., 3. *ed. Gaisf.* Hesiodus quippe carmina condidit et Graecis hominibus et prudentibus. Alioquin similem ambiguitatem in his rebus facile evitasset *Theogon. v.* 309.:

Ὄρθον μὲν πρῶτον κύνα γείνατο Γηρυονῆϊ.

At pater tamen erat Typhon. Cfr. *v.* 933. 4. Deinde si tamen in enuntiatione istius sententiae novatum aliquid hoc loco est, idonea poetae ac legitima excusatio inde parata adest, quod frequentissimus eiusdem in opere genealogico esset usus. Nihilominus tamen per omnes istos eiusdem enuntiationis modos varios eadem disseminata est sententia: quae egregie illustratur gemino Sapphonis usu *ap. Hephaest.* 10., *p.* 60.:

πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς βραδινὰν δι' Ἀφροδίταν.

Itaque frustra esset, qui versum, de quo dicimus, ad recentium poetarum sensum degenerem explicari mallet, v. c. Rufini *Anthol. Palat. V.*, 77. *p.* 106.:

εἰ τοίην χάριν εἶχε γυνὴ μετὰ Κύπριδος εὐνήν,
οὐκ ἄν τοι κορέεσκεν ἀνὴρ ἀλόχοισιν ὁμιλῶν.

Aut Nonni *Dionys. XI.*, *v.* 274.:

ὅτε σπεύδεσκεν ἐς ἱπποσύνην Ἀφροδίτης.

Aut Coluth. *v.* 290.:

μή με καταισχύνειας, ἐμὴν κατὰ Κύπριν ἐλέγξας.

Sic enim hic versus erat reformandus. Cfr. praeterea *v.* 192. Mus. *v.* 290. —

Reliqua eiusdem loci exempla non desiderant copiosam explicationem: recensuisse ea erit satis. Gravioris corruptelae fuerunt haecce: v. 30. ἔδον ex Trincav. dedit pro Aldino ἔδων, v. 31. θηητὸν pro θειητόν, 49. ὅσσον pro τόσσον, 150. ἀΐσσοντο pro ἀΐσσαντο, quod ne Aldus quidem v. 671. repetiit; 199. ἐνὶ κύπρῳ pro ἐνὶ πόντῳ, 238. γαίῃ μισγόμενος pro γαίης, 258. αὐτονόη pro αὐτονόμη, 276. σθεινώ pro σθενώ, 282. ὅτ' ἄρ pro ὅτ' ἄν, 287. τρικάρηνον pro τρικέφαλον, 312. πεντηκοντοκάρηνον pro πεντηκοντακέφαλον, 482. πρώτην ἐς λύκτον pro πρῶτον ἐς αὐτὴν λύκτον, 525. ἔδοι pro ἔδει, 544. μοίρας pro μοίραν, nam totum illud, quod a Prometheo erat divisum, non poterat μοῖρα dici; 554. θυμὸν pro θυμῷ, 593. ἀλλὰ κόροιο pro ἀλλ' ἀκόροιο, 596. αἵ μέν τε pro οἵ μέν τε, 610. ὅς δέ κε τέτμῃ ἀταρτηροῖο γενέθλης pro ὃν δέ κε τέτμῃ, quod laborat compositione incommoda: sic enim erat ex superioribus μοῖρα repetendum; v. 615. ὑπ' ἀνάγκης pro ὑπ' ἀνάγκῃ, v. 652. 53. 58. 9. pro ὑπὸ ζόφου

et *ὑπὸ δεσμῶν* dedit quod sententiae aptius convenit *ἀπό*, v. 705. *ἔγεντο* pro *ἔπλειτο*, 728. *πεφύασι* pro *πεφύκασι*, 877. *συναντῶσιν* pro *συναντῶτες*, 880. *πιμπλεῦσαι* pro *πιμπλῆσαι*, 925. *ἐγρεκύδοιμον* pro *ἀγροκύδοιμον*, 1003. *νηρῆος κοῦραι* pro *νηρηΐδες*, quod non defenditur narratione scriptoris *de vit. Homer. p.* 290. *Gal.*, nec incerto poetarum usu, v. c. Quint. Smyrn. 2., 422.:

νηρηΐδος, τῆς αὐτὸς ἐπεύχεαι ἔκγονος εἶναι,

aut Philodem. *Anth. P. VI.*, 349., 3. *p.* 300.:


νηρῄδων τε χόροι.

Quorum quidem exemplorum accurata consideratio Stephani studia Theogoniae navata egregie illustrat. Minus ad hanc rem faciunt exempla ea, quae levissimis laborant vitiis. Ex quo genere Trincavello debet v. 15. *ποσειδάωνα* pro *ποσειδάονα* Aldino, cll. Etym. m. *p.* 772., 37. *sq.*; v. 24. *τόνδε δέ με* pro *τόντε δέ με*, 47. *πατέρ᾽ ἠδὲ* pro *πατέρα ἠδέ*, 59. *ἐτελέσθη* pro *ἐτελέσθην*, 78. *οὐρανίη* pro *οὐρανία*, 115. *εἴπαθ᾽ ὅτι* pro *εἴποθ᾽ ὅτι*, 130. *νυμφέων* pro *νυμφάων*, 198. *ἀτὰρ* pro *αὐτάρ*, 200. *μηδέων* pro *μειδέων*, 228. *μάχας τ᾽* pro *μάχας*, 261. *θεμιστώ* pro *θεμισώ*, v. 267. *ἠϋμόμους θ᾽* pro *ἠϋκόμους δ᾽*, 333. *φόρκυϊ* pro *φόρκυνι*, 355. *ἐρατὴ* pro *ἐρατήν*, 356. *θόη* pro *θοή*, 534. *βουλὰς* pro *βουλά*, 537. *διὸς* pro *ζηνὸς*, *ἐξαπαφίσκων* pro *ἐξαπατίσκων*, 578. *ἀμφὶ δέ οἱ* pro *ἀμφὶ οἱ*, 617. *ὠδύσσατο* pro *ὀδύσσατο*, 685. *φωνὴ δ᾽ ἀμφοτέρων*, omisso altero *δ᾽*, quod post *ἀμφ.* Aldus addidit; 697. *ἄμφεπε* pro *ἀμφείπετο*, 708. *ἰαχὴν* pro *ἰσχήν*, 754. *τὴν αὐτῆς* pro *τὴν αὖ τῆς*, 764. *σιδηρέη* pro *σιδήρη*, 813. *ἀστεμφὴς* pro *ἀστεμφῆς*, 815. *κλειτοὶ ἐπίκουροι*, deleta *τ᾽* particula, quae apud Aldum est interserta; 819. *ὀπυίειν* pro *ὀπύειν*, 832. *ἐριβρύχεω* pro *ἐριβρόχεω*, 848. *περί τ᾽ ἀμφί τε*, addito *τε*, quod deerat apud Aldum; 864. *ἠὲ* pro *ἠδέ*, 887. *ἰδέ* pro *καί*, 889. *δόλῳ φρένας* pro *δολοφρένας*, 910. *εἴβετο* pro *εἴβεται*, 922. *ἡ δ᾽ ἥβην καὶ ἄρηα*, addita post *ἥβην* copula, quam apud Aldum desideramus; 960. *βουλῆσιν ἰδυῖαν* pro *βουλῆσιν εἰδυῖαν*, 964. *ἁλμυρὸς* pro *ἁλμυροί*, 968. *γείναντο* pro *γείνοντο*, 972. *γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα*, addita *τε* particula; 973. *οὔ κ᾽* pro *οὐκ*, 982. *γηρυονέα* pro *γηρυονῆα*, 983. *ἀμφιῤῥύτῳ εἰν ἐρυθείῃ* pro *ἀμφιῤῥύτῳ εὐρυθείῃ*, denique 990. *ἀνερειψαμένη* pro *ἀναῤῥειψαμένη*.

3. **Consequens est**, ut de iis locis dicatur, ubi **Aldina scriptura cessit Trincavellinae, licet haec non esset melior.** Quorum duplex est genus; aut **bona** enim erat utraque, aut **vitio pariter laborabat.** In hunc quidem censum de aliorum sententia haud exigua pars

eorum exemplorum, de quibus modo dictum est, fortasse referenda esse videatur. Nos tamen certa ponimus discrimina.

Itaque hoc loco apte commemoratur, quod v. 6. ex Trincavelli auctoritate v. ὀλμειοῦ spiritum mutuatus Stephanus est lenem. In Aldina erat asper. Atque est profecto res ancipitis iudicii. Auctor *Lex. de spirit. p.* 232. *Valck.* lenem imponendum esse praecepit: cui multi obsecundarunt librarii, v. c. Arcad. *p.* 44., 16., Hesych. *T. II.*, *p.* 743., Chrestom. Strab. *p.* 1265. *B.*, Lucian. *adv. indoct.* 3. *Tom. VIII.*, *p.* 4. *cll. p.* 337., Nonni *Dion.* 7., 236., ubi spiritus ex edit. principe conservatus est. Cfr. Steph. Byz. p. 610. s. v. Ὄλμιον, πόλις Βοιωτίας. Pariterque Veneta Scholiorum ad h. l. exemplaria lenem ostendunt. Contra Basileensia, licet eisdem prope vocabulis perscripta, asperum exhibent. Eadem discrepantia Strabonis libros vetustissimos tenet; nam *l.* 9., *p.* 469. *ed. Xyl.* (*p.* 624. *A. ed. Almel.*), quem locum usurpavit Wolfius, isti exhibent Ὀλμειός, altero *ib. p.* 473. (*p.* 631. *B.*), quem idem cum Goettlingio neglexit, expressum est Ὁλμίου. Deinde ubi ad etymologiarum studium refertur iudicium, res in pari discrimine versatur. Nam si fluvii nomen placet ab Sisyphi filio repetere, is quoque aequali inconstantia Olmus, Holmus aut Almus appellatur. Sive putaris fluvium, qui de summo Heliconis vertice (vide schol. *ad Lucian. Tom. VIII.*, *p.* 4.) magno fortasse cum impetu per saxosa iuga deorsum ferebatur, ad mortarii similitudinem fuisse nuncupatum, etsi plerique ὅλμος scribant ex praecepto auctoris *de spir. p.* 233. *in.* et Gazae *Gr. gr. III.*, *p.* 92. *ed. Bas.* 1523., non desunt tamen, qui hac quoque in re strenue dissentiant. Nam ὄλμος exaratum legitur *ap. Et. M. p.* 317., 29., *Et. Gud. p.* 425., 50. 53. 56. *p.* 426, 8. Deinde apud Hesiodum *Opp. v.* 425. ὄλμον tum olim ab Turnebo scriptum est *Advers.* 17., 8. *p.* 558., tum a Spohnio nuper receptum. Disertum autem veteris consuetudinis testimonium exstat in *Schol. Il.* λ, 147., quod editum a Valckenario *ann. ad Ammon.* 3., 6. *p.* 184., Bekkerus nuper cum multis aliis neglexit: ὅθεν καὶ οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐπί τι τερατολογοῦντας ἔφασκον ἐπ' ὄλμον κοιμᾶσθαι. Qui locus Hesychio adhibendus erat s. v. ἔπολμις *T. I.*, *p.* 1405. Neque enim testimonii gravitas ullo modo infringitur eo, quod qui idem scholion legit, Eustathius *p.* 836., 44. *sq.*, deinde Hesychius *T. I.*, *p.* 1253., aliique, quos Kusterus appellat *ann. ad l.*, dictum illud exhibent ad vulgarem modum sermonis conformatum ἐν ὅλμῳ κοιμᾶσθαι. Quapropter scholiastae locus maxime convenit iis, qui Stephani iudicium propter consuetudinem veterum Graecorum



...ant, quartum autem καὶ particula reliquis ... Contra si comma illud praeter editoris ...uctum fuit, Trincavelli scriptura verissimo ... a Stephano est. Aldina enim pariter propter ... mendosa est. Ceterum Trincavellina seri... etiam antiqua incerti poetae imitatione ...ibl. 3., 4., 4. p. 262., ubi inter Actaeonis ... βορέης τ' αἰψηροκέλευθος. Cf. Hy... — Utraque autem adiectivi forma αἰψηρός ... quo nusquam usus est Hesiodus, in Ho... ...nibus nunc sine ullo discrimine posita est; nec ...ur librorum auctoritas. V. Il. χ, 24. κ, 358. ... β, 257. cll. codd. Vindob. Alteri p. 629., ...t Palat. Buttm. p. 68., Hesych. T. I., p. 179., ...gr. p. 236. Quamquam poetae recentiores ple... quos prae ceteris Apollonius Rhodius ap...tur, formam λαιψηρός adeo sive probarunt sive ut alteram prorsus non admitterent.

...). ubi Aldus dederat ἀσύμφοροι, ex altero ...upsit ille οὐ σύμφορα. Qua in re quamquam ...egationem ab vocabulo seiunxit, male tamen ἀσύμ... ...cturae verborum aptari non posse affirmavit. Res ...otissima. V. Bernhardy de Synt. p. 53.

...24. quod indidem reposuit κρονίδης τε καὶ ἀθάνα... ...ari consuetudine magis defenditur quam Aldinum ... τε ἰδ' ἀθάνατοι. Cf. tamen cod. Vindob. Od. 4., ...l. Alter. p. 665. Omnem rem declaravit accurate ...s ad h. in Cer. p. 60. sq.

... 795. νήυτμος praetulit Aldino νηπότμος, ...a marg. notavit accentu vere mutato; quum neutrum ... alteri ullo modo praestet. Nam quod statim subiungi... .797.:

ἀλλά τε κεῖται ἀνάπνευστος καὶ ἄναυδος,

...mitationem illud Homeri institutum *Odyss.* ε, 465., ...um abest, ut νήυτμος praeferri eam ob causam debeat, ut ...tis potius non sine ratione iniiciat scrupulum. Contra ...ότμος quum miseram Deorum peierantium conditionem ...signet in genere, aptissime praemittitur singulari eius de...riptioni.

— V. 811. vix idonea ratione factum est, quod λάϊνος ...υδός eadem auctoritate in χάλκεος οὐδός mutaretur. Sed ...n causa fuit Homerus, qui in simili memoria *Il.* θ, 15. ... dixit:

ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός.

Quae quidem res nihil omnino cogit.

(τῶν παλαιῶν) affirmandum esse contendant. Veteres enim isti fuerunt Aeoles ψιλωταί. Interim ne hac quidem re litem dirimi posse intelligit prudentissimus quisque.

V. 24. ἔειπον ex Trincav. mutavit in ἔειπαν, etsi v. 749. ex utriusque consensu tenuit προςέειπον.

V. 165. πατέρος γε recepit pro πατρός γε. Id vero probari non potest, nisi simul v. 171. eadem numerorum ratio ponatur. Quo tamen loco Stephanus servavit πατρός γε, quod apud Aldum pariter ac Trincavellum reperiret. Scilicet talia egregie illustrant eius industriam. Ceterum Stephani iudicium multis videbitur eam quoque ob causam esse retractandum, quod quum sequenti versu in eadem versus sede vocabulum πρότερος legatur, incommoda inde et numerorum et soni nascitur aequalitas; quae quo facilius erat evitanda, eo minus ab editore inferri debuit. Quamquam in hoc quoque genere videndum est, ne externae adhaerentes formae, ingenium poetae nimis curiose circumscribamus. Nam mirum profecto est, quantum in re simili sibi permiserit *Theogoniae* auctor. V. c. v. 886. 7.:

Ζεὺς δὲ θεῶν βασιλεὺς πρώτην ἄλοχον θέτο Μῆτιν,
πλεῖστα θεῶν εἰδυῖαν —.

V. 46. sqq.:

οἵ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοὶ, δωτῆρες ἐάων.
δεύτερον αὖτε Ζῆνα, θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
ἀρχόμεναί θ' ὑμνεῦσι θεαὶ λήγουσαί τ' ἀοιδῆς,
ὅσσον φέρτατός ἐστι θεῶν κράτεΐ τε μέγιστος.

V. 263. sq.:

αὗται μὲν Νηρῆος ἀμύμονος ἐξεγένοντο
κοῦραι πεντήκοντα, ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαι.

Vide praeterea v. 33. 34. et de re simili apud hunc poetam saepius obvia Schraderum *anim. ad Mus.* 3., *p.* 142.

V. 379. edidit:

ἀργέστην, ζέφυρον, βορέην τ' αἰψηροκέλευθον
καὶ νότον,

secundum Trincavellum, nisi quod is τ' ἐψηροκέλ. exhibuerat. Apud Aldum est βορέην λαιψηροκέλευθον, quod in marg. collocavit Stephanus. At si consilio factum est, ut ἀργέστης disiunctus sit ab ζεφύρῳ, (quod veri tamen non est simile), Aldina scriptura erat retinenda potius. Plane enim incommodum est et ab antiquorum poetarum usu alienum, quod tertio tantum et quarto nomini, nec item secundo particula copulativa apposita est. Quamquam dignissimum est notatu, quod apud Homerum, Hesiodum, aliosque poetas epicos, qui aliquam laudem merentur, nusquam quattuor sive plura nomina sic enumerantur deinceps, ut tria omni particu-

larum vinculo careant, quartum autem καὶ particula reliquis fuerit adiunctum. Contra si comma illud praeter editoris voluntatem introductum fuit, Trincavelli scriptura verissimo iudicio praeoptata a Stephano est. Aldina enim pariter propter omissam copulam mendosa est. Ceterum Trincavellina scriptura defenditur etiam antiqua incerti poetae imitatione *apud Apollod. Bibl.* 3., 4., 4. *p.* 262., ubi inter Actaeonis canes numeratur βορέης τ' αἰψηροκέλευθος. Cf. Hygin. *fab.* 181. — Utraque autem adiectivi forma αἰψηρός et λαιψηρός, quo nusquam usus est Hesiodus, in Homericis carminibus nunc sine ullo discrimine posita est; nec uno loco variatur librorum auctoritas. V. *Il.* χ, 24. κ, 358. τ, 276., *Odyss.* β, 257. *cll. codd. Vindob. Alteri p.* 629., Schol. Harl. et Palat. *Buttm. p.* 68., Hesych. *T. I., p.* 179., Thiersch. *Gr. gr. p.* 236. Quamquam poetae recentiores plerique, inter quos prae ceteris Apollonius Rhodius appellari meretur, formam λαιψηρός adeo sive probarunt sive adamarunt, ut alteram prorsus non admitterent.

V. 593. ubi Aldus dederat ἀσύμφοροι, ex altero libro deprompsit ille οὐ σύμφορα. Qua in re quamquam verissime negationem ab vocabulo seiunxit, male tamen ἀσύμφοροι structurae verborum aptari non posse affirmavit. Res nunc est notissima. V. Bernhardy *de Synt. p.* 53.

V. 624. quod indidem reposuit κρονίδης τε καὶ ἀθάνατοι, vulgari consuetudine magis defenditur quam Aldinum κρονίδης τε ἰδ' ἀθάνατοι. Cf. tamen cod. Vindob. Od. 4., 598. *ed. Alter. p.* 665. Omnem rem declaravit accurate Vossius *ad h. in Cer. p.* 60. *sq.*

V. 795. νήυτμος praetulit Aldino νηπότμος, quod in marg. notavit accentu vere mutato; quum neutrum tamen alteri ullo modo praestet. Nam quod statim subiungitur *v.* 797.:

ἀλλά τε κεῖται ἀνάπνευστος καὶ ἄναυδος,

ad imitationem illud Homeri institutum *Odyss.* ε, 465., tantum abest, ut νήυτμος praeferri eam ob causam debeat, ut multis potius non sine ratione iniiciat scrupulum. Contra νήποτμος quum miseram Deorum peicrantium conditionem designet in genere, aptissime praemittitur singulari eius descriptioni.

V. 811. vix idonea ratione factum est, quod λάϊνος οὐδός eadem auctoritate in χάλκεος οὐδός mutaretur. Sed in causa fuit Homerus, qui in simili memoria *Il.* ϑ, 15. dixit:

ἔνϑα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός·

Quae quidem res nihil omnino cogit.

V. 856. pro ἔπρεε Aldino dedit ἔπρεσε secundum Trincavellum. Qua in re Stephani iudicium regebatur fortasse grammaticorum testimonio haud spernendo, quod est in Et. M. *p.* 687., 39. *sqq.*, ac transiit deinde ex corrupto codice in Phavor. *Eclog. p.* 143. *a. ed. Ald. p.* 380. *Dind.* Quorum quidem auctoritatem eo minus licet contemnere, quod confirmatur consensu Schol. Victor. *ad Il. σ,* 471. *p.* 505., 25. *Bekk.* Formae deinde rationem, quantum fieri poterat, egregie commonstravit Buttmannus *Gr. gr. T. II.*, *p.* 215. Cll. Welcker. *Syll. Epigr. gr.* p. 270. Ille praeterea *p.* 225. non inepte ei adhibuit Callimachum *fragm.* 313. *p.* 546.:

– ᴗ ᴗ – ᴗ πέδιλα, τὰ μὴ πύσε νήχυτος εὐρώς.

Ac prope geminum addi potest exemplum Parthenii *ap. Schol. Vict. ad Il. ι,* 446. *p.* 261. *Bkk.*:

ὅστις ἐπ' ἀνθρώπους ἔξυσεν αἰγανέην.

Hunc alii postea sequuti sunt; de quibus quum accurate diceret Wernickius *ad Tryphiod. p.* 408., haud probabiliter Homericum locum eidem analogiae accommodari iussit.

Verum nec exempla ista cogunt, ut legitima in exemplo Hesiodeo haberi possit vocalis correptio: quippe nata sunt eo tempore, quo poetae doctrina sua ad fingendas formas mirifice abuti solebant; nec grammaticorum memoria alterius scripturae auctoritatem funditus evertit: Byzantinorum enim grammaticorum aetatem vix excedit illa. Quod quum ita sit, Aldina scriptura accuratius erit pervestiganda. Neque enim caret iusta et idonea explicatione. Quemadmodum nimirum Thierschio *Gr. gr. p.* 368. *not.* licuit collatis vocibus *embraser* et *braten* primitivam verbi formam πρα comminisci, ut ἔπραε duorum librorum scripturam defenderet; sic multo minus quicquam obstat, quominus πρήθω ex antiqua forma πρε ortum esse coniiciamus. Convenit verbi πλήθω exemplum, ex vocabulis πλέων, πλέος, πλέως, *plenus* illustrandum. V. Buttm. *Gr. gr. T. II.*, *p.* 215.

V. 878. αἱ δ' αὖ καὶ κατὰ γαῖαν edidit ex Trinc. pro αἱ δ' αὖτε κατὰ γαῖαν. Sed utrumque impeditum est. In illo enim καί et ab usu et ab ratione dictionis alienum est; alterum usu quidem est comprobatissimum, sed rarissima est ante κ litteram productio brevis vocalis. V. Herm. *ad Orph. p.* 709.

V. 981. in Aldina Geryon vocatur βροτῶν κάλλιστος ἁπάντων, at Stephanus monstrante Trincavello fecit omnium robustissimum (κάρτιστον). Quod quidem non repugno quin verum sit, etsi continuo tradat poeta ab Hercule illum esse interfectum. Nimirum dicitur hoc in maiorem huius laudem. Deinde convenit recentium poetarum de Geryone

tergemino ac praevalido narratio varia. At qui de istius pulchritudine praeter Hesiodum Aldinum dixerit, equidem certe novi neminem.

Segreganda ab hoc exemplorum genere sunt ea, ubi quum et Aldus et Trincavellus scripturam sine dubio vitiosam exhibuissent, Stephanus huic otiose adhaerescebat. Ex quibus commemorasse sufficiat v. 682. ποδῶν αἰπεινά τ' ἰωή Trincavelli praelatum Aldino ποδῶν δ' αἰπεινὰ τ' ἰωή, aut v. 733. τεῖχος περικεῖται δ' ἀμφοτέρωθεν pro τεῖχος δέ περ οἴκεται ἀμφοτέρωθεν. Deinde peiora etiam haec: 145. ἕης pro ἔειν, 617. βριάρεῳ δ' ὡς πρῶτα pro βριάρεῳ δ' ὡς τὰ πρῶτα, 850. τρέσσε δ' ἀΐδης pro τρέσσε δ' ἅδης.

4. Proxima deinde exempla eiusmodi sunt, ut Stephanus probas Aldi lectiones cum Trincavellinis permutaverit, licet eae peiores aut vitiosae prorsus sint. Primum v. 45. male cum Trincav.:

ἐξ ἀρχῆς οὓς γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ἔτικτεν,

uno ambitu comprehendit, quum ἐξ ἀρχῆς secundum Aldum versui praecedenti esset adiungendum. Quod quamquam ad summam rei aut parum aut nihil refert, tamen ubi iudicium ad antiquissimorum poetarum rationem artemque dicendi refertur, non contemnendi est momenti. Quippe in tota poesi epica et inprimis Homerica Hesiodeaque tum omnis vocabulorum transpositio, quae non pertinet ad simplicitatem et concinnitatem expositionis, certissimis iisque sat angustis finibus est circumscripta; tum in verborum collocatione singularis deprehenditur et continua sententiarum ponderis cum numero versus convenientia.

V. 93. pessumdedit τοι μουσάων pro τε μουσάων reponendo.

V. 224. μετὰ τήνδ' coniunxit cum Trincavello, ubi in Aldina δ' aptius enunciationum copulationi inservit.

V. 228. in ipso carmine servavit quidem Aldinum φόνους, sed in annotatione mutata sententia commendavit Trincavellinum φόβους, quod in marg. posuerat; nempe commotus eo, quod *Scut. v.* 155. φόβος et ἀνδροκτασίη coniuncta leguntur. At si tali locorum similium comparatione aliquid efficeretur, certissimum vulgatae scripturae firmamentum ex Homero peti posset *Odyss.* λ, 612. (coll. *Il.* ω, 548.):

ὑσμῖναί τε μάχαι τε φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε.

Cuius exempli quum summa sit cum nostro convenientia, contra Hesiodei illius prorsus aliena memoria est. Φόβος autem quamvis inter Contentionis progeniem quominus numeretur

nihil obstat, at Hesiodo tamen Martis et Veneris filius appellatur *Theog. v.* 934.

V. 336. pro *φόρκυνος* posuit *φόρκυος.* Illud quum longa syllaba sit opus, non erat ab Stephano attentandum. V. Dracon. et Lascar. *ap. Herm. Opusc. T. II., p.* 8., *Reg. Prosod. Herm. p.* 436. §. 71., Eustath. *p.* 364. *fin. p.* 1108., *Anecd. Bekk. pag.* 1199.

V. 347. pro Aldino:

ἄνδρας κουρίζουσι σὺν Ἀπόλλωνι ἄνακτι,

ex Trinc. reposuit:

ἄνδρας κουρίζουσιν Ἀπόλλωνι ξὺν ἄνακτι.

Quod ceteroquin sine ulla offensione legitur (v. *Odyss. ο*, 410.); verum occurrit digamma, quod apud Hesiodum quoque tantum non omnibus locis *ἄναξ* vocabulo constat. Nam non adversatur *ν ἐφελκυστικὸν Theogon.* 506. 850. 1015. 837. 491., *Scut.* 226. 328. *fragm.* 3., 1. Sed digna memoratu sunt duo exempla, *Theogon.* 543. *πάντων ἀριδείκετ' ἀνάκτων*, et *fr.* 42., 2. *δῶκε δ' ἄνακτι*, quae quum suam utrumque habeant explicationem, neutrum tamen nostro poterit adhiberi.

V. 658. ablegato in marginem Aldino *σῇσι δ' ἐπιφροσύνῃσιν*, optione infausta ex Trincav. assumpsit *σῇς δ' ὑποφραδμοσύνῃσιν.* Premitur enim haec scriptura duobus praesertim incommodis: uno quod correpta ante *φρ* vocalis est praeter consuetudinem, altero quod omnis vocabuli origo et ratio admodum dubia est et suspecta. Ceterum Aldina scriptura Homerico usu non infrequens est.

Denique v. 892. manifestum indidem vitium intulit *τὼς γάρ οἱ ἔφρασάτην*, ubi emendata erat Aldina *φρασάτην.*

Haec igitur fere Stephanianus Theogoniae textus debet Trincavellino exemplari. Quorum quamquam magnus est numerus bonaque maximam partem indoles, multo tamen felicius carmen Stephanus percensuisset, si aequalem exemplari et paullo accuratiorem destinasset diligentiam. Ut nunc sese habet res, multis locis gravissima corruptela infestatis paratam emendationem non admovit. Quis enim dubitarit, Stephanum v. 326. *φῖκ'*, v. 193. *ἔπλητ'*, v. 961. *ἣ δέ νύ οἱ μήδειαν*, si animum advertissent, fuisse ex Trincavelli libro recepturum. Atque haud pauca eorum, quae in hoc genere commisit, etiamnum carmen deturpant, pleraque illa in orthographiae et accentus ratione posita. Veluti v. 50. *αὖθις* reliquit uno hoc loco, licet Trincavellus *αὖτις* praeberet. At hoc tamen reliquis exemplis omnibus quum commune esset libris Venetis, curiose receptum est. Deinde v. 86. *δόλιχ' ἔγχεα* dedit cum Aldo, quum veram rationem Trincavellus docere potuisset. Denique v. 18. servavit *ἠώ* contra Trinc. *ἠῶ*, v. 372.

in illo cum utroque convenit. Idem quippe vitium late serpsit per libros epicorum. V. Quint. Smyrn. *I.*, 830., Nonn. *Dion.* 4., 176. *ed. noviss.* Constat autem *Ἠῶ* ubique rescribendum esse, siquidem probatissimorum grammaticorum iudicio aliquid tribuendum est. V. Schol. Venet. *Il. β*, 262. *ι*, 240. Veteres enim magistri hoc in vocabulo minime statuerunt accentum mutari cum significatu.

5. Proxima huius disquisitionis pars versabitur in eorum locorum memoria, ubi quamquam Trincavellus lectionem aut diversam tantum aut certe non ineptam exhibuit, Stephanus tamen ab Aldi auctoritate non descivit. Quorum exemplorum quum satis ampla numero ac dignitate sit copia, prae ceteris illa Stephanianae operae rationem declarant.

Ac primum quidem quum multae reperiantur in Trincavellino libro insignes scripturae discrepantiae, quae eam prae se ferunt indolem, ut ex recenti grammaticorum mutatione provenisse oporteat; harum maximam partem Stephanus accurate deprehensam summo iure plane praetermisit. Non erat quidem magnae rei, quod v. 254. *σύν τε ἐϋσφύρῳ ἀμφιτρίτῃ* sprevit prae *καὶ ἐϋσφύρῳ ἀμφιτρίτῃ* —, aut v. 453. *ῥείῃ ὑποδμηθεῖσα* prae *ῥείῃ δ᾽ αὖ δμηθεῖσα* —; nec illud, quod v. 255. emendationem inscite factam deprehendit:

γλαυκονόμῃ φιλομειδής τ᾽ αὖ καὶ ποντοπόρεια,

et ex Aldina scriptura:

γλαυκονόμη τε φιλομειδὴς καὶ ποντοπόρεια,

verum eruit *φιλομμειδής*. Sed reliqua exempla paullo sunt luculentiora.

V. 369. ex Aldina servavit *ἄνδρα ἐνίσπειν*, Trincavellus partim vitiose expressit *ἄνδρ᾽ ἔν ἐνισπεῖν*. Accentus quidem verbi quum reliquis eiusdem formis pariter atque notioni conveniat, inde videtur esse restituendus. V. Buttm. *Gr. gr. T. II.*, *p.* 123., *Lexil. T. II.*, *p.* 273. Nam in hisce rebus unius saltem libri non potest gravis haberi auctoritas. Sed altera scripturae pars, quae, si modo levi mendo eximatur, *ἔν᾽* scribendo, sententiam non obscuram profecto comprehendit, manifesto tamen e coniectura recenti manavit indocti hominis, qui veterum poetarum sermonem non noverat. Nam quum sententiae acumen adaugere vellet, non sensit se rem actam agere.

V. 377. cum Aldo scripsit:

Πέρσην θ᾽ ὃς καὶ πᾶσι μετέπρεπεν ἰδμοσύνῃσιν,

sanissimo iudicio, licet Trincavellina quoque scriptura:

ὃς πάσαισι μετέπρεπεν ἰδμοσύνῃσιν

fortasse ex docta antiquitate nobis fuerit propagata. Hanc ob causam, opinor, Stephanus eam non indignam habuit, quam in margine notaret. Illa enim prae tumida physicorum doctrina naturali sua simplicitate ingenuoque candore adeo splendet atque excellit, ut incompto huic poetae nulla aptius convenire videatur. At nihilominus tamen a multis spreta est et infestata; quippe *καί* illud, quod universam enuntiationis rationem definit accuratius, non satis intelligebatur. Est autem illud dicendi genus antiquissimo sermoni unice accommodatum. Solebant enim ubi plura de eadem re erant commemoranda, non carptim singula ac disiunctim expromere, verum omnia potius inter se vinculo leni annectere. Atque in uberiore Homeri poesi hoc genus neminem offendit, quippe quod suaviter genio eius concinat. In astricto autem hoc narrationis modo quid tandem mirum est, si idem sensui minus molliter accidat? Omnem saltem molestiam removebimus exemplis certis et ad rem appositis. *Theogon. v.* 457. *sq.* de Rheae filiis ait noster:

Ζῆνά τε μητιόεντα, θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
τοῦ καὶ ὑπὸ βροντῆς πελεμίζεται εὐρεῖα χθών.

Ac de Gratiis, ipsis benigne poetam intuentibus, v. 909. 10. cecinit:

Ἀγλαΐην τε καὶ Εὐφροσύνην Θαλίην τ' ἐρατεινήν,
τῶν καὶ ἀπὸ βλεφάρων ἔρος εἴβετο δερκομενάων
λυσιμελής.

Rem breviter tetigit Apoll. Dysc. *Synt.* 3., 28. *p.* 267. Ceterum ut de Trincavellina scriptura rem absolvam, neque *μετέπρεπεν* absolute positum placet, nec *πᾶσαι ἰδμοσύναι* ab vetusto poeta dici potuit.

V. 465. cum Aldo dedit *διὸς μεγάλου διὰ βουλάς,* quum Trincavellus exhiberet *πατρὸς μεγάλου.* Utrumque quidem scholia agnoscunt Cantabrigiensia; sed hac quoque in re Stephanus vero iudicio delegit, quod antiquius esse videtur. Quippe tale quid hoc loco poetae accidit, qualia saepe hominum simplicitati condonanda sunt; nempe traditurus ex narratione Coeli ac Terrae, Saturni parentum, qualia hic aliquando esset a filio perpessurus, absoluta de illorum mente sententia:

οὕνεκά οἱ πέπρωτο ἑῷ ὑπὸ παιδὶ δαμῆναι,

continuo deflexit eo, ut de sua ipsius sententia adiungeret quae fatum illustrarent. Similis quidem licentia apud Homerum saepenumero observatur, nec in suspicionem trahi immerito debet.

V. 595. quod ab Trincavello editum est:

κακοὺς ξυνήονας ἔργων,

iure non praetulit Aldino *κακῶν ξυνήονας ἔργων.* Commovit

autem cum v. 601. ξυνήονας ἔργων ἀργαλέων. Videlicet alterum scripturae genus prodit recentem curam; petitum autem est ex proxime sequenti narratione, qua tradit poeta:

κηφῆνες
ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται.

Denique pertinet huc, quod v. 870. Aldinam scripturam reservavit ἀργέστεω ζεφύροιο, quum schol. ann. ad v. 379. Trincavellinum ἀργέσταο ζεφύρου τε recentis emendationis manifesto coarguat. Sic factum tamen est, ut in hac quoque editione uterque locus inter se discordet.

Praeterea ad idem genus haud cunctanter refero v. 884. ubi εὐρύοπα ζῆν' in versus exitu tenuit; ac profecto Trincavellinum αἰεὶ ζῆνα non iniuria spretum ab eo est. Versu deinde 938. non sine causa κύδιμον Ἑρμῆν noluit ex Trinc. in φαίδιμον transmutare. Quippe meminerat procul dubio hymnorum Homericorum, ubi κύδιμος certum est ac firmum Mercurii epitheton. Atque φαίδιμον facillime poterat ex v. 940. huc transferri, qui clauditur verbis τέκε φαίδιμον υἱόν.

Denique v. 954. quod pro verbis ὅς μέγα ἔργον ἐν ἀθανάτοισιν ἀνύσσας Trincavellus ἐν ἀθανάτοισιν (sic) τελέσας edidit, Stephanus sine dubio sensit interpolationem importunam ex v. 951. illatam τελέσας στονόεντας ἀέθλους, quod recurrit v. 994. Nec prohibeo omnino equidem, ne illud quoque a poeta dici potuerit. V. *Scut.* 22. 38., *Odyss.* γ, 275. At interpolatio tamen manifesta fit vel littera additicia importune relicta. Ceterum Aldina scriptura usu ac ratione sic est confirmata, ut nulla superesse possit dubitatio. V. Eustath. *Il. p.* 879., 20. *sq.*: Ἀγίας δὲ ἱστορεῖ, διότι Νηλεὺς ἀφείλετο τῶν Γηρυόνου βοῶν, ὡς Ἡρακλῆς ἀπήλασεν ἆθλον μέγαν ἀνύσας. Ubi omnes sentiunt, verba extrema versus efficere clausulam:

μέγαν ἆθλον ἀνύσσας.

6. Haec igitur exempla sive pleraque, sive omnia Stephani prudentiae sanoque iudicio accepta referri debent. Nam si quid casu magis, quam consilio remansit, nostrum non est iudicium. Sed reliqua, ubi aut gravior exstabat in exemplaribus discrepantia, aut paullo accuratiore opus erat discriminis pervestigatione, sic, ut plurimum, apparet administrasse Stephanum, ut Aldi auctoritatem etiam nulla praevalente ratione contra Trincavelli scripturam susciperet defendendam. Nisi quod in his quoque rebus interdum argumentum altius repetitum diremit controversiam.

Insignia autem in hac parte testimonia inprimis sunt ea, quae pertinent ad genus grammaticum. In quo si

quid minus prospere ab Stephano administratum fuerit, egregiam plerumque excusationem habet eam, quod hodieque nondum de omnibus expeditum est iudicium.

Hoc prae ceteris valet de v. 150. 1., ubi cum Aldo Stephanus tenuit:

τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο
ἄπλαστοι.

Quod vero est in marg. St. ἄπλατοι, Trincavellus edidit; scilicet commodius id accidit v. 153. ἰσχὺς δ' ἄπλατος, quod utriusque commune est. At profecto non is erat Stephanus, quin intelligeret, Hesiodum in hac locorum vicinia, si eodem vocabulo uti voluisset, eadem item usurum fuisse forma. Quam quidem rem recentissimi etiam perceperunt grammatici, veluti is, cui carminis recensionem debemus in Parisino libro 2708. expressam. Itaque Stephanus ἄπλαστοι et ἄπλατος procul dubio tum etymologia tum notione diversa esse statuit.

Mirificas autem turbas tum haec vocabula dederunt, tum quae proxima eis sunt, ἄπλητος et ἄπλετος, variisque grammaticorum disputationibus antiquitus infestata sunt. Primum ἄπλαστος in hoc aliisque locis licuit recte commodaque sententia a πλάσσω derivari: *manus prae magnitudine deformes.* Alii deinde illud per syncopen pro ἀπέλαστος positum esse putabant, v. e. Schol. *Soph. Ai.* 254. *ed. Lob.* et Tzetzes *ad Hes. Opp.* 147. Cll. Hesych. *T. II.*, *p.* 973.: πλαστά, προςπελαστά. Quis enim grammaticorum ignorabat χεῖρας ἀάπτους? Tertium denique genus exstat in Gramm. Vatic. Bastii *p.* 699.: αἱ ἐναλλαγαὶ τοῦ η εἰς α βραχύ, μεμακυῖαι ἀντὶ τοῦ μεμηκυῖαι, καὶ λελασμένη ἀντὶ τοῦ λελησμένη, καὶ ἄπλαστος ἀντὶ τοῦ ἄπληστος. De quo nihil erat, cur ab editore dubitaretur. Eandem rem brevius narrat Gramm. Meermann. Koenii *p.* 654. Neque erat hoc epitheton ab consilio poetae alienum; designabat enim et ipsam immensam manuum magnitudinem. V. Schol. *ad h. l.*

Extrema duo etymologiae genera pertinent quodammodo etiam ad formam ἄπλητος. Sed plerique ducunt eam a verbo πελάζω. Rationem exprimit Diogenes *ap. Et. M. p.* 123., 11. *sqq. s. v.* ἄπλητα —: παρὰ τὸ πλῶ πλήσω τὸ πελάζω, πλητός, καὶ ἄπλητος, ὁ ἀπρόσιτος. Consentiunt Et. M. *p.* 156., 15. *sq.*, Gudian. *p.* 84., 53. *sq.*, Hesych. *T. I.*, *p.* 453.: ἄπλητον, ἀπρόσιτον. Contraria docet *Etym. Gud. p.* 65., 45.: ἄπλητα, οἱονεὶ ἄπλησται κατὰ διάλεκτον, λέγεται δὲ τὸ ἄπλητον ἀποκοπῇ τοῦ σ. Hinc explicandum est, quod aliquot locis ἄπληστος pro ἄπλητος adstipulante sententia a grammaticis intrusum est, velut *Scut. v.* 250. in exemplis Aldi et Iuntae, aut *Theogon. v.* 709. *apud Zonaram s. v.*

Ἄπλατος a *πελάζω* duxisse originem si quid aliud certum est. V. Buttm. *Gr. gr. II.*, *p.* 208. *sq.* Rem egregie illustrat Sophocleum exemplum *Trachin. v.* 1095. de leone Nemeaeo:

ἄπλατον θρέμμα κἀπροσήγορον.

Verum ne hoc quidem satisfecit omnibus. V. Moschop. *ad Opp. v.* 147.: *ἄπλατοι, τουτέστιν ἀπλήρωτοι, μεγάλοι τὰ σώματα.* Denique de voc. *ἄπλετος*, quod minus accurate huc facit, v. Hesych. *T. I.*, *p.* 453., Schol. *Apoll. Rh. Arg. I.*, 574., Moeris *p.* 24. *ed. Piers.*

Haec quidem pleraque sunt recentiorum grammaticorum: verum non tantopere isti fluctuassent, si certiorem harum rerum normam ab antiquis doctoribus accepissent traditam. Illud certe in propatulo est, hasce opinionum diversitates multorum locorum integritati mirum quantum nocuisse. Multa deinde exstant nostrorum grammaticorum de illis vocabulis praecepta, Ruhnkenii *ad h. Cer. v.* 83., Hermanni *ann. ad Orph. Argon. v.* 933. 996. *et ap. Frankium ad h. Hom. p.* 125., Vossii *ad hymn. Cer. p.* 29., Passowii *Lex. T. I.*, *p.* 178. Quippe decreta interposuerunt sua; non item defenderunt. Nos rem non suscipimus pertractandam; satis erit affectasse viam.

Exordiamur ab exemplo Apollonii Rhod. *Argon.* 4., 1453. *sqq.*, quod a nemine usurpatum est:

ἢ ὅτε μυῖαι
ἀμφ' ὀλίγην μέλιτος γλυκεροῦ λίβα πεπτηυῖαι
ἄπληστον μεμάασιν ἐπήτριμοι, ὥς τότ' ἀολλεῖς
πετραίῃ Μινύαι περὶ πίδακι δινεύεσκον.

Hoc quidem loco res ipsa facit, ut de nulla alia, nisi de inexplebili cupiditate muscarum dici possit. Apollonii autem usus, doctissimi poetae, qui Hesiodi carmina singulari studio tractaverat, hanc in rem maximi est momenti. Docet enim, iam illius aetate criticos ἄπλητος accepisse interdum pro ἄπληστος positum. Cui quidem sententiae haud quicquam obstat. Itaque hoc testimonio firmatur codicum scriptura his in locis:

Theogon. 315. de Iunone:

ἄπλητον κοτέουσα βίῃ Ἡρακληείῃ,

ubi Hermannus, ut Frankius narrat, ἄπληστον scribi iubebat, Hymn. *in Cer. v.* 82. 3.:

ἀλλά, θεά, κατάπαυε μέγαν γόον οὐδέ τί σε χρὴ
μὰψ αὔτως ἄπλητον ἔχειν χόλον.

Herm. et Frank. posuerunt item ἄπληστον.

Ac sic demum plane intelligitur Ἀχλύος imago, ab Scuti auctore ingeniose designata, *v.* 267. *sq.*:

τῆς ἐκ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον, ἐκ δὲ παρειῶν
αἷμ' ἀπελείβετ' ἔραζ', ἡ δ' ἄπλητον σεσαρυῖα
εἱστήκει.

Ubi Vossius praepostere ἄπλατον scribi iubebat pariter atque in reliquis Scuti exemplis. Praeterea vindicandus est Simonides ex infelici Frankii interpretatione *frgm. de mulier.* *v.* 28. 32—4.:

τὴν μὲν γελᾷ τε καὶ γέγηθεν ἡμέρην, —
τὴν δ' οὐκ ἀνεκτὸς οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν
οὔτ' ἆσσον ἐλθεῖν, ἀλλὰ μαίνεται τότε
ἄπλητον, ὥσπερ ἀμφὶ τέκνοισιν κύων.

Ἄπλητον enim h. l. internam furoris vim atque impetum, non externam eius potestatem significat, quae plenius iam erat verbis proximis declarata. Res ab omni parte confirmatur v. 40. — Denique egregie ad hunc usum illustrandum facit locus ex epigr. in Herod., quod est apud Steph. B. *de urb. p.* 400.:

τὸν γὰρ ἄπλητον
Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν, Θούριον ἔσχε πάτρην.

Horum igitur exemplorum simplex est neque contorta explicatio; reliqua autem, quae nulla arte huc trahi possunt, pertinent ad alterum vocabulum formae eiusdem, sed diversae originis. Quae qualis fuerit, dubitare non sinit *Scut. v.* 229. *sq.*:

ταὶ δὲ μετ' αὐτὸν
Γοργόνες ἄπλητοί τε καὶ οὐ φαταὶ ἐῤῥώοντο,
ἱέμεναι μαπέειν.

Quippe vulgaris de Gorgonibus fabula maximam partem Hesiodo iam nota fuisse videtur. Cf. Homer. *Il. ε,* 741. *c. schol., schol. Il. λ,* 36. et Pindar. *Pyth.* 12., 9. Deinde ea est huius vocabuli ratio, ut variis rebus adhiberi potuerit designandis, aut adspectu auditave formidolosis, aut immensa virium potentia insignibus. Sic factum est, ut cum vocabulis plane diversis coniungeretur *Scut.* 250.:

δεινωποί βλοσυροί τε δαφοινοί τ' ἄπλητοί τε.

Faciliora sunt haec *Scut.* 147.:

τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο στόμα λευκὰ θεόντων,
δεινῶν, ἀπλήτων.

Theogon. 709.:

ὄτοβος δ' ἄπλητος ὀρώρει
σμερδαλέης ἔριδος.

Denique aptissime dicitur *Theog.* 153.:

ἰσχὺς δ' ἄπλητος, κρατερή, μεγάλῳ ἔπι εἴδει.

Sic enim cum Wolfio scripsi *constantiae causa* pro ἄπλατος, quam quidem constantiam tum exemplaria Iuntina servarunt, tum codd. Bar. 109., Parisin. Ruhnkenii *ann. ad hymn. Cerer. v.* 83., Mediceus Dorvillii, ac multi praeterea alii.

Nihilominus tamen minime assentior Hermanno, ubique pro ἄπλατος epicis ἄπλητος restituendum esse iudicanti, utpote formam Ionicam. V. *ann. ei. ad Orph. Argon.* 933. Nam recentiores id genus poetae multa communis consuetudinis exempla usui poetico adhibuerunt; ab Hesiodi autem dialecto, tantum abest, ut illud alienum videri debeat, ut potius aliorum similitudine egregie adiuvetur.

Deinde ut in genere rem dispiciamus, multi vix credent accidere potuisse, ut ab eodem poeta vocabula duo, specie sua plane eadem,. origine ac notione diversissima, nulla urgente necessitate, admitterentur. At primum tamen non infrequens est apud epicos duplex eiusmodi vocabulorum usus. Praeterea attendentem advertet, apud Hesiodum certa ac firma alterius generis exempla in Scuto tantum reperiri. Nam *Theog.* 709. ex Etym. M. *p.* 636. *fin.* insignis proferri potest scripturae discrepantia:

ὄτοβος δ' ἄτλητος ὀρώρει,

quae omnes veritatis numeros habet. Altero autem loco exstat haud exigua fide communitum ἄπλατος. Hac igitur de re quum in utramque partem multa disputari possint, certis tamen argumentis nihil definire licet.

Redeat igitur oratio, unde digressa est, ad Theog. *v.* 151. Ac primum tenendum est, hodieque v. ἄπλαστοι plurimorum testium auctoritate defendi. Nam ne quid dicam de ambiguo scholiastae testimonio, legitur illud certe in exempl. Aldi et Iuntae, atque in codd. Parisin. 1. 2., Med., Bar. et Reg. Soc. Ἄπλατοι autem ab Trincavello non est ex Paullino codice receptum, sed ex Tricliniano, uti auguror. Nec prohibeo tamen, ne quis credat, idem aliquando in pluribus libris repertum iri. Saltem Hes. *Opp.* 147., qui locus arcte cum nostro cohaeret, maior pars codicum tum aliorum tum Lanzianorum, quibus accedit bonus codex Elbingensis, quem ipse usurpavi, ἄπλατοι tuetur, minor ἄπλαστοι. Deinde ea est sententiae in Theogoniae exemplo ratio, ut inprimis ei magnitudinis notio accommodata sit. Nam quod ab eodem procul dubio poeta appositum est ἰσχὺς δ' — κρατερὴ μεγάλῳ ἐπὶ εἴδει, non pertinet tantum ad membrorum multitudinem. Quippe v. 150—152. poeta ingentem describit corporum molem, v. 153. adiungit, non hac sola excelluisse istos, verum accessisse etiam robur insuperabile. Hoc simul argumento perspicitur, neutiquam idem vocabulum v. 151. et v. 153. ab

eodem poeta adhiberi potuisse. Quapropter Stephani de utraque scriptura iudicium magnopere approbandum esse censeo.

Superest, ut de ratione vocabuli certius quid definiatur. Ac secundam quidem, quam supra posui, etymologiam excludit haec disceptatio. Tertia deinde, quae ad ipsum hunc locum ab grammaticis excogitata fuisse videtur, nec sententiam fundit usquequaque commendabilem, nec per se multum est probabilis. Praeterea in hac causa non est praetereundum, quod qui eandem de Ionica vocalium permutatione doctrinam tradiderunt, grammatici vetustiores v. c. Aphthonius et Heraclides *ap. Eustath. p.* 1714., 53. *sqq.*, Etym. M. *p.* 501., 4. *sq. p.* 323., *init.*, hoc exemplum cum secundo prorsus omiserunt. Tenenda igitur erit quae reliqua est explicandi ratio, Vossio illa, ut videtur, comprobata. Quae cum sententiae egregie conveniat, hoc tantum laborat incommodo, quod rei informis notio paullo subtilior videri *possit*, quam quae cogitandi generi Hesiodeo imputari debeat. *Verum* novit certe et usurpavit verbum πλάσσω et πλαστός, *a quo* non magno intervallo distat ἄπλαστος. Accedit, quod eadem notio aliorum populorum consuetudine antiquissimis temporibus fuit trita.

V. 553. Stephanus retinuit ἄλειφαρ, quum Trincavellus ἄλειφα praeberet; qua de re item anceps est ac lubricum iudicium. Atque in carminibus Homericis, qualia nos legimus, nominativus vocabuli casus forte accidit, ut nusquam legatur. Nisi quod cod. Vindob. 307. *Alteri p.* 691. *Odyss.* ζ, 220. illud pro ἀλοιφή scriptum exhibet:

ἤδη γὰρ δηρὸν ἀπὸ χροός ἐστιν ἄλειφαρ.

Commoda quidem sententia; at codex recentissima aetate ac licenter vitioseque exaratus non magnam scripturae parat auctoritatem. Sed recentiorum poetarum epicorum libri eandem nominativi formam aliquoties magno consensu confirmant. V. Theocrit. 7., 147. 18., 45., Quint. Smyrn. 1., 796., Oppian. *Halieut.* 5., 638. Ubi constanter ea versum claudit.

Sed altera forma ἄλειφα, quam immerito Passowius suspectam esse tradidit, ab iisdem pariter est usurpata, videlicet versui condendo prae illa interdum aptior. V. Callim. *fr.* XII.:

ἀπ᾽ ὀστλίγγων αἰὲν ἄλειφα ῥέει,

importune olim ab Valckenario tentatum. Constat enim egregiis scriptorum testimoniis, Orionis *Etym. p.* 116., 29. *sq.*, Et. M. *p.* 636., 15. et Phavor. *Eclog. p.* 321., ac servatum est ex ipsis Herodiani de prosodia commentariis. V. Schol. *Apoll. Rhod.* 1., 1297. Aliquando illud Ruhnkenius pro ἀλείφατα positum esse putabat: v. *ep. crit.* II., *p.* 178. et ad

h. Cer. v. 12.; cui non obloquutus saltem est Vossius *h. Cer. p.* 10. Sed veriora ipse docuit *ad Callim. T. I., p.* 421. *Ern.* Deinde Buttmannus *Gr. gr. T. I., p.* 166. *not.* ἄλειφα formam ex communi Hippocratis, Aretaei aliorumque usu satis communivit. Quamquam haud pauca in hoc genere praetermisit gravissimae auctoritatis testimonia; v. c. Aesch. *Agam.* 313.:

ὄξος τ' ἄλειφά τ' ἐγχέας ταὐτῷ κύτει,

ubi v. Blomfieldium.

Nonn. *Dionys.* 14., 175.:

καὶ μάγον ἁβρὸν ἄλειφα περιχρίσασα προσώπου.

Quint. Smyrn. 14., 265.:

χεύῃ πολλὸν ἄλειφα, περιτρύζωσι δὲ μακρά.

Horum deinde exemplorum gravitatem adaugent grammaticorum vetustorum disertae disputationes, quae quamvis formae ἄλειφαρ aliquem usum non excludant prorsus, sic tamen sunt institutae, ut ἄλειφα istos pro vera ac genuina forma habuisse, ἄλειφαρ autem et ἄλειφας ad declarandam rationem aut casuum aut etymologiae finxisse appareat. Vid. inpr. Herodianum *ap. Eustath. p.* 1560., 25.: Ἡρωδιανὸς μέντοι — φησὶν, ὅτι τοῦ ἄλειφα καὶ λίπα ἡ κατάληξις οὐκ ἀήθης. ἀλλὰ τὸ μὲν ἄλειφα ὥσπερ θένω θέναρ καὶ κείρω κέρας, οὕτω καὶ αὐτὸ ἐκ τοῦ ἀλείφω ἄλειφαρ ἢ ἄλειφας, καὶ ὑποστολῇ τοῦ ρ ἢ τοῦ σ ἄλειφα. τὸ δὲ λίπα ἐξ ἀναλόγου ἀντιπαραθέσεως ἐγένετο. Indidem deprompta sunt quae Et. M. habet *p.* 491., 12.: ἰστέον ὅτι, ὡς λέγει ὁ τεχνικός, τὸ κάρα, λίπα, ἄλειφα ἀποκοπή ἐστιν et fusius *s. v.* ἄλειφα *p.* 60., 50—56. Praeterea Theodosium in grammatica sua ἄλειφα praecepisse, elucet ex glossario, quod Bachmannus edidit *Anecd. Tom. I., p.* 433., 4. (locus leviter luxatus est), collatis Bekkeri *Anecd. p.* 999., 15. Sic factum est, ut Hesychius ἄλειφα tantum ex veterum lexicis susciperet. Nam quod editur apud illum *T. I., p.* 223. *T. II., p.* 1480. ἄλειφαρ, constat hodie Musuro deberi. V. Schow. *p.* 52. 762. Quippe grammatici recentissimae aetatis, id quod maximi in hanc rem est momenti, analogiae copiosa bonitate capti, non uno loco ἄλειφαρ reposuerunt pro ἄλειφα. Exemplo praeterea sit Phavorin. *Eclog. p.* 96. *s. v.* ἀλείπτης, qui locus maximam partem ex Etym. M. *p.* 61. *in.* desumptus est; ubi quum alia licenter immutasset, etiam ἄλειφαρ scripsit pro ἄλειφα ac rationem originis adiunxit. Eadem autem ratio praevaluit etiam apud Choeroboscum *in Et. M. p.* 491., 21. et *in Gudian. p.* 299., 36., et apud Eustath. *p.* 1294., 26. 1954., 1. Quod quum ita sit, videndum erit, ne paucis istis, quae recensuimus, epicorum exemplis, quorum testimonio solo iam nititur formae ἄλειφαρ auctoritas, nimium tribuamus,

praesertim quum illa propter commoditatem versus ad recentium magistrorum doctrinam facile immutari potuerint. Superest igitur, ut de analogia illa, cui concesserunt grammatici, paucis exponam. Quam quidem et amplam et satis gravem esse nemo ibit infitias, qui exempla nominum in $\overline{\alpha\varrho}$ similis vetustissimae pleraque consuetudinis consideraverit; qualia exhibuerunt Choeroboscus *l. c.*, Gramm. *Bachm. Anecd. T. I.*, *p.* 433., Thierschius *Gr. gr. p.* 295. *sq.*, Vossius *ad hymn. Cer. p.* 81. *sq.* At ista ratio illustrat quidem egregie formam *ἄλειφαρ*, si quando fuerit in usu; minime tamen cogit, ut recepta usu fuisse oporteat.

Veterum autem grammaticorum de origine formae ἄλειφα disputatio hodie non poterit amplius probari; ac melior facillime adumbrabitur. Magnam autem in hac causa vim habet quoddam Etym. M. praeceptum, falsa quidem illud grammatici doctrina obrutum, sed nullo negotio vindicandum, *p.* 64., 40.: *παρὰ τὸ ἀλείφω γίνεται ἄλειμμα καὶ Αἰολικῶς* ἄλιππα. Scio quidem, ab Phavorino *Eclog. p.* 96. diserte ἄλιπτα in eadem narratione esse perscriptum; at locus ab illo alienae de v. *ἀλείπτης* disputationi importune insertus est eum in modum, ut aut codicem viderit vitiosum, aut veram scripturam praeterviderit negligenter. Etymologi deinde fidem defendit ea ipsa, quae illius observationi dederat ansam, aliorum grammaticorum memoria de Aeolensium consuetudine $\overline{\mu\mu}$ in $\overline{\pi\pi}$ permutandi. V. Gramm. Leidens. Koenii *p.* 636., Gregor. Cor. *p.* 580. Iam vero nihil vetat, ut ἄλιππα non trahatur potius ad similitudinem vocis ἄλειφα, quippe quae egregie inter se conveniant, et dialecto tantum distent. Exemplum plane singulare et huic congeminum praebet Hesych. *T. II.*, 770.: *ὀπίττομαι, οὐ πείθομαι. Βοιωτοί.* Cum istis deinde apte λίπα vocabulum debet copulari, quod et ipsum iam antiquitus omni grammatices disciplinae repugnabat. Denique si quis a nobis certam formae ἄλειφα postularet originationem, quamquam lubricum est, summam antiquitatem de coniectura metiri velle, hoc saltem affirmaverim, non dissimilem eam esse ab vocabuli ὕφα ratione, quod cum illo comparavit Et. M. *p.* 60., 54. Constat autem praeterea de hoc ex testimonio Herodiani *ap. Et. M. p.* 785., 26. *s. v.* ὕφα: *ὑφαίνω, ὕφασμα, ἢ ὑφάζω ὕφασμα, ὑφασία, ὕφα. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν* —, et Suidae *s. v.* ὕφα, *τὸ ὕφασμα.*

V. 669. Stephanus ἐρέβευσφιν tenuit pro ἐρέβεσφιν, quod Trincavellus praebebat. *Ἐξ ἐρέβευσφιν* de codicum consensu editur apud Homerum *Il. ι,* 572., et *ἐρέβευσφιν* praebuit cod. Mosq. *h. Cerer. v.* 349. Verum in Iliade quoque

secus ac Buttmannus affirmabat *Gr. gr. T. I.*, *p.* 206. *not.* 2., nonnulli ἐξ ἐρέβεσφιν legerunt. V. Phavorin. *ap. Albert. ann. ad Hesych. s. v.* ἐξ ἐρέβευσφιν *T. I.*, *p.* 1285. Hanc autem formam et Wolfius in utroque poeta intactam reliquit, nec Spohnius *de extr. parte Odyss. p.* 155. de eius sinceritate dubitationis quicquam exprompsit. Contra Buttmannus *l. c.*, Thierschius *Gr. gr. p.* 293. et Matth. *Gr. gr. T. I.*, *p.* 190. *not.* propter similitudinem aliorum exemplorum, per eandem syllabam ab neutris in ος exeuntibus derivatorum, ἐρέβεσφιν veram esse formam et ubique reponendam decreverunt. At quamvis assit procul dubio analogia, concedendum tamen est, paucorum eam exemplorum testimonio contineri. Quod quum omnino magnopere eius potestatem imminuat, eo debet accuratius pertractari, quod circa prima linguae monumenta haec opera consistit.

Summa antiquitatis memoria syllabae φι nominibus suffixae frequentissimus inter plures Graecorum gentes fuisse videtur usus; quemadmodum vulgari ea Sicyoniorum consuetudine ad recentem usque aetatem conservata est. V. Apollon. Dyscol. *de adverb. p.* 574., 30. Sed quo tempore poesis epica florere inciperet, ista sermonis constantia aut propter pronuntiationis facilitatem aut accessione gentium diversarum multum iam fuit infracta. Ac multa quidem exempla quotidiana consuetudine facile erant servata; aliorum memoria certe nondum perierat. Itaque poetae tum illa carminibus susceperunt, tum syllabae commoditate permoti, alia vocabula ad eandem normam direxerunt. Videlicet quotidiani sermonis reliquias nemo negabit esse hasce: στήθεσφιν, ὄρεσφιν, ὄχεσφιν, ναῦφι (ναῦσφιν Cod. Vindob. 56. *Odyss.* ξ, 498. *Alteri p.* 774.), κεφαλῆφιν, εὐνῆφι, θύρηφιν, αὐτόφι, ζυγόφι, πασσαλόφιν, ἐσχαρόφιν, ἀριστερόφιν, δεξιόφιν, ἰκριόφιν ac prae reliquis omnibus ἶφι. Atque ex eadem vitae consuetudine derivata sunt, quae Hesychius in hoc genere conservavit testimonia. Pertinent autem non tam ad scriptorum singulorum, quam populorum quorundam usum vulgarem. Sic *T. II. p.* 19. ubi ex codice editum est ἰδῆφιν, ἴδες. *Βοιωτοί* —, reponendum fuit: ἴδηφιν, ἴδαις. *Βοιωτοί.* Cll. Hesych. *T. II. p.* 888.: πασσαλόφιν, τοῦ πασσαλοῦ. ὁ δὲ σχηματισμὸς Βοιώτιος. De notione vocis omnia nunc pervulgata. V. interpr. *Hes. T. II.*, *p.* 17. 18. Accuratius deinde ad rem nostram pertinet *T. I.*, *p.* 1421.: ἐρέεσφι, τέκνοις. et *ib. p.* 1522.: εὐρέσφι, γυναιξίν. Et hoc quidem quale sit, facile perspicitur ex Homerico ὤρεσσιν. Prima enim tantum syllaba aut dialecti diversitate aut vitiositate scripturae leviter immutata est. Pertinet autem forma ad nomen ἄορ sive ὄαρ, cuius

admodum memorabiles apud Hesychium exstant reliquiae. Ἐρίεσφι contra multo minus expeditam habet explicationem. Fuit autem Thessalorum consuetudine receptum, si certa ducitur coniectura ex gemina glossa p. 1420.: ἐρίας, τέκνα. Θεσσαλοί. Harum igitur rerum dum aliunde plenius cognoscamus rationem, non inepte ex eodem auctore comparabimus ἔορ. θυγάτηρ. ἀνεψιός. ἔορες. προςήκοντες. συγγενεῖς. T. I., p. 1303. Denique quod exstat apud eundem p. 1560. ἔχεσφιν, ἅρμασιν, non multum dubito, quin ex Aeolensium sermone repeti debeat. Commode enim accedet exemplis Koenianis *ad Gregor. Cor.* p. 598.

Atque horum quidem exemplorum non obscura est analogia; sed plenam eam esse, et ad omnia olim aequaliter pertinuisse vocabula, quis tandem certo affirmarit? Nisi forte quis credat, eadem ratione explicari posse κηρόφιν, ἐκ τῆς ψυχῆς, quod apud Hes. T. II., p. 251. exstat et ex Homericis carminibus procul dubio desumptum est, aut νόσφι, infeliciter a grammaticis antiquis tentatum, aut πάμφι, παντάπασι, itidem Hesychio conservatum T. II., p. 849.

Deinde etiamsi analogia ista antiquissimis temporibus omnium fuisset communis, facile poterat nihilominus accidere, ut qui primum vocabulum ἔρεβος ad eam conformaret, sive quod parum accurate rem perceperat, sive consilio potius ac ratione, aliquantum ab ea declinaret. Etenim magni in hac re momenti esse videtur, quod ἔρεβος ex eorum vocabulorum numero est, quae apud Homerum genitivo casu ευς clausulam assumunt. Quorum quum in recentiorum poetarum carminibus plerisque laeta compareat seges, velut ap. Nicandrum *Ther.* 2. κήδευς, 16. 17. ἴχνευς, 592. λίπευς, *Alexiph.* 366. 375. 511. ὄξευς, apud antiquissimos contra perpauca exstant vestigia, angustis finibus descripta. Videlicet Homericus usus in hoc genere continetur exemplis quinque, quorum unum bis, reliqui singulis locis exstant. V. Spohn. *de extr. Odyss. parte* p. 154., Thiersch. *Gr. gr.* p. 300. Hesiodus deinde magis etiam est astrictus. Quippe semel ad Homeri exemplum usurpavit θέρευς *Opp.* 504.; deinde suo periculo σάκευς finxit Scuti auctor v. 334. et 460., aequali versus clausula σάκευς ὑπὸ δαιδαλέοιο. Ex his autem unum omnium certissimum est ἐρέβευς. Nam *Il.* θ, 368. ἐξ ἐρέβευς ἄξοντα tum ex codd. editum est, tum diserta grammaticorum constat commemoratione. V. Hesych. T. I., p. 1285., Eustath. p. 718., 23., Et. Gud. p. 192., 52., Et. M. p. 448., 32. *cll.* 51., 45., Choerob. *in Bekk. Anecd.* p. 1231. Deinde ex hoc consensu alteri exemplo *Odyss.* λ, 37. ὑπὲξ ἐρέβευς ἀγέροντο, quod codicum tantum auctoritate

nititur, satis accedit firmamenti contra recentem quorundam depravationem, quae conditione sua prodit originem. Ex quo genere est scriptura cod. Vindob. quinti ὑπὲρ ἐρίβους, aut quod Eustathius *ad h. l.*, quum referret verba poetae, vulgarem formam, ut fit, pro exquisita altera intulit. Talia certe nullam efficiunt veteris discrepantiae suspicionem.

Quapropter quum productiorem poeta genitivi speciem in hoc vocabulo efformandam sumpsisset, quo clarius notio genitivi elucesceret, non primitivam, sed ipsi usitatam formam pro fundamento collocasse videtur. Admonendum autem est, ἐρέβευσφιν formam facilius ab ipso poeta, quam ab grammatico aliquo institui potuisse; quippe grammatici eam, quam exposuimus analogiam, probe perceperant.

V. 732. exeunte Stephanus cum Aldo dedit Ποσειδῶν. Neque illud, nec Trincavellinum Ποσειδέων epicorum usui convenit: sed hoc, quod Ionum postea fuit, ab Hesiodi consuetudine minus, quam forma contracta dissidere videtur. V. Herodian. περὶ μον. λέξ. p. 11., 5. Aldinum vero Ποσειδῶν qui usurpaverit poetarum epicorum, neminem novi praeter Empedoclem *ap. Eustath. Il. p.* 1261., 46.

V. 781. ἀγγελίης servavit in textu, ἀγγελίῃ, quod est apud Trincavellum, in margine posuit. V. Buttmann. *Lexilog. T. II.*, p. 202—208.

V. 801. dedit Aldinum ἀπομείρεται pro ἀπαμείρεται Trincavellino. Sed mutata mox sententia in Thesauro alterum praetulit. Vero, ut videtur, iudicio. Etenim potuit quidem fieri, ut μείρομαι in hoc verbo pro ἀμείρομαι fuerit usurpatum. Quemadmodum Zenodotus Homero tribuit μειρόμενος h. e. στερόμενος. V. Schol. *Il.* η, 127. ι, 616. Nec diversus fuit Arati usus aliorumque, ad quos Hesychius respicit *T. II.*, p. 560. 574. At antiquum tamen verbi ἀπομείρομαι usum, qualem Hesiodus suscepit, ab huius exempli instituto alienissimum, illustrat egregie *Opp.* v. 580.:

ἠὼς γάρ τ' ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν.

Haec enim scriptura, quae praeclaram sententiam efficit, in exemplaribus exstat tum editis tum scriptis quod sciam omnibus. Contra ἀπαμείρεται in Galeano tantum codice reperitur supra linea notatum, et ab Eustathio aliquoties usurpatum est *ad Odyss. p.* 1766. *fin. ad Il. p.* 947., 16. p. 1243., 24. Nam qui doctrinam et ingenium magistri satis usurpando cognorit, exempla haec ad unum locum omnia referri debere, nobis facile concedet. Wolfius tamen *ad Theog. p.* 167., qui ultimum locum noverat solum, importune illum ad Theogoniam rettulit. — Deinde prae ceteris

advertendum illud est, quod ἀπαμείρεται ab optimis grammaticis sic commemoratur, ut ad Theogoniam respexisse eos nulla possit esse dubitatio. Pertinet autem huc Etym. Gudian. pag. 63., 26.: ἀπαμείρεται, ἀποχωρίζεται, deinde Et. M. p. 118., 9.: ἀπαμείρεται, ἀποκεχώρισται. Utriusque lectionem defendit legitimus litterarum ordo. Alterum denique exscripsit Phavorin. *Eclog. p.* 115., 9. *Dind.* Sed ab his seiungenda plane est Hesychii glossa: ἀπαμείρεται, ἀφαιρεῖται, *Tom. I.*, *p.* 423., qua illustratur antiqua scriptura *Odyss.* ϱ, 322., commemorata ab Eustathio *p.* 1766.

Versu 417. cum Aldo edidit ἔρδων, ῥέζων autem Trincavellinum in margine posuit. Est sane illud in nostris Hesiodi exemplaribus multo magis frequentatum. Atque in reliquis quidem Theogoniae et Operum locis omnibus certa assunt consuetudinis discrimina; ἔρδειν enim apostrophum excipit, ῥέζειν vocalem. Huic tamen convenit cum fragmento Hesiodeo ex ὑποθήκαις deprompto, subleatae fidei carmine:

ἔρδειν ἱερὰ καλὰ θεοῖς αἰειγενέτῃσιν.

Homeri usus sibi non constat. Ceterum non est praetermittendum, quod ῥέδδω olim fuit ex Boeotorum consuetudine. V. Eustath. *p.* 984. *init.*, Schol. Victor. *ad Il.* ξ, 261. *p.* 396. *cll. Hesych. Tom. II.*, *pag.* 1106. Hinc supplenda Valckenarii est notatio *ad Theocrit. Adon. p.* 292. *A.*

V. 401. ἑοὺς μεταναιέτας servavit, quum ἑοῦ praeberet Trincavellus. Quippe simplicius illud est. Cfr. *comment. nostr. l. II.*, *c. VI.*

V. 491. spreto ἐξελάειν Stephanus tenuit Aldi ἐξελάαν, quod Homeri consuetudine celebratum et abunde sustentatum est. Vide *Il.* θ, 527., Schol. Victor. *ad Il.* ν, 27., Hesych. *T. I.*, *p.* 1281., Apollon. Rhod. *Arg. IV.*, 101. Ac multorum profecto librorum scriptura *Opp.* 226.: οἵ τέ μιν ἐξελάουσι, quam in Elbingensi codice ego repperi, sententiae ratione certissime redarguitur. Verum in re simili *Opp.* ν. 394.: γυμνὸν δ' ἀμάειν, quamquam pleraque exemplaria ἀμᾶσθαι exhibent, illud tamen tum optimorum codicum Parisini 2771. et Mediceorum (v. Lanz. *pag.* 287. *cll.* 274.) testimonio egregie astruitur, tum Homerico exemplo congemino ἀναμαιμάει, ᴗᴗ---, *Il.* ν, 490. adeo confirmatur, ut extra omnem dubitationem positum sit.

V. 858. cum Aldo dedit στενάχιζε pro στονάχιζε, quod est ap. Trincav. Illud aptius congruit v. 843., ubi consentiunt isti in ἐπεστενάχιζεν. At v. 159. eosdem secutus posuit στοναχίζετο, ubi Iuntina praebet στεναχίζετο. Haec tamen inconstantia nondum est ab editoribus

e medio sublata. — Ceterum Buttmannus quum formae στοναχίζομαι analogiam accurate declarasset *Lexil. T. I.*, *p.* 215., ab eo tamen sibi cavere debebat, ne eandem ab soni opportunitate praepostere commendaret. Deinde magnopere illud obfuit eius studiis, quod non meminerat in tempore vocabuli στεναχή, quod ex Aristophanis exemplaribus rettulit Schol. Harleianus Porsoni *ad Odyss.* ε, 83. *p.* 38. *ed. Lips.* Illud enim plane accommodatum est Graecae linguae rationi. Nam στεναχή prodit ex στενάχω, sicut ex ἄρχω, ἀρχή. Quippe vocalis a quibusdam demutata iccirco non est, ne periret primitiva et naturae congrua vocis modulatio. Quo stabilito, confirmatum simul est στεναχίζομαι.

Sed v. 956. quod cum Aldo dedit κλυτῇ ὠκεανίνῃ, neutiquam approbo. Vix poterat autem praeterire Stephanum, in Trincavellina corruptela κλητός exquisitam latere scripturam κλυτός. Quantum vero antiquis poetis licentiae in hoc genere concessum fuerit, Homericis exemplis idoneis comprobatum dudum est Porphyrio *ad Iliad.* σ, 514. *cll. Eustath. pag.* 1160. *init.* et Thierschio *Gr. gr. p.* 320. Quippe vitae consuetudo illa aetate nondum erat ab omni parte stabilita; poetis autem saepenumero aut propter versus fundendi facilitatem aut secundum praestantiam soni licebat optionem facere. Hesiodus vero admisit plane singularia quaedam, velut *Theog. v.* 610. ἀταρτηροῖο γενέθλης, *v.* 657. ἀρῆς γένεο κρυεροῖο, *v.* 408. Latonam μείλιχον ἐξ ἀρχῆς, ἀγανώτατον ἐντὸς Ὀλύμπου, quod tum necessitate flagitabatur, tum defenditur Homerico ὀλοώτατος ὀδμή.

Nec illud probum est, quod v. 480. cum Aldo edidit τραφέμεν, quum in Trincavellino esset τρεφέμεν. Non negaverim equidem, τὸν μὲν ἐδέξατο Γαῖα ἐν Κρήτῃ τραφέμεν dici hoc loco a poeta potuisse; nam non distat multum *Il.* σ, 436.:

υἱὸν ἐπεί μοι δῶκε γενέσθαι τε τραφέμεν τε.

At τραφέμεν tamen non potuit nisi cum verbo passivo coniungi copularique, velut praeterea factum est *Il.* η, 199. et *Odyss.* γ, 28. Atqui hoc loco adiunctum ei est ἀτιταλλέμεναι. Ergo desideramus activae significationis verbum. Huic igitur egregie accommodata est Trincavelli scriptura τρεφέμεν, quae alioquin non caret auctoritate. Hesiodus autem semper in hac re usurpat formas ἔτρεφε sive τρέφε. V. *Theogon. v.* 1001. 107. 582. et *fragm. quartum.* Homerus deinde τρέφειν et ἀτιτάλλειν saepe in eundem modum connectit. Vide *Odyss.* τ, 354.:

ἣ κεῖνον δύστηνον ἐῢ τρέφεν ἠδ' ἀτίταλλεν.

Cfr. *Il.* ξ, 202. π, 191. ω, 60. Itaque quum ad hanc scriptu-

ram defendendam praeclare omnia coeant, pro Aldina illa vix pauca afferri possunt levissimae auctoritatis praesidia. Nam licet aut ad Doricum τράφω recurrere, de quo dixit Maittairius *de dial. p.* 151. *B.*, aut *Il.* ψ, 90. recoquere memoriam:

ἔτραφέ τ' ἐνδυκέως.

Verum hic locus et unicus est in tota poesi antiqua, nec dubitatione caret, quum Schol. Venet. alteram scripturam ἔτρεφε afferat, quae in silentio grammaticorum reliquorum omnes habet veritatis numeros.

Pessime vero v. 574. remansit ἀργυφέϊ ἐσθῆτι, quod omni auctoritate et fide destitutum est. Trincavellinum ἀργυφέῃ Homerico usu ac ratione formae unice comprobatur.

Denique quod v. 869. Stephanus Τυφωέος (Ald. Τυφώεος) tenuit pro Τυφώεως (sic) Trincavellino, v. 328. τὸν ῥ' Ἥρη pro τὸν δ' Ἥρη, v. 605. ὅδ' pro ὅγ', v. 762. τῶν ἕτερος μὲν pro τῶν δ' ἕ. μ., v. 600. ὡς δ' αὔτως pro ὡςαύτως, v. 622. εἵατ' ἐπ' ἐσχατίῃ pro εἵαται ἐσχατίῃ, v. 595. βόσκουσι pro βόσκωσι, quod moderum ratio aversatur, commemorasse satis erit.

7. Propinqua deinde huic generi exempla sunt ea, ubi de omni simul sententiae ratione erat iudicium interponendum. In hoc eandem, quam supra designavimus, consuetudinis legem secutus est. Sic factum est, ut v. 243. εὐκράτη servaret, quamquam εὐκράντη apud Trincavellum sententiam fundit et ipsam loco minime incommodam. Pari ratione praetulit v. 370. οἳ ἂν περιναιετάωσιν alteri scripturae ὅσοι περιναιετάωσιν, 593. deinde ἀπεμνήσαντο scripsit pro ἐπεμνήσαντο, 533. παύθη χόλον, ὃν πριν ἔχεσκεν pro παῦθη χόλον, ὃν περ ἔχεσκεν, 650. ἐναντίοι pro ἐναντίον, v. 703. μέγιστος δοῦπος ὀρώρει pro μέγας ὑπὸ δοῦπος ὀρώρει, ubi fluctuabat animi; 732. πύλας pro θύρας, v. 783. καί ῥ' ὅστις ψεύδηται pro καί ῥ' ὅς κε ψεύσηται, 800. χαλεπώτατος ἆθλος pro χαλεπώτερος ἆθλος, 825. δεινοῖο δράκοντος pro κρατεροῖο δράκοντος, 989. ἀπαλὰ φρονέοντα pro ἀταλὰ φρ. His exemplis partim vera sine dubio reposuit, partim pessima; deinde quum interdum optio esset facienda, non infeliciter, ut plurimum, sese gessit Stephanus.

De aliis singulatim exponendum est. *V.* enim 282. *sq.* erat ab Aldo vulgatum:

τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν, ὅτ' ἂν Ὠκεανοῦ περὶ πηγὰς
γείνεθ', ὁ δ' ἄορ χρύσειον ἔχεν μετὰ χερσὶ φίλῃσιν.

Stephanus primum secundum Trincavelli fidem ὅτ'

ἄρ᾽ vere reposuit. Indidem habere poterat παρὰ πηγὰς γένθ᾽, sed neutrum admisit. Quorum quidem illud etsi aliqua ratione defendi possit, nullo tamen pacto praestat ei, quod servavit περὶ πηγάς. Verum γένθ᾽ erat certe memoratu dignissimum. Nam quum ἄορ nulla ratione in unam syllabam cogi possit, nec certum rei inauditae testimonium aliunde constet, Aldina scriptura versui nequaquam satisfacit. Aut igitur γέντο adoptandum est, pari modo adhibitum in dicto vulgari, quod est ap. Proclum ad Opp. 768.:

τετράδι κοῦρος ἔγεντο καὶ οὔποτε πάγκακος ἔσται.

Cll. v. l. Theog. v. 199., v. 705., Apollon. Lex. Hom. p. 206., Hesych. s. v. ἔγεντο, Gregor. Cor. de Dial. p. 203., Apoll. Rhod. Argon. I., 1141. IV., 1427., Callim. h. in Iov. v. 50., Matth. Gramm. gr. I., p. 442. Aut lenissima correctione iuvandus erit locus in hunc modum:

γείνεθ᾽, ὃ δ᾽ ἄορ ἔχεν χρύσειον μετὰ χερσὶ φίλῃσιν.

V. Scut. 457.: ἐρυσσάμενος δ᾽ ἄορ ὀξύ, et v. 221.: μελάνδετον ἄορ ἔκειτο. Denique pro ἔχεν eodem loco Stephanus non recepit Trincavellinum ἔχων, quo admisso licet paullo fiat enunciatio rotundior, recedit tamen aliquantum ab genuina antiquitatis indole. Nam in vulgata scriptura poeta, quod multis locis videre licet, ab simplici narrationis decursu deflexit ad ipsam rei gestae descriptionem. Quae quidem res cum omni antiquae poeseos epicae indole et natura est coniunctissima.

Aliis praeterea locis facile Stephanus manifestum Trincavellini libri errorem deprehendit; itaque v. 453. recte tenuit ῥείη δ᾽ αὖ δμηθεῖσα pro ῥείη ὑποδμηθεῖσα, quod copulae defectus coarguit vitii, et v. 847. recte sprevit ἔζεε πυρὶ χθὼν prae Aldino ἔζεε δὲ χθών. Simili modo v. 749. vere ἀλλήλας tenuit; videlicet ἀλλήλαις, quamquam pro varia scriptura et ipsum procul dubio haberi debet, malo tamen consilio a Trincavello cum scriptura ἀμφὶς ἰοῦσαι coniunctum est. Congruit enim aliorum et sine dubio Paullini quoque codicis scripturae ἄσσον ἰοῦσαι.

8. Iam si quando ex numerorum sensu inter Aldi et Trincavelli auctoritatem pendebat iudicium, Stephanus plerisque locis eandem felicitatem optionis nactus est. Nam praestat sane aliquantum v. 602. Aldinum:

ἀργαλέων. ἕτερον δὲ πόρεν κακὸν ἀντ᾽ ἀγαθοῖο

alteri δ᾽ ἔπορεν, aut v. 23. καί μιν κέλονθ᾽ Trincavellino καί μ᾽ ἐκέλονθ᾽, ac v. 375.:

Κρίῳ δ᾽ Εὐρυβίη τίκτεν φιλότητι μιγεῖσα,

ubi Trincavellus τέκεν ἐν habet ab Steph. margini appositum; quod minus commodum auribus est. Deinde verissime

item v. 660. tenuit *Κρόνου υἱὲ ἄναξ*, ubi *Κρόνου υἱὲ Ζεῦ* libri Trincavellini ineptam interpolationem coarguit.

Contra v. 380. res est ambigui iudicii; Stephanus enim cum Alde servavit ἐν φιλότητι θεῷ θεὰ εὐνηθεῖσα, Trincavellus vero dederat θεὰ θεῷ. Atque verborum quidem in Aldina scriptura collocatio expositionis legi, quae est apud epicos poetas, egregie convenit. Accedit Homerici sermonis aequalitas, v. c. *Il. ω*, 537.:

καί οἱ θνητῷ ἐόντι θεὰν ποίησαν ἄκοιτιν.

Odyss. α, 32.:

οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.

Contra Trincavelli scripturae et ipsi egregia parata defensio est; nervos enim versui facit mirificos concinna sonorum varietate, et Hesiodi usu confirmatur *Theog.* 634.:

οὓς τέκεν ἠΰκομος Ῥείη Κρόνῳ εὐνηθεῖσα.

(Adde *Scut. v.* 6.) At nec hic locus plane similis est nostro, scilicet metrum omnium gravissimus est tyrannus, nec Homerica exempla rem conficiunt, velut *Il. β*, 820. *sq.*:

Αἰνείας, τὸν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε δῖ' Ἀφροδίτη,
Ἴδης ἐν κνημοῖσι θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα,

aut *Il. π*, 175. 6.:

καλὴ Πολυδώρη
Σπερχειῷ ἀκάμαντι, γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα.

Inest enim in hoc vocabulorum situ quoddam sententiae acumen ac singularis oppositorum vis; quae quum minime cadat in Hesiodeum locum, verendum erit iis qui Trincavellum sequuntur, ne fucatis coloribus sinceram poetae orationem distinguant.

Denique certior et simplicior est res de *v.* 273., ubi Πεφρηδώ τ' εὔπεπλον edidit Stephanus, quum ex Trincavelli libro εὔκροκον reponere debuisset. Vide Dorvill. *crit. vann. pag.* 367., Herm. *ad hymn. Hom. p.* 7., Thiersch. *Gr. gr. p.* 265. Eundem vero errorem recentiores editores admiserunt *Scut.* 136.:

κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκε,

qua quidem scriptura omnis numerorum vigor debilitatur.

9. Praeterea singularem sibi poscunt considerationem haec: *v.* 140. Trincavellius dederat βρόντην τ' ἀστερόπην, quo in margine posito, Aldinam scripturam τε στερόπην vere Stephanus in textu servavit. Scite is Latinorum poetarum usum aequalem advocavit. V. Gesnerum *Lex. s. v. Brontes.* Sed plenius Stephani iudicium comprobabimus *libr. II.*, *v. VIII.* — Deinde *v.* 345. Ἀρδήσκον Aldi auctoritate retinuit, permotus, ut arbitror, Schol. Veneti consensu. Trincavellina certe scriptura Ἀλδήσκου

levissimae est auctoritatis. — Contra minus expeditum est de v. 18. 19. ordine iudicium; quippe Stephanus Aldinum hunc non immutavit; ab Trincavello ex codd. suorum fide transpositi sunt. Ipse autem Deorum recensus vix est ita institutus, ut firmum in hanc rem inde promi possit argumentum. Nisi forte quis seriem ab novissimorum Deorum memoria concinnius per Iapetum ac Saturnum ad omnium rerum primordia duci putarit. Omne igitur in hac causa iudicium ex optimorum librorum testimonio suspensum est.

Reliqua denique huius loci exempla, levioris illa momenti, aut ad orthographiam pertinent aut ad inanem dialecti diversitatem; ex quo genere pauca subiungam potiora. Sic *v.* 135. vere cum Aldo scripsit *ῥείαν*, ap. Trinc. erat *ῥεῖαν*, quod non omnibus ab horum poetarum usu alienum visum fuit. Certe qui *v.* 453. reddidit: *Facile vero domita a Saturno*, nihil aliud illic, quam hoc ipsum repperit. Videlicet inter antiquissimos grammaticos fuerunt, qui posteriorem nominis primitivi syllabam correptam esse censerent. V. Schol. *Il. ο,* 187. *p.* 417., Eustath. *p.* 1012., 32. — V. 148. Aldus vulgavit *ὄβριμοι,* Trincavellus *ὄμβριμοι.* Prius quum v. 140. ex utriusque consensu recepisset Stephanus, recte hic quoque praetulit idem. Ceterum antiquissimorum grammaticorum de hoc vocabulo sententia certius quam ex iis testimoniis, quae ab aliis commemorata sunt, perspicitur ex narratione Sexti Empirici, quae ab illis usurpata non est, *l. adv. Grammat. c. IX., p.* 253.: *κεῖται δὲ ὀρθογραφίᾳ μερισμῷ, ἐπειδὰν διαπορῶμεν περὶ τῆς ὄβριμος λέξεως πότερόν ποτε τὸ β τῆς δευτέρας ἐστὶ συλλαβῆς ἀρχὴ ἢ τῆς προηγουμένης πέρας. καὶ ἐπὶ τοῦ ἀριστίων ὀνόματος ποῦ τακτέον τὸ σ.* Recentissimum quorundam grammaticorum errorem coarguunt eorum explicationes. V. Moschopul. *περὶ σχεδῶν p.* 240. *ed. Vindob.* Veram autem vocis originem et veteres grammatici probe perspexerunt, v. c. Etym. Magn. *p.* 613., 23. et Gud. *p.* 417., 43., et nostri copiosius etiam illustrarunt, v. c. Passovius. Apud Hesychium *Tom. I., p.* 768. exstat: *βριμός. μέγας, χαλεπός.* et *βριμά. ἰσχυρά.* Eodem vocabulo utuntur Etymol. auctores tum illis locis, tum Etym. M. *p.* 334., 8. Deinde non alienum ab hac causa est *Ὀβριμώ* nomen, quo pro vulgari *Βριμώ* utitur Lycophro; illustrat enim et ipsum grammaticorum de voce *ὄβριμος* praecepta. Ceterum idem orthographiae vitium pertinuit olim ad nomen *Ὀβριάρεως,* demutatum illud in *Ὀμβριάρεως* ab librario Steph. Byz. *p.* 716. *s. v. Τριῆρες.* —

Ad alterum genus spectat v. 41. θεᾶν, quod ex Aldina, schol. Cantabr. adstipulante, Steph. recepit pro θεῶν, quod est apud Trincavellum. Non est tamen in hac causa praetermittendum, quod ubi pariter Dearum facta est mentio, v. 129. θεῶν χαριέντας ἐναύλους Νυμφέων, similis varietas non reperitur. Sed vera sunt procul dubio, quae cum Aldo dedit v. 254. πρηΰνει pro πραΰνει, quamquam exstat hoc tum alibi, tum ap. Solon. 15., 37., v. 584. θαυμασίῃ pro θαυμασίᾳ (neque vero θαυμάσια), v. 830. παντοίην pro παντοίαν.

10. Scholia vetusta tum Veneta tum Cantabrigiensia mirifice a Stephano fuisse neglecta, supra significatum a nobis est. Sed haec certe semel et adhibuit et appellavit v. 61., veram scripturam μέμβλεται inde asserens. Venetorum deinde paucis fortasse locis aliquam habuit notitiam. Nam quod v. 90. pro παραφάμενοι, quod Ald. et Trinc. tenent, παραιφάμενοι edidit et v. 438.:

ῥεῖα φέρει χαίρων τε, τοκεῦσι δὲ κῦδος ὀπάζει,

ubi Aldus τοκεῦσι τε, Trincav. τοκεῦσιν exhibuerant, deinde quod v. 493. ad marginem apposuit ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν, certe in isto scholiorum exemplari omnia poterant haberi; quamquam non sunt eiusmodi, ut non ab ingenio quoque facilis assit emendatio. Praeterea v. 270. Seleuci scripturam, quam in utroque Scholiorum corpore habere poterat, margini apposuit.

11. Quicquid praeterea Stephanus Theogoniae emendandae impendit studii, pertinet ad eorum locorum memoriam, ubi Aldus et Trincavellus aut in eiusdem vitii communionem venerant, aut eam uterque exhibuerant scripturam, quae Stephano saltem videbatur esse falsa. His igitur locis omnibus aut ex Basileensium exemplaribus eorumque interpretatione Latina medelam adhibuit, aut quid pollerent ingenii vires, periclitatus est, acumine tamen haud admodum frequenti.

Ac primum quidem Iuntina exemplaria quum tanta negligentia a Stephano tractata sint, ut ne optima quidem, quae illorum propria sunt, scripturae genera usquam reciperet, non est verisimile, in rebus levioribus diligentius ab eo fuisse adhibita. Quapropter si quid circa huiuscemodi res Stephano cum istis intercedit communionis, aut aliorum librorum usui aut ipsius ingenio ascribendum esse constat. Etenim haud pauca ex hoc genere exempla, quae in Iuntinis libris pariter atque ab Stephano emendatius edita sunt, in exemplaribus Basileensibus aequali modo correcta leguntur.

Quae in censum veniunt v. 88. λαοῖς pro eo, quod Aldus et Trincavellus dederant, λαοῖσι, 123. νὺξ ἐγένοντο pro νὺξ ἐξεγένοντο, 213. οὔ τινι pro ᾧ τινι, 266. ἡγίωγετ' — ἡ δ' pro ἤγαγε τ' — ἠδ', 295. ἡ δ' ἔτεκ' ἄλλο pro ἡ δ' ἔτεκεν ἄλλο, 637. τελευτὴ pro τελευτήν. Deinde quae Stephani ac Iuntae sunt communia reliqua, coniectura facillime poterant ab isto redintegrari. Videlicet v. 125. κυσσαμένη posuit pro κισσαμένη Aldi et Trincavelli, 247. εὐνείκη pro εὐνεική, 272. χαμαὶ ἐρχόμενοί τ' ἄνθρωποι pro χαμαί τ' ἐρχόμενοι ἄνθρωποι, 281. χρυσάωρ pro χρυσάορ, 319. ἀμαιμάκετον pro ἀμαιμάχετον, quod olim ex etymologiae studio ortum est. Denique unum superest exemplum paullo gravius, in quo altera editio Iuntina fortasse ab Stephano usurpata fuerit. Edidit enim eum illa v. 493. ἐπιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ. Aldus exhibet prope idem, omissa tamen particula; Trincavellus pariter pluralem numerum in carmine; in scholiis addita est particula. Quamquam ex his facile lectio Iuntina poterat erui.

Deinde Basileensium editioni anni 1542., cuius quidem exemplar ad emendandum carmen adhibuit Stephanus, omnia egregia debet, quae ista continet scilicet. Itaque factum est, ut egregia aliquot vitia indidem propagaret. Quorum unum supra memoravi luculentissimum ἀργαλίῳ ἐν ὄρει v. 484.; addo iam v. 375. κρίω δ' εὐρυβίη et v. 329. τρητοῖο Νεμείης. Nimirum haec eo poterant facilius in textum irrepere, tum quod ab antiquorum librorum auxilio illis prorsus erat destitutus, ubi nec nomina propria insignita sunt ullo modo, neque constanter ι subscriptum reperitur, tum quod eadem corruptela ad interpretationem Basileensium Latinam pertinet. Huic deinde interpretationi debemus, quod Stephanus in simili causa scripsit v. 189. ἐπ' Ἠπειροῖο et v. 245. Κυμοθόη, Σπειώ τε, Θοὴ, (sic) Θαλίη τ' ἐρόεσσα. Nam signum illud, quod nominibus propriis superimponi ab Stephano solebat (v. *corp. poet. epic. T. II., p.* 489.), casu super Θοὴ esse omissum, interpunctio arguit satis. Praeterea indidem fluxit quod v. 1013. adnotavit ad marginem, Ἀμύμονά τε Κρατερόν τε. Temerarius enim est Goettlingii error, *lectionem alicuius codicis* a Stephano prolatam hic esse indicantis. V. *edit. Hes. p.* 85.

Denique de Oporiniani exemplaris usu erit dicendum. Ex quo quum haud pauca habere potuisset emendationis vulgaris exempla, sprevit certe continuam eius observationem. Convenit tamen inter utrosque tum de iis, quae supra annotavi ubi de Iuntina erat sermo, tum de aliis v. c. v. 179. ἔλλαβεν, 369. βροτόν, 403. ἠδὲ ἀνάσσει, 535. θνητοί τ' ἄνθρωποι,

691. *ἀστεροπῇ ποτέοντο*, omisso *εὖ*, 755. *ἐπιχθονίοισι*, 774. *ἀΐδεω*, 862. *ἀτμῇ*.

12. Atque horum quidem exemplorum, quum infima nitantur auctoritate, partim dubia est conditio; eadem autem est reliquorum, quae aut ingenio Stephani debentur aut codicum fortasse auxilio. Sed quum ingens superesset locorum copia, quae in exemplaribus omnibus aut pari aut diversa ratione erant depravata, paucis tantum Stephanus iisque leviore fere mendo inquinatis medelam adhibuit. Multa ex hoc genere ad metri restitutionem pertinent, nec imprudenter sunt ab eo instituta, veluti *v.* 43. *δώματα ἀθανάτων* dedit pro *δώματ' ἀθανάτων*, sequutus fortasse codicem, *v.* 79. *ἁπασέων* pro *ἁπασάων*, 84. *τοῦ δ' ἔπε' ἐκ* e codicibus (v. *ann. p.* XXXI.) pro *τοῦ δ' ἔπ' ἐκ*, 173. *γήθησεν δὲ* pro *γήθησε δὲ*, 202. *γεινομένῃ* pro *γινομένῃ*, 436. *in annot.* *τοῖς* pro *τοῖσι*, 532. *ἄρα ἁζόμενος* pro *ἄρ' ἁζόμενος*, 609. *τῷ δὲ ἀπ'* pro *τῷ δ' ἀπ'*, 636. *συννεχέως* pro *συνεχέως*, improbabiliter, v. Buttmann. *Gr. T. II.*, *p.* 355., 725. *δεκάτῃ ἐς τάρταρον ἵκοι* pro *δεκάτῃ δ' ἐς τ. ἵκοιτο*, 828. *πασέων* pro *πασσῶν* sive *πασσέων*, 883. *ἠδὲ ἀνάσσειν* pro *ἠδ' ἀνάσσειν*, 895. *πρώτην γὰρ κούρην*, omissa ante *γὰρ μὲν* particula, 941. et 947. *διώνυσον*. Quo vero iudicio v. 199.:

Κυπρογένειαν δ' ὅττι γένοιτο πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ

fuerit ab Stephano introductum, nisi hexametris versibus heptametrum admisceri posse putarit, non assequor.

Alia emendationis exempla spectant rationem grammaticam leviter attrectatam. Laudabiliter igitur reposuit *v.* 462. *ἔχῃ* pro *ἔχει*, praecedente *ἵνα* particula; *v.* 511. *αἰολόμητιν* pro *αἰολομῆτιν*, quod illustravimus supra; *v.* 557. *βωμῶν* pro *βομμῷ*, quo referatur *θυηέντων*, *v.* 598. *ἐπηρεφέας* pro *ἐπιρεφέας*, *v.* 616. *κατὰ δεσμὸς* pro *κατάδεσμός*, contra 903. *καταθνητοῖσι* pro *κατὰ θνητοῖσι*, 811. *μαρμάρεαί τε* pro *μαρμαρέαιτε*. Illud est ex praecepto grammaticorum. V. *Et. Gud. p.* 379., 53. et *cod. Havn. ap. Block. ann. ad Et. M. p.* 958. cll. *Herodian. περὶ μον. λέξ. p.* 4., 13. 4.

Graviora deinde sunt haec: *v.* 6. *ἵππου κρήνης* quod cum Aldo edidit Trincavellus, in unum vocabulum ab Stephano coactum et coniunctim editum est. Neutra quidem scripturae ratio veterum magistrorum praeceptis adversatur. V. Apoll. Dysc. *Synt.* 4., 1. *p.* 304. At non video, cur in tali causa ab omnium exemplarium auctoritate recedendum sit. Nisi forte Stephanus in hoc quoque nomine Latinos poetas sequutus est, quibus profecto eam non licuit aliter quam

Hippocrene appellare. Graeci quidem poetae quamquam una cogitatione eiusmodi vocabula complectuntur, haud raro tamen eorum positionem ex arbitrio permutant aut disterminant alio interposito, quod in hoc nomine factum est ab Callimacho *Lav. Pallad.* v. 71. 72.:

Ἵππω ἐπὶ κράνᾳ Ἑλικωνίδι καλὰ ῥεοίσᾳ
Λῶντο.

Illud accidit nomini urbis Δούλων πόλις apud Cratinum in *fragm. ap. Steph. Byz.* p. 309.:

εἶτα Σάκας ἀφικνῇ καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς,
ἔς τε Πόλιν δούλων, ἀνδρῶν νεοπλουτοπονήρων.

De quo loco egregia ibi exstat Apollonii grammatici observatio: μὴ δεῖν ταύτας τὰς παραθέσεις ἐναλλάσσειν δίχα ποιητικῆς ἀνάγκης. Librarii autem quamquam interdum similia nomina in unum coniunxerunt (v. Steph. Byz. p. 352. 381. 386. 391. 422. 527. *ed. Berk.*), παράθεσιν legitimam naturaque accentus plerumque flagitatam plurimis exemplis constanter servarunt. Vide Steph. B. *pag.* 163. 201. 207. 8. 231. 277. 352. 387. 422. (ἵππου κώμη.) 451. 490. 1. 4. 501. 513. 567. 625. *all.* Insignis deinde est Diodori locus *Bibl.* 20., 55.: Ἀγαθοκλῆς ἐστρατοπέδευσεν ἐπὶ τὴν Ἵππου καλουμένην ἄκραν, collato eodem *l.* 20., 57.: ἑξῆς δὲ τὴν ὀνομαζομένην Ἄκραν Ἵππου, τὴν ὁμώνυμον τῇ χειρωθείσῃ ὑπ' Ἀγαθοκλέους. Pausanias autem et ἵππου κρήνη et alia similis originis nomina nusquam nisi disiunctis utrimque partibus ullo pacto adhibuit. *Vid. l.* 2., 31., 9. 9., 31., 3. Fuit igitur haec nominum cogitandi species poetarum et scriptorum communis. Ceterum quum utrumque vocabulum in unam notionem necessario coeat, sine causa Vossius Arato verebatur, ne quis, si v. 216. scriptum esset:

εὐαλδέος ἵππου κρήνης,

equum intelligi putaret aut mammosum aut bene curatum.

Deinde v. 71. pro νισσομένων Aldino (Trinc. errore νυσσομ.) posuit νεισσομένων, ac v. 470. τοὺς αὐτῆς pro τοὺς αὐτῆς, quod Ald. et Trinc. dederunt; illud certe praeter necessitudinem ac citra disertam antiquorum παράδοσιν, v. *Et. M.* p. 606., 13. *sq.*, *Gud.* p. 410., 7. 8.; hoc vitiose admodum, uti docuit ad hunc versum Reizius. Videlicet tanta erat editorum sive diligentia sive eruditio, ut istud scribendi genus, licet omni carens auctoritate, ad novissimum tempus propagaretur.

Denique v. 563. pro corrupta Venetorum exemplarium scriptura μελίησι et μελίησι reposuit μελέοισι, nulla tamen addita annotatione, quae in re ad speciem levi, sed

natura satis gravi aegre desideratur. Quippe omnes quotquot collati sunt codices, aut in illa vitiositate requiescunt, aut ad summum *μελίοισι* exhibent, scholiastae quoque explicatione illustratum. Itaque si ingenio, ut videtur, parta est emendatio, feliciter ea et ingeniose est deprehensa. Duae autem inprimis fuerunt v. *μέλεος* notiones: dicebatur enim tum de eo, qui frustra est, tum de infelici. Sed illam notionem grammatici vindicant Homero, alteram τοῖς νεωτέροις. V. Schol. A. *ad Il.* κ, 480.: *οἱ νεώτεροι μέλεον τὸν ἀτυχῆ, ὁ δὲ Ὅμηρος ἀντὶ τοῦ ματαίως.* Cll. eod. *Il.* ψ, 795. Ambiguum tamen est praeceptum illud. Videlicet interdum οἱ νεώτεροι opponuntur Hesiodo. V. Schol. *Il.* ψ, 679., Strab. *XIII.*, *p.* 879. *B.* Contra multis locis Hesiodus eisdem annumeratur. V. Schol. A. et Victor. ad *Il.* φ, 281., Schol. A. *Il.* ω, 804. et Apollod. *Bibl.* 3., 5., 6. *p.* 270., Dionys. Thrac. *Grammat.* c. 14., *p.* 635., 2. At scholio illo *Il.* κ apposito grammaticus inprimis de tragicorum consuetudine cogitasse videtur. Hos enim in eadem causa appellat Schol. B. *Il.* π, 336., Victor. *Il.* ψ, 795. Quicquid eius rei sit, certum saltem est, emendationem Stephanianam ista doctrina neutiquam praepediri. Etenim quum omnes generis humani miseriae inde debeant repeti, quod quum infinitis illud et innumerabilibus obrutum sit malis, feliciter eis resistere non valet, ac nihilominus continuo discrimine cum istis frustra decertat; commode haec calamitas a poeta eo in loco poterat indigitari, ubi novum et insuperabile damnum, insontibus nesciisque paratum, erat narraturus. Inest igitur ethica vis, non modo infelicem hominum statum commiserantis poetae, verum etiam vana eorum conamina supine irridentis. Notandum autem inprimis illud est, quod idem *μέλεος* vocabuli usus solennis obtinuit in oraculis. V. Herodot. *l. VII.*, 140.:

ὦ μέλεοι, τί κάθησθε;

Quapropter apte Apollonius Rhodius illud tribuit Phinei *Argon.* 2., 341.:

ὦ μέλεοι, μὴ τλῆτε παρὲξ ἐμὰ θέσφατα βῆναι.

Deinde eandem ob causam idem sectabantur Sibyllinorum scriptores v. c. *l.* 14., *v.* 87. 214. 256. et *ap.* Nicol. *Damasc.* *p.* 64. *ed. Or.* Eodem denique pertinet Hesychii glossa: *ὦ μέλεοι. ὦ ἄνθρωποι. T. II.*, *p.* 1589.; unde simul creberrima dicti usurpatio clare perspicitur. Quae quidem res aliquantum facit ad corroborandam emendationis auctoritatem. Vetat enim vocabulorum collocatio ex lege epicorum, ne h. l. *μελέοισι* cum verbis *θνητοῖς ἀνθρώποις, οἳ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσιν*, arcte copuletur: quocirca plenam illud per se et ab-

solutam notionem exserat oportet. Quod statui non posset, nisi multo usu adeo iam fuisset tritum, ut de eius potestate omnibus res esset certa. Idem accidit multis vocabulis tum apud Hesiodum, tum in quibusdam carminum Homericorum partibus.

Supersunt emendationes aliquot, quas in annotationibus tantum proposuit Stephanus, bonae illae pleraeque et sententiae rationi accommodatae. Veluti *v.* 32. scribi iussit ὡς κλείοιμι, *v.* 576. ἀμφὶ δέ οἱ στεφάνους νεοθηλέος ἄνθεσι ποίης pro νεοθηλέας et νεοθηλέης, quod quum pulchre sit inventum ad Homeri exemplum *Il.* ξ, 347., non splendet tamen adeo, ut librorum auctoritatem prae illo contemnamus. Sed improspere res cessit *v.* 445., βουκόλια pro βουκολίας scribendum esse censenti. Βουκόλια quidem sunt armenta boum; at quid iam faciemus cum eo, quod reliquum est, ἀγέλας vocabulo? Nec felicior fuit *v.* 659. ἄψοῤῥον δ' reponendo, ne particula abundaret scilicet. Vetat enim vocabuli notio activa.

Ab his denique exemplis seiungendum est unum, quod ex codice sine dubio derivatum reposuit, *v.* 872. μὰψ αὖραι pro μαψαῦραι. Nempe prolatum nuper idem est ex aliquot libris scriptis. Ipsa autem poetae cogitatio manet eadem; enuntiandi forma paullo immutatur ad vulgarem sermonis modum. Sed illud inprimis advertendum est, quod Stephano si obsecundamus, collocatio verborum existit in epicorum sermone plane insolens et nova.

Haec igitur in Theogonia aut emendata ab Stephano sunt aut vario consilio instituta. Quae quamquam copiosam sibi postularunt disceptationem, et carminis dignitati admodum profuerunt, vix accedunt tamen ad summam viri famam. Sed immerito fecerit ac temere, qui laudes eius attrectare audeat icceirco, quod perficere non potuit, quae magno conatu fuerat bonoque consilio aggressus. Rem enim inchoatam, non perfectam esse, nemo illa aetate ipso pervidit plenius. Itaque quum denuo Hesiodum pertractaret postea Thesauri Linguae Graecae condendi causa, multa, quae prius deliquerat, deprehendit ipse atque egregia exprompsit documenta accuratioris tum diligentiae tum cogitationis huic carmini post editionem impertitae.

CAPVT IV.

LECTIVS. CRISPINVS. HENISCHIVS. ER. SCHMIDIVS. COMMELINVS.

Severe Stephani operam percensuimus; sed mitius et aequius fiet iudicium, ubi miseram eorum, qui proximis temporibus Theogoniam tractarunt, conditionem ab omni parte consideraverimus. Nam quum antiquiorum exemplarium typis exscriptorum copia per Germaniam Galliamque propemodum esset nulla, omnem emendationem isti ad recentium editionum, quarum datus erat usus, Basileensium aut Stephanianae fidem atque auctoritatem ita dirigebant, ut licet prorsus ignorarent, quam quaeque traxisset originem, tamen quicquid in iis exstabat lectionis, reverenter colerent, ac pro certo et firmo scripturae genere assumerent. Quod quidem malum ad quam aetatem et ad quos viros perreptarit usque, vix est credibile.

Itaque ut ad eorum temporum memoriam oratio redeat, quum Ios. Scaligeri et Casauboni studiis floreret res litteraria, Theogonia tunc exili diligentiae humillimorum quorundam ingeniorum erat relicta. Summa quaeque ingenia procul aberant ab Hesiodei carminis simplicitate. Itaque si quando inde peterent condimenta rerum, haud raro poenas dederunt communis negligentiae non immeritas. Magno exemplo est Iosephus Scaliger, qui perversam exemplarium scripturam *Theog.* 927. indignum in modum asserere studebat adversus Gyraldum. V. *annot. ad Manilium p.* 102. *ed. Argentor.*

Atque eorum quidem, qui ista aetate Theogoniam denuo ediderunt, triplex fere fuit genus. Primum, quod verbo significasse satis erit, sola textus Stephaniani repetitione continetur; qualem Lectius curavit a. 1606. in *Corpore poetarum Graecorum*, ne mendis quidem typographicis usquequaque exemptam. Alterum deinde vario quidem editorum studio excellit, sed illud tamen habet commune, quod exemplar Oporinianum pro fundamento recognitionis assumptum ab istis est. Peregerunt videlicet, quod Basileenses inchoaverant; sed diligentiam operae adhibuerunt et minus

curiosam, nec admodum nocivam. Curarunt autem tum vitia versus, tum singulorum vocabulorum menda, aut ingenio usi aut aliorum exemplarium ope. Quippe Crispinus et Er. Schmidius, qui prae ceteris hoc loco commemorandi sunt, Stephanianum exemplar sic usurparunt, ut si quid animum offenderet gravius, studiose illud ad emendationem advocarent. Contra Heniachius, qui bis Hesiodum edidit a. 1574. et 1580., Stephanum vix ullo loco consuluit, at scholiorum exemplar Basileense, quod Latine factum edidit, inprimis emendationi admovit.

2. Verum omnia ista exempla accuratius describere et singulatim percensere, praesertim quum a paucis postea fuerint usurpata, non esset operae pretium. Quapropter ad tertium genus pergam designandum, in quo fundamenta iacta sunt eius Theogoniae formae, quae per varias temporum vicissitudines ad nostram memoriam pervenit. Cernitur autem illud in exemplari Commelini a. 1591. parato, in quo primaria est Stephani auctoritas, secundaria deinceps Basileensium, Crispini, Henischii. Nam Commelinus vel quisquis hanc operam Commelino praestitit, quum ad reliquorum carminum emendationem binis libris mss. Palatinis adiutus esset, in Theogonia contra novitiorum tantum exemplarium paucorum habuit usum. Primariae quidem editiones Italae nusquam certo castigando carmini adhibitae sunt. Post impressionem demum aut nactus est, aut inspexit exemplum Farreanum. Tale enim oportet fuisse exemplar *Venetiis excusum*, ex quo *ἀδάμαντι* pro *ἀδάμαντον* restituendum esse praecepit editor *annot. ad v.* 188.

Igitur maximam partem Commelinus Stephani exemplar secutus est, quod quidem ipsum in impressione usurpatum fuisse, ex quorundam vitiorum communione clare intelligitur. Interdum vero si quid minus recte ab Stephano administratum aut perspexit aut videre sibi visus est, vario consilio errorem corrigere studuit. Itaque ex margine Stephani in carmen intulit: *v.* 48. *λήγουσί τ' ἀοιδῆς* pro *λήγουσαί τ' ἀοιδῆς*, *v.* 438. *χαίρων τε τοκεῦσιν* pro *χαίρων τε, τοκεῦσι δὲ*, *v.* 781. *ἀγγελίη* pro *ἀγγελίης*. Praeterea de Stephani sententia *v.* 742., quum *φέρει* et *κὲν* non conveniant, verissime dedit *φέροι*, at *v.* 659. quum *ἄφορρόν δ'* reponeret, eidem male obtemperavit erranti.

Deinde exemplis aliis ex Basileensium auctoritate adhibuit curationem: *v.* 107. *νυκτὸς καὶ δνοφερῆς* reponendo, *v.* 245. *σπειώ τε θοὴ* pro *σπειώ τε, θοή*; *v.* 447. *κἀκ* pro *καὶ ἐκ*, *v.* 533. *ὃν πρὶν ἔχεσκεν*, *v.* 675. *στιβαρῆς ἐν χερσίν*, *v.* 787. *δὲ ὑπὸ* pro *δ' ὑπὸ*, *v.* 889.

νηκονταχάρηνον pro πεντηκοντοκάρηνον, neque inscite v. 872. restituit μαψαῦραι. Leviora deinde sunt haec: v. 189. ἠπείροιο, v. 70. ποδῶν ὕπο pro ὑπό, v. 340. φῦσιν pro φύσιν. v. 364. ὠκεανῖναι pro ὠκεανίναι, insolitae diligentiae documenta. Pro ἀγήρως v. 277. primus, quantum scio, reposuit ἀγήρω. quod tamen non omni caret vitio. Nec laudandum est, quod v. 659. perficiendae emendationi Stephanianae scripsit ἀνορρόνδ' —. Denique negligentiae insignis testimonia sunt v. 432. οἷς τ' ἐθέλησι pro κ' —, v. 533. παύσθη pro παύθη, et omnium saccerrimum ἐρίζετο βουλαῖσιν pro βουλάς versu 534.

2. In editione minore Heinsiana, quae prodiit identidem a. 1612. et 1622., Theogonia paullo maiore et accuratiore studio castigata est. Sed quum illa non ad exemplar maius, sed ad Commelinianum nova prorsus opera esset facta, mirum in modum accidit, ut quae in maiore leguntur emendata, in hac maximam partem resideant squalore obsita. Sic denuo v. 188. adest ἀδάμαντον, v. 277. ἀγήρως, v. 312. πεντηκοντοκάρηνον, v. 364. ὠκεανῖναι, v. 885. εἶ, v. 982. γηρυονῆα. Contra eandem ob caussam alia in hac editione magis sunt emaculata, velut v. 199. ὅτι γένετο, v. 379. ἀστέροντ' Ἕσπερον, v. 432. οἷς κ' —, v. 533. παύθη, v. 534. βουλάς. Pauca deinde ex maiore editione in hanc translata sunt, v. 306. Τυφάονα, 430. τοῖς, 659. ἀνορρόνδ'.

Denique novo iudicio quae praeterea instituta sunt, partim ille coniectura, partim ex scholiorum copiis derivata esse apparet. Ex quo genere magnopere approbo, quod v. 45. ἐξ ἀρχῆς versui praecedenti annectendum esse vidit; deinde v. 48. λήγουσαι recepit, Scholiastae explicatione iam prius commotus. V. *ei. annot. in ed. mai. Theog. interpr. p.* 122. *b. p.* 129. *b.* — *V.* 307. δεινόν θ' ὑβριστήν ἄνεμον correxit addita post ὑβριστὴν particula copulativa; quae quidem scriptura melior certe erat antiqua. Sano indicio v. 500. pro ἔμεν' ἐξοπίσω scripsit ἔμεν, quod recentissimae aetatis doctrina dignum est. Pariter v. 636. revocavit συνεχέως et v. 628. metrum coegit, σὺν κείνοις νίκην pro κείνοισι restituendo. Contra alia aut vitiositatem prae se ferunt, ut v. 33. μένος pro γένος, v. 135. Θεῖαν pro Θείαν, v. 430. ἦ κ' ἐθέλησιν pro ὧν κ' ἐθέλησιν, aut magnam certe admittunt dubitationem, ut v. 131. ἡ δὲ καὶ pro ἠδὲ καί, quod est in omnibus exemplaribus Italis ac fortasse etiam apud Stephanum; dubia enim est res, perturbata sede spiritus. Dictum autem hoc est cum singulari

quadam vi. V. *Theogon.* v. 112. 3. 619. Deinde quae v. 126. et 132. continentur, una cogitationis specie comprehendi debent. — Minus etiam placet v. 445. βουκολίας τ', αἰγίλας τ' commate interposito distingui, quod primus invexit Heinsius, propagarunt alii. Simili modo quod v. 846. secundum Ioannem Diaconum fortasse *Allegor.* p. 597., 15. p. 583., 34. *cll. Triclin. ad Theogon.* v. 674. reposuit πρηστήρων τ', ἀνέμων τε, quamquam Gaisfordo placuit aliisque, tamen nullo pacto ferri potest. Praeterea v. 576. Stephani emendatio placuit νεοθηλέος.

Reliqua discrepantiae exempla quum in vitio tantum iaceant, merito intacta relinquimus. Unum tamen quum ad nostram prope memoriam fuerit perlatum, commemorari debet. Videlicet v. 911. ubi καλὸν δέ θ' ὑπ' ὀφρύσι ex fide reliquorum omnium ponendum erat, typothetae incuria θ' illud excidit, ita ut relictum sit δέ ὑπ'. Hoc deinde Pasoris ac Schrevelii studiis susceptum ac leviter refictum ad nos prope pervenit.

8. Horum enim virorum exemplaria pari modo ad fidem Heinsianae editionis minoris accurate instituta sunt. Utrumque autem quamquam leviter administratum est, hoc loco tamen praetermitti non potest propterea, quod nonnulla scripturae genera diu propagata originem inde traxerunt. Quod quidem neminem antehac advertit.

Atque Pasoris quidem diligentiae *Collegium* debemus *Hesiodeum*, bis repetitum *Amstelod.* et *Lugd. Batav.* a. 1632. et 1646., quod et carmina complectitur poetae aliquantum castigata, et vocabulorum recensum curiose ad rationem grammaticam institutum. Commorabatur quidem eius opera circa res leves, sed plerumque his non erat inutilis. Exemplo erit, quod Pasor v. 157. primus ἀνίεσκε pro ἀνίησκε reponendum esse vidit. Cfr. *Schol. Il.* β, 832. Similia sunt v. 238. Κητώ pro Κηθώ, 277. ἀγήρῳ pro ἀγήρως, 364. ὠκεανῖναι, 885. ἒυ pro εὖ. V. 846. recte omisit Heinsianum τ' et v. 240. de Stephani iudicio (v. Thes.) pro μεγήριτα posuit μεγήρατα. Reliqua deinde quamquam minus prospere gessit, doctrinae modulo ac librorum bonorum penuria praepeditus, raram tamen comprobant studiorum sedulitatem, feliciore sorte dignam. Huc pertinent, quod v. 379. τ' omisit post βορέην, v. 754. μίμνει τῆς αὐτῆς ὥρην ὁδοῦ, non cepit enim vulgatae rationem admodum simplicem, 832. ἀγαυροῦ pro ἀγαύρου, de grammaticorum quorundam praecepto, 848. περί τ' ἀμφὶ τὰ κύματα μακρὰ pro περί τ' ἀμφί τε κ. μ., denique v. 875. ἀᾶσι pro ἄησι. Aliquantum peiora, sed ex vetustis exem-

pluribus derivata sunt haec: v. 48. λήγουσί τ', 454. ἑστίην, 525. ἔδει, 652. δυσηλεγέος ὑπὸ δεσμοῦ, fefellit enim editorem Stephani iudicium *Ann. ad Hesiod. p. XXXII.*, 659. ἄψοῤῥον δ' et 728. πεφύκασι.

Schrevelius deinde, cuius exemplar saepenumero et apud Batavos et per alias gentes typis repetitum est, quamquam et ipse eandem Heinsii editionem typis mandavit exscribendam, tamen aliquot locis aut de Pasoris aliorumque sententia, aut de sua ipsius, ut videtur, coniectura medicinae aliquid adhibere ausus est. Atque in Elzeviriano quidem eius exemplari, quod prodiit a. 1657., antiquius enim videre non contigit, secundum Pasorem haec deprehendi bono malo consilio immutata: v. 157. ἀνίεσκε, 728. πεφύκασι, 832. ἀγαυροῦ, 846. πρηστήρων ἀνέμων; v. 660. ἠλύθαμεν pro ἠλύθομεν. Illud Pasor posuerat in *indice p.* 84. *ed.* 1646., quod hodie propemodum grammaticis nostris mirabiliter imposuit. Scilicet ad unum omnes ignorabant scripturae originem. Denique quod v. 925. edidit ἀγρεκύδοιμον pro ἐγρεκύδοιμον, indidem repeti debet. Nam Pasor qui ad diversa exemplaria indicem coegerat, ex Basileensi aliquo ἀγροκύδοιμον in eum receperat. Praeterea ex Heinsii exemplari maiore ductum est v. 277. ἄγηρω pro ἀγήρως. Schrevelio denique ipsi propria videntur esse: v. 305. ἀγήρατος pro ἀγήραος, quod citra praeceptum Moeridis *pag.* 3. diu hic permansit, v. 375. Κρίῳ δ' Εὐρυβίῃ, 793. ἀπολλείψας, 949. ἄγηρω.

Piget taedetque anxiam in hisce rebus posuisse diligentiam. Verum ad talia oportebat deverti, ut exemplarium nostrorum origo et ratio aperiretur. Scilicet Schrevelianum exemplar, paucis aliquot mutationibus condecoratum, a Graevio postea operis est traditum.

CAPVT VI.

R. WINTERTONVS.

Eximendus ex hac serie merito est Radulphus Wintertonus, doctus medicus, qui a. 1635. Theogoniam, magno labore magnaque diligentia recognitam, cum reliquis Hesiodi carminibus poetarum Graecorum minorum volumini inseruit. Hoc in libro universa carminis conditio ab omnium, de quibus exposuimus, exemplarium indole mirum in modum dissidet; nec ullum vidi, quod optima quaeque scribendi genera cum futilissimis omnique auctoritate destitutis pari fiducia exhibeat coniuncta.

Etenim quamquam Wintertonus in praefatione affirmat, Stephani exemplar ita se expressisse, ut paucis tantum relinqueret locis, si quando orthographiae aut metri integritati melius esset consulendum; multo tamen plura praeterea immutavit, partim de coniectura, partim exemplaribus aliis usus. Aderant autem Wintertono exemplaria Crispini, Henischii a. 1580. et Vitembergense a. 1612., quod Melanchthonis nomen prae se ferebat, sed et ipsum ex Basileensium fide pendet totum, denique etiam Trincavellinum. Sed hoc quum in universum non admodum accurate tractasset, annotationes conscribenti potius, quam carmen castiganti affuisse videtur. Contra permultae sive emendationes sive mutationes ex reliquis, quae appellavi, exemplaribus derivatae sunt, nec non ex interpretatione Latina, quae est apud Crispinum et Henischium, quaeque ex antiquissima Basileensium editione traxit originem. His autem copiis sic usus est Wintertonus, ut, quum Stephanianae scripturae primariam deferret auctoritatem, tamen saepenumero eam prae illis fastidiose sperneret, reliquis autem aequalem omnibus fidem adiungeret.

Sed quum minime sit e re nostra, omnem harum mutationum acervum in hos commentarios referri aut operose percenseri, ex singulis earum generibus egregia aliquot exempla

delibabimus, quae et universam editionis indolem abunde declarent, et dignitate reliquis in utramque partem antecellant. Ac primum quidem magnopere laudanda est insignis, quam adhibuit Wintertonus, circa accentus collocationem et omnem rem orthographicam diligentia atque accuratio. Exempla idonea sunt haec: v. 18. et 372. scripsit ἠῶ, 186. δολίχ', 60. κούρας, 267. ἁρπυίας, 405. δῆπειτα, per crasin pronuntiandum, 71. νισσομένων. Curiose autem per totum carmen praepositionum anastrophen instauravit.

Deinde multis versibus incommodo aut vitio metri laborantibus aut curationem adhibuit, aut saltem observatione licet frigida illa interdum et inepta opitulari studuit. Ad istam rem pertinet v. 93., ubi quum οἷα τοι esset apud Stephanum et Henischium, versum simul et sententiam feliciter instauravit scribendo τοίη Μουσάων. Adiuvit conatum interpres: *Talis Musarum ingens munus hominibus.* Consentiunt deinde Guietus, Lennepius *ad Coluth. p.* 51.; alii. — V. 306. edidit Τυφάονα, 336. φόρκυνος, 447. κὰκ sine iota subscripto, quam scripturam accurate tuetur pariter atque Hermannus *de em. rat. gr. p.* 36.; 787. δὲ ὑπό, 885. εὖ, 953. Οὐλύμπῳ. — V. 608. reposuit ἀρηρυῖαν, quod multis satis placuit postea, v. e. Reizio, Heynio *comment. de Theogonia ab Hesiodo condita*, inserta *Comment. Soc. Gotting. a.* 1779. *p.* 147., Wolfio, Buttmanno *Gr. gr. T. II.*, *p.* 82. At admonendum tamen est, quod ἀρηρυῖαν non minus quam ἀραρυῖαν, producta syllaba secunda, ab epicorum consuetudine alienum fuit. — Praeterea *annot. v.* 283. praeferebat Trincavellinum γένθ' ὁ δ' ἄορ. — *V.* 706. e Stephani coniectura, in Thesauro exprompta et a Scapula iam satis divulgata, edidit κόνιν θ' ἅμα ἐσφαράγιζον, quod indidem ad nos pervenit. Equidem emendationem non ab omni parte tutam esse, *lib. II.*, *v.* 3. fusius demonstrabo. — Contra *v.* 480. quum poneret:

Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ τραφέμεν τ' ἀτιταλλέμεναι τε,

quod praepositionem inseruit, verissime factum est; sed τ' copulam arbitrario saltem adiecit. Adoptavit eandem nuper Spitznerus *de vers. Hom. p.* 41. At vulgata librorum scriptura concursu multarum syllabarum brevium egregie defenditur. Diversum est eiusdem usus exemplum Hesiodeum *fragm.* 32., 2.:

ὃν Χείρων θρέψεν ἐνὶ Πηλίῳ ὑλήεντι,

ab Spitznero felicius saltem, quam a Goettlingio *ed. Hes. p.* 223., h. e. a Boeckhio, tractatum. Sed si legitima

versuo caesura minus videatur ad defensionem idonea, superest tertia emendandi ratio, quae magnam speciem veri prae se fert. Nempe is est orationis in fragmento Hesiodeo tenor, ut poetam illic longiorem de Iasone sermonem nexisse, veri minime sit dissimile. Legebatur igitur olim, ut arbitror, θρέψας pro θρέψεν. Scholiasta autem, cuius nihil intererat longam narrationem interposuisse commentariis, continebat se in eorum memoria, quae ad auctoris enarrationem pertinebant. Verum ne mutilus fieret sermo, participium permutavit cum verbo finito. Insuper non erit fortasse omittendum, quod creberrima fuit syllabarum εν et ας finalium permutatio. V. Bast. *ad Greg.* p. 143.

Diversa ratione succurrebat Wintertonus aliis exemplis, veluti *v.* 199., ubi quum reposuisset ὅτι γέντο, poetam Κυπρογένειαν consilio pro Κυπρογενῆ scripsisse affirmat. Nimirum Venerem ex spuma ac materia fluida prodeuntem callide Hesiodus fluitante numerorum decursu designarit. Deinde explicationem minus subtilem adhibuit *v.* 850., initio hexametri proceleusmaticum τρέσε δ' ἀΐδης locum habere ratus, atque *v.* 32., ubi ἵνα κλείοιμι non putavit metro adversari. Qua in re quod attinet ad usum ἵνα particulae trochaicum, tueri sententiam poterit grammaticorum quorundam doctrina. V. Schol. *ad Hephaestion.* p. 150. *Gaisf.* Dracon. p. 8. 9. Denique *v.* 961. quum emendata adesset Trincavelli scriptura, tamen ἢ δέ τέ οἱ, addita τε particula, maluit reponere.

Sed his finibus non continuit se Wintertonus, verum ipsam poetae sententiam aggressus, omnigenam simul eius emendationem et illustrationem audacter in se recepit.

Itaque quum fucata illa, quam modo significabam, Basileensium interpretatio valde eum advertisset, praeclarum se emendationis praesidium repperisse ratus, saepenumero ex eius fide carmen paene ad lubitum immutavit. Confirmata autem audacia eo est, quod Crispini et Henischii exemplaria plerumque cum ista consentiebant: scilicet indidem traxerunt colorem.

Hinc igitur ob causam reposuit *v.* 43. δώματά τ' ἀθανάτων, 45. ἔτικτον, quod hinc tandem nobis traditum est, 482. πρῶτον ἐς αὐτὴν λύκτον, ἔκρυψε δ' ἑ χερσὶ λαβοῦσα, quod ab Henischio fuerat conservatum, 547. ἦ κ' ἐπιμειδήσας, *dixitque subridens*, pro ἦκ' ἐπιμειδήσας. Fontem erroris praeterea aperire licet in Stephaniano exemplari, ubi primae singulorum versuum litterae intervallo exiguo disiunctae esse solent. Deinde secundum interpretis et Henischii auctoritatem

v. 582. propagavit *κνώδαλα, ὅσσ' ἤπειρος μὲν τρέφει ἠδὲ θάλασσα*, offensus nimirum quadam sermonis redundantia, quam in Stephaniana scriptura repperisse sibi videbatur. De eorundem fide *v.* 593. *ἀξύμφοροι, ἀλλὰ κόροιο* se recepisse tradit; sed ξ dedit de suo. Poenituit tamen postea mutatae scripturae Stephanianae. — Deinde iisdem *v.* 725. adhaesit scribendo *δεκάτη ἐς τάρταρον ἵκειν*. — *V.* 748. *ἀσσον ἰοῦσαι*, quod exstat in marg. Steph. et ab interprete expressum est, ea ratione praevalere putabat, quod quum Nox et Dies sese invicem compellasse dicantur, consentaneum sit, illas prope ad sese accessisse. At licet certissima sit res, nihil tamen cogit. Videlicet compellant se illae, *ἀμειβόμεναι μέγαν οὐδόν*. — *V.* 832. *ἀσχέτου* primus pro *ἀσχέτον* coniecit, ab interprete admonitus. Hinc hodieque in textu est. Quippe *μένος* non dicitur accommodate ad vocem. — *V.* 870. male eandem et Trincavelli secutus auctoritatem reposuit *ἀργέστεω, ζεφύρου τε*. — *V.* 892. posuit *τὼ γάρ οἱ ἐφρασάτην*, *Illi duo enim ei consuluerunt*. — Denique *v.* 981. Geryonem *κάλλιστον* esse voluit; qua de re diximus supra.

Ad diversum genus pertinent haec ex iisdem exemplaribus derivata, partim felici conatu, *v.* 446. *εἰροπόκων ὀΐων*, 430. *ἔν τ' ἀγορῇ*, quod Crispinus praebuit; partim aut falso aut ancipiti iudicio. Quo pertinent *v.* 145. *κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἐών*, 354. *ἱστίηη*, 544. *μοῖραν*, 880. *πιμπλᾶσαι*, Henischii inventum, quod a Passowio non debebat pro varia scriptura afferri *Lex. T. II.*, *p.* 471. Deinde *v.* 5. *τερμησσοῖο*, 6. *ὀλμειοῦ*, 9. *πολλῷ*, 227. *λοιμόν*, 258. *αὐτονόμη*, 420. *ὀπάζει*, 795. *νήποτμος*, 960. *θεῶν βουλῇσ' εἰδυῖαν*, quae iam illustrata a nobis sunt. Praeterea *v.* 393. edidit *ἀπορήσειν*, 746. *πρός τ'*, 925. *ἀγροκύδοιμον*. Sed correxit errorem annotationibus.

Altera deinde emendationis pars cernitur iis in locis, quos suopte ingenio confisus emendavit Wintertonus aut tentavit; quorum partim in annotationibus exposuit caussas, partim nullam fecit mentionem. Ac leviora ex hoc genere sunt haec: *v.* 138. *ἔχθηρε*, 157. *ἀποκρύπτεσκε*, 277. *ἀγήρῳ*, 327. *κεδνή*, 754. *τὴν αὐτῆς*, 890. *ἑὴν ἐγκάτθετο νηδύν*, ex *vv.* 487. et 899. petitum aequalitatis caussa, pariter ac *φιλομμηδής* *v.* 989. Magis reconditum explicatum habent *v.* 153. *ἄπληστος* pro *ἄπλατος*, 307. *δεινόν θ' ὑβριστήν τ' ἄνεμον*, 312. *πεντηκοντακάρηνον*, 340. *ἀχελώϊον τ' ἀργυροδίνην*, 398. *σὺν σφοῖσιν παίδεσσι*, verissime inventum, 548. *Ζεῦ κύδιστε*. — *V.* 574. in textu edidit *ἀργυρέη* pro *ἀργυφέῃ*, in

annotat. autem ἀργυφέη praetulit ex Trincavelli et Et. M. auctoritate. Simili modo v. 875. quum ἀεῖσι de coniectura pro ἄησι edidisset, post ἄεισι ex Et. M. productum comprobavit.

Ad altius critices genus pertinet illud, quod versum istum μιχθεὶς καλλιρόῃ — ad Melanchthonis, uti refert, exemplum, quod videre non potui, genuino loco restituit. Contra temere permutavit genuinam vv. 928. 9. sedem. Quippe insolentiorem vocabulorum collocationem oculis tantum, non mente comprehendit. Qua tamen nihil est ad poetae consilium omnemque sentiendi cogitandique rationem aptius. Videlicet suo iure Hesiodus id sibi assumpsit, quod nec sermonis integritatem laedit, et huius poeseos naturae est accommodatissimum. Cf. *Il.* λ, 150 — 153. ω, 71. 2., *Od.* ι, 25 — 27., *Theogon.* v. 582 — 584.

Itaque si omnis haec Wintertoni opera sub unam considerationem revocatur, cum magno numero eorum, quae nec circumspecte satis et prudenter, nec erudite administravit, bona tamen item comparet copia earum rerum, quae accurato studio pertractatae et sano iudicio animadversae sunt. Deinde quod in levioribus maximam partem rebus eius diligentiam occupatam esse vidimus, non contemnamus probum ac tenacem propositi virum, cuius ingenium, simplex illud et rectum, ad accuratam istorum temporum doctrinam praeclare erat institutum, sed miseremur potius iniustam fortunae iniquitatem. Certe iustam movet indignationem, quod Graevius, qui licet faciliore et uberiore gauderet ingenio, et in ipso flore litterarum antiquarum vitam degeret, tamen nec studium nec diligentiam Wintertoni in Hesiodeo saltem labore ullo modo aequavit, superciliosam illius censuram agere ausus est. *Wintertoni animadversiones*, ait, *non sunt magnae rei. Ex canonibus recentiuin Grammaticorum de accentibus fere omnes conflatae sunt.* V. eius *epistol. ad N. Heinsium* scriptam, quae exstat in *Epist. sylloge Burmanniana Vol. IV.*, p. 69. Nimirum magnificentius loquutus est apud amicum, qui hos libros non multum curabat. Interim tanti certe fuerunt Wintertoni emendationes, ut nonnullas Graevius postea non indignas censeret, quas suo ipsius nomini adscriberet.

CAPVT VII.

BARLAEVS. GRAEVIVS.

Luculentus ille Barlaei in Theogoniam commentarius, qui Schreveliano Hesiodo ab Haackio a. 1658. adiunctus est, luculenti nihil continet, nisi luculenta profusae diligentiae documenta. Consarcinatus is est ad omnigenam verborum sententiarumque interpretationem. Rem criticam obiter tantum attigit Barlaeus. Etenim quum multis recentiorum editorum exemplaribus uteretur, tum eorum, qui Basileensia sequuti erant, tum Heinsii, Pasoris, Wintertoni, ubi gravior exstabat eorum discrepantia, plerumque studiose eam notavit. Accedit, quod scholiorum farraginem Heinsianam aliosque grammaticorum libros non incuriose multis locis ita adhibuit, ut diversam inde aut scribendi aut explicandi rationem expromeret. Quibus rebus quamquam plerumque non interposuit iudicium suum, tantum tamen effecit, ut proximis editoribus ampliorem pararet criticae factitandae copiam. Suo denique arbitrio vix quicquam ausus est instituere novi; nisi quod *v.* 877. primus pro *κείνοισι* genus femininum restituendum esse vidit.

Diligentiam accuratiorem sibi postulat Graeviana editio, tum propter locupletem viri famam, tum quod reliquorum exemplarium insequentium fuit fundamentum. Graevio autem accidit idem Theogoniam edenti, quod plerisque accidit, qui eodem negotio omnia poetae carmina tractanda sibi sumpserunt. Etenim quum locupletiora ipsi ad *Opera et Dies*, quam ad reliqua carmina castiganda adessent emendationis adiumenta, nec Theogonia tamen prorsus negligi posset, quippe quae magis iam erectiorum hominum animos in se converteret: ut quodammodo laborem molestum exantlasse videretur, ipsam carminis emendationem levissime peregit multorumque desideria doctrinae variae condimentis explere studuit. Atque quum primum Graevius hanc operam ad editionem pararet (a. 1667.), praeter Stephanianum aliaque exemplaria novitia nullum praesto erat emendationis adiumentum. Neque etiam

Wintertonianae curae eo tempore usum habuisse videtur. Saltem in litteris istis, quas modo commemorabam, ad N. Heinsium initio a. 1668. datis, *nuper* se accepisse illam professus est. In hac igitur antiquorum exemplarium Italorum penuria, quum Schrevelianae editionis exemplum mandaturus esset typis, primum accurate circumspectabat, si quid in aliorum opera paratum aut inchoatum esset emendationis. Quam ad rem inprimis Graevio Commelinus utilis fuit ac Barlaeus, quem tamen ne appellavit quidem usquam.

His igitur locis plerumque facili negotio elegit, quod verum est. Sic *v.* 188. ἀδάμαντι, 238. Κητώ, 375. Κρίῳ δ' Εὐρυβίῃ, 430. ὃν κ' ἐθέλῃσιν, quod verissime ab Commelini Heinsiique audacia vindicavit. *V.* 484. operose αἰγαίῳ ἐν ὄρει restituendum esse docuit pro ἀργαίῳ, quod a Stephano forte e Basileensi editione susceptum, deinde a Commelino et reliquis propagatum fuerat. At res paucis, sed sic, ut esset satis, a Barlaeo iam erat commonstrata. *V.* 742. de Stephani (Thes.) maximam partem iudicio dedit πρὸ θύελλα θυέλλῃ ἀργαλέῃ, commemorato illo a Barlaeo. Pariter *v.* 326. φῖκ', 781. ἀγγελίης, 830. ὄπ' ἱεῖσαι, 832. μένος ἀσχέτου, 872. μαψαῦραι, 875. ἄεισι, 885. τοῖσιν ἐῢ, 925. ἐγρεκύδοιμον omnia in Barlaei commentariis parata erant; res autem plerumque non erat magni iudicii. Deinde *v.* 227. haud inscite λιμόν reposuit pro λοιμόν, sed quod Commelinum erroris arguit, non fecisset, nisi, Barlaei narratione inde derivata deceptus, illius verba perperam intellexisset. Neque commemorassem rem levissimam, nisi Heyniana emendatio Λοιμόν τε Λιμόν τε indidem traxisset originem.

Ex aliorum deinde exemplarium textu pauca exempla suo, at non aequali delectu delibavit; veluti probum est, quod *v.* 982. γηρυονέα reduxit ex Stephano Heinsioque; contra pessime *v.* 754. Pasorem sequutus expressit τῆς αὐτῆς, et 199. γένετο de Basileensium auctoritate.

Quum vero Graevius iudicandi partes inprimis in se recepisset eis scilicet in locis, ubi ad iudicium res iam erant praeparatae, idem praestitit quibusdam Scholiorum exemplis, si quando insigniorem scripturae varietatem exhibent. Sed uti fieri solet, ubi primum animus rerum novitate percellitur, Graevius bona harum lectionum specie adeo captus est, ut vulgarem codicum auctoritatem continuo spernendam esse pronuntiaret. Quam in rem argumentis usus est plerumque eiusmodi, quae rem nullo modo possint perficere: sunt enim ex locis quibusdam communibus solummodo deprompta. Sic *v.* 28. praetulit γηρύσασθαι, *v.* 91. ἂν' ἀγῶνα cupide nimis

defendit pro ἀνὰ ἄστυ. De his autem et aliis huiusmodi locis v. 83. ἱέρσην, v. 270. καλλιπάρηος, v. 245. Σπειώ τε, Θόη, quae in textum Graevius admisit, quum Wolfius maximam partem egregie disputavit, tum a nobis legitimo harum commentationum loco accurate disceptabitur. Quippe res est altioris indaginis.

Denique ad coniecturam, praesertim ad doctiorem aliquam, perpaucis locis perventum est. Sic vere v. 979. ὠκεανοῦ χρυσάορι posuit, quum ὠκεανοῖο, quod ex Italis exemplaribus omnibus exortum est, manifesto laederet versum. V. 890. sicut Wintertonus, restituit ἐγκάτθετο. Sed minus necessarium erat, quod v. 328. et 442. ex aliorum exemplorum similitudine κυδνή demutaret in κυδρή. Illam enim non esse nihili vocem, Hemsterhusio satis est illustratum. V. Ruhnk. *ep. crit. I.*, *p.* 83., Buttm. *Lexil. T. I.*, *p.* 206., Var. lect. *Apollon. Rhod.* 4., 1333., apud quem nisi recentiore mutatione aut errore (v. *Etym. Gud. p.* 22., 49.) illatum est, fuit olim procul dubio etiam in libris Homericis. — *V.* 927. de Cuperi sententia, fusius exposita *Observat. l. II.*, *c.* 1. *p.* 146. *sqq.*, pro ἐν φιλότητι μιγεῖσα antecedentium editorum lectione, ex Aldo et Trincavello derivata, οὐ φιλότητι μιγεῖσα scribendum fuisse docuit; sed non rescripsit tamen ipse. — *V.* 532. interpretum artificiosa explicatione offensus, pro ταῦτ' ἄρα ἀζόμενος reponi iubet ταῦτ' ἄρα φραζόμενος, *haec quidem moliens.* Coniecturam probatum ivit Schraderus *ad Musaeum p.* 297. Primum occurrit vocalis ante duplicem consonantem insolens correptio. At haec removetur scribendo ταῦτα φραζόμενος, quod protulit Vossius *ad hymn. Cer. p.* 28. Manet alterum, minime mutationem necessitate flagitari. Locus iuvandus est interpretatione. Ac primum quidem ταῦτ' ἄρα non licet cum Wolfio aliisque pro διὰ ταῦτα positum accipere. Haec enim non fuit epicorum, sed Atticorum consuetudo. V. Bast. *ad Greg. Cor. p.* 28. 29. Deinde si quis verba ταῦτ' ἄρα ἀζόμενος arcte inter se copulanda esse censeat, hac fere sententia: *Id summo studio curans, in id studiose intentus, ut fama filii magis magisque fieret illustris;* tum deest aliquid ad complendam sententiam, tum verbi notio citra omnem consuetudinis rationem deducta est. Superest tertium explicandi genus, nondum, quod sciam, loco adhibitum, quo quidem ταῦτα iungatur cum τίμα, ἀζόμενος deinde pariter atque illud ad ἀριδείκετον υἱόν pertineat. Sententia prodit facilis et commoda: *tantum Iupiter gnato habuit honorem, plurimi illum aestimans.* Verbo ταῦτα omnis quae praecedit narratio apte recolitur; qui qui-

dem non insolens est apud epicos vocabuli usus. V. *Il.* γ, 399. λ, 694. Videlicet tum in omni sermone quotidiano, tum in hac antiquissimorum poetarum consuetudine multae occurrunt orationis partes, quae nullo pacto ad severiorem rationem grammaticam redigi possunt. Talia eadem diligentia quam istius regulas observare et deprehensa revereri decet. Deinde v. *ἄζεσθαι* licet praeter usum vulgarem ad voluntatem in filium paternam revocatum sit, res tamen et notionis analogia defenditur, et exemplo Quinti Smyrnaei, quod ad hunc locum fortasse expressum est, *Paralip.* 1., 189. Priamus enim precatur Iovem, ut Penthesileam incolumem reducat ex proelio:

ἀζόμενος τεὸν υἷα, πελώριον, ὄβριμον Ἄρην,
αὐτήν θ', οὕνεκ' ἔοικεν ἐπουρανίῃσι θεῇσιν.

Duplicem denique hiatum in hac carminis conditione non tam ex certo quodam vocabulorum usu, quam ex sede versus defendendum esse putarim. Interim quum verborum *ἄζομαι* et *χάζομαι* manifesto propinquae sint origines, prior etiam pronuntiatione spiritus duriore levatus fuisse videtur. Quid multa? agnoscitur ab Ruhnkenio *ad h. Cer.* 76., nec non ab Hermanno *in ann. Franckii ad eund. loc.*, summis harum rerum arbitris. Ceterum cur reliquas, quibus hic locus obrutus est, difficultates hoc loco non attingam, post apparebit.

Interdum Graevius dubiis locis ex Apollodori auctoritate adhibuit emendationem. At in rebus incertis nimis praeceps dabatur ad assentandum. Veluti in eo, quod Nereidis nomen *Εὐνίκη*, quod est apud Apollod. *Bibl.* 1., 2. *p.* 13., praestabilius iudicat esse eo, in quo Hesiodei libri consentiunt, *Εὐνείκη* Theog. *v.* 247. Graeviano deinde iudicio subscripsit Toupius *append. ann. in Theocrit. p.* 35., cui Valckenarius assentiri videtur *ad Theocrit.* 20., 1. Atque *Εὐνίκη* quidem et Musae nomen traditur ab Tzetza *Comm. in Hes. Opp.* 1., *p.* 27., 10., ubi pariter variant codices, et Nymphae apud Theocritum *idyll.* 13., 45. 20., 1., ubi constans est haec scriptura. Cognatum deinde nomen *Εὐνικίδης* usurpatum ab Crinagora est *epigr. Anth. Palat. l.* 7., 380., 7. *p.* 417. *cll.* 7., 401., 5. *p.* 424. Contra *Εὐνείκη* hoc loco non librorum tantum omnium, verum etiam probatissimorum grammaticorum, qui scholia nostris pleniora usurparunt, nititur auctoritate. V. *Etym. M. p.* 393., 31. *sqq. p.* 276., 1. 2., Pseudo-Herodian. *Epimerism. p.* 227., 1. Adversus tantam auctoritatem nullum momentum haberent Mombritius *interpr. Theog.* et Burc. Pylades Brixianus *Deorum Genealog. l.* 3., *p.* 468. *ed. Bas.* 1564., etiamsi certum esset, quum *Εὐνείκη ῥοδόπηχυς* aequali modo reddidissent:

niveis Eunica lacertis,

Εὐνίκη in codicibus suis repperisse istos. Idem dicendum est de interprete Basileensi, qui vertit: *et Eunice roseis cubitis*. Accedit, quod *Εὐνείκη* et analogiam originis habet locupletem, et notionem exserit Nereidis nomini plane congruam. Aequali ratione explicari debet quod est apud Suidam *T. I.*, *p.* 897.: *εὐνείκα, Σαλαμινία.*

Deinde quum Protus nomen bis inter Nereidas recenseri videret, alterutro loco ex Apollodoro *Κραντώ* restituendum esse suasit. Ac persuasit Wolfio, qui *v.* 243. illud reponeret; nempe eo consilio, ut *v.* 248. Homeri Hesiodique communis esset. Incogitantiae igitur crimen, quod Wolfio hanc ob causam movit Gaisfordus, cadit in hunc ipsum. Ceterum Graevianam emendationem plane ab recensu Nereidum Hesiodeo abhorrere, demonstrabimus alibi.

CAPVT VIII.

FRANCISCVS GVIETVS.

Etsi Graevius ex propriis doctrinae copiis non multum impertivit Theogoniae, egregie tamen de illa meritus eo est, quod Franc. Guieti emendationes, a Bigotio ipsi commodatas, editioni suae adiunxit. Pessime quidem hoc nomen audit in re litteraria; neque enim Guieti in percensendis veterum scriptis *audacia*, *temeritas*, *vesania* acriter satis ab vanissime quoque castigari potuit. Nimirum homo erat importunus et ad refellendum respondendumve saepenumero difficillimus. Tulit tamen a magno Bentleio, a quo haud raro vapulabat, summae sagacitatis laudem. V. *annot. ad Terent. Heautont. Prol. v.* 3.

Insigni Guietus vigebat ingenii fervore animique agilitate; utrinque derivari debet, quicquid boni malive his in rebus peregerit. Erat magnae et variae doctrinae; at nec sibi constabat ea, nec accurata erat et absoluta. Acerrimo iudicio menda deprehendebat; promptus deinde erat ad inveniendum. At nec diligens erat in cogitando, neque in perpoliendis exornandisque inventis assiduus. Quapropter ubi incheanda erat rerum difficilium pervestigatio, valde utilis erat Guieti diligentia; non item, ubi ad perfectionem res vergebat.

Ultimus autem Guieti hic erat Hesiodeus labor, priusquam in fatalem morbum incidit. Neque eo consilio scriptae fuerunt annotationes, ut incomptae et imperfectae in vulgus emitterentur. Sed privatum in usum subitaria opera simul enatae ac perscriptae sunt. Itaque quum multa illae contineant leviter futiliterque conscripta, ne Guietus quidem omnia postmodo erat probaturus, nedum editioni destinaturus. Neque vero id agebat, ut Hesiodi verba ex antiquorum exemplarium fide ad maiorem veritatem atque elegantiam exigeret; nam circa has res fuit iuxta maxime imperitos, nec nisi recentium exemplarium usum habuisse videtur. Verum in id erat summo studio intentus, ut omnem verborum sententiarumque continuitatem ad auctoris sensum atque ingenium aperiret, illustraret, emendaret.

Atque quoniam omnes emendationis locos aut attigit aut studiose persequutus est, quantum in unoquoque perfecerit, singulis exemplis accurate dispiciamus. Primum metricae Guieti emendationes non consistunt circa apertissima versus vitia, qualia permulta ab aliis iam fuerant deleta, verum reconditam haud raro ostendunt doctrinam. Levius quidem in hoc genere illud est, quod *v*. 196. ἀφρο-γενῆ reponi iussit, eandemque medelam sine dubio *v*. 198. accommodarat. Verum et graviora et certiora sunt haec: *v*. 281. ἔκθορε χρυσάωρ pro ἐξέθορε χρυσάωρ, merito ab Hermanno probatum *ad Lithic. v*. 544. Hoc enim aliis rebus similibus ex vulgatis mythographorum libris, ubi in eadem narratione eadem adhibita constanter est forma (v. Heynium *ad Apollod. T. I.*, *p*. 141.), in textum recenti aetate illatum fuit. Accurate igitur perspexit Guietus, quod Wolfium et Göttlingium nuper fefellit, χρυσάωρ non posse ullo modo in binarum syllabarum mensuram cogi. Ut res apertior fiat exemplo gemino, quis non ridebit hodie Wintertonum, nomini Ποσειδάωνος *Theog*. 15. et in corrupta scriptura *Apoll. Rh. Arg*. 4., 1621. synizeseos machinas admoventem! — Congemina deinde sunt *v*. 979. ὠκεανοῦ χρυσάορι, quod etiam Graevio aliisque placuerat, et *v*. 283. γένθ', ὁ δ' ἄορ, quod ex Trincavelli libro prolatum supra commendavimus. — Magis etiam recondita sunt *v*. 909. Ἀγλαΐην τε καὶ Εὐφροσύνην et *v*. 64. πὰρ δ' αὐτῇς χάριτές τε καὶ ἵμερος, ubi τε additum a Guieto est. Verum illo loco satis erat posuisse Ἀγλαΐην καὶ Ἐϋφροσύνην. Cfr. *Odyss*. ζ, 156. ψ, 52. Quod genus ne in proprio quidem nomine offensionis quicquam habuit; secus ac Lennepius, ut videtur, arbitrabatur *ad Coluth. v*. 338. Sic *Il*. ζ, 8.:

υἱὸν Ἐϋσσώρου Ἀκάμαντ', ἠΰντε μέγαντε.

Alterum deinde quod citatione scriptorum confirmatur, coniunctum esse debuit saltem cum reliquis eiusdem conditionis exemplis, quae intacta tamen reliquit Guietus. V. Wolf. *ad v*. 373., Herm. *Orph. p*. 728., Gerhard. *Lect. Apoll. p*. 160. In eiusmodi rebus qui librariorum fidei se addicunt, plane incredibilem traditionis constantiam ac diligentiam statuant oportet. Rem inprimis illustrant ea exempla, ubi ad perpaucos tantum libros pertinuit depravatio. Velut *Theog*. 407. tum libri editi ac scripti, tum cod. *Etym. M*. Parisinus 2630., quem commemorat Bekkerus *ann. ad Et. M. p*. 949. *med*., constanter tenent:

ἤπιον ἀνθρώποισι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι.

Contra Havniensis *Et. M*. codex 1971., geminus ille Parisini, in eadem disputatione attulit:

ἤπιον ἀνθρώποις καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι.

V. Blochium ann. ad Et. M. p. 949. fin.

Atque hae quidem Guieti emendationes probari nunc solent; aliae contra merito minus placuerunt. Ex quibus unum afferam exemplum v. 706.:

κονίην τ' ἐσφαράγιζον.

Nam κονίη ab Homero nisi in ipso versus exitu nusquam pro bacchio usurpatur; quippe ruentis metri impetus syllabae debilitatem sustentat. V. Thiersch. Gr. gr. p. 257. Hesiodus deinde breviores vocabuli casus non admisit; sed recentiores poetae epici ad Nonnum usque ab Homeri usu non deflexerunt.

Grammatica deinde cura, quae circa vocabulorum formas et nexum orationis versatur, licet non pleno, accurato tamen studio multis locis adhibita est. Quamquam Guietus maximam partem felicior fuit in indagando, quam in sanando vitio. Commemoro v. 155., ubi quum particulam δὲ apodosi non convenire vidisset, delendam eam esse pronuntiavit. Verum fieri id vel propter hiatum plane intolerabilem non posset, etiamsi sana esset argumentatio. Quapropter aut alia ratione explicandus est locus, ut iustus orationis ordo licentia poetae interruptus esse dicatur, ex quo genere insignia apud hunc poetam exstare documenta satis constat; aut coniectura sustentandus, qualis prompta nobis adest et facilis:

Τόσσοι γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο —.

Haec enim eo tantum laborat incommodo, quod idem versus denuo legitur Theogon. 421., et ab hoc quoque poeta quaedam sermonis aequalitas studiose observata est; deinde quod idem dicendi genus aliis locis recurrit, v. c. v. 183.:

ὅσσαι γὰρ ῥαθάμιγγες ἀπέσσυθεν αἱματόεσσαι —.

Interim haec tamen res non multum, opinor, adversatur coniecturae veritati.

Contraria ratione Guietus nonnunquam intermissam vocabulorum inter se relatorum copulationem instauravit; nec infeliciter quidem ab omni parte. Certe v. 845. quod posuit:

βροντῆς τε στεροπῆς τε πυρός τ' ἀπὸ τοῖο πελώρου

pro vitiosa structura librorum:

βροντῆς τε στεροπῆς τε πυρὸς ἀπὸ τοῖο πελώρου,

licet vicaria sit medicina, non est tamen usquequaque contemnenda. Deinde v. 340. ubi ex libris antiquis edebatur:

Φᾶσίν τε Ῥῆσόν τ' Ἀχελώιον ἀργυροδίνην,

scite coniecit: Ἀχελῷόν τ' ἀργυροδίνην. Videlicet aliud exemplum similis copulae defectus, quod certum quidem sit,

v. 582. propagavit *κνώδαλα, ὅσσ᾽ ἤπειρος μὲν τρέφει ἠδὲ θάλασσα*, offensus nimirum quadam sermonis redundantia, quam in Stephaniana scriptura repperisse sibi videbatur. De eorundem fide *v.* 593. *ἀξύμφοροι, ἀλλὰ κόροιο* se recepisse tradit; sed ξ dedit de suo. Poenituit tamen postea mutatae scripturae Stephanianae. — Deinde iisdem *v.* 725. adhaesit scribendo *δεκάτῃ ἐς τάρταρον ἵκειν.* — *V.* 748. *ἀσσον ἰοῦσαι*, quod exstat in marg. Steph. et ab interprete expressum est, ea ratione praevalere putabat, quod quum Nox et Dies sese invicem compellasse dicantur, consentaneum sit, illas prope ad sese accessisse. At licet certissima sit res, nihil tamen cogit. Videlicet compellant se illae, *ἀμειβόμεναι μέγαν οὐδόν.* — *V.* 832. *ἀαγέτου* primus pro *ἀαγέτον* coniecit, ab interprete admonitus. Hinc hodieque in textu est. Quippe *μένος* non dicitur accommodate ad vocem. — *V.* 870. male eandem et Trincavelli secutus auctoritatem reposuit *ἀργέστεω, ζεφύρου τε.* — *V.* 892. posuit *τὼ γάρ οἱ ἐφρασάτην, Illi duo enim ei consuluerunt.* — Denique *v.* 981. Geryonem *κάλλιστον* esse voluit; qua de re diximus supra.

Ad diversum genus pertinent haec ex iisdem exemplaribus derivata, partim felici conatu, *v.* 446. *εἰροπόκων ὀΐων*, 430. *ἔν τ᾽ ἀγορῇ*, quod Crispinus praebuit; partim aut falso aut ancipiti iudicio. Quo pertinent *v.* 145. *κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἐών*, 354. *ἑστίην*, 544. *μοῖραν*, 880. *πιμπλᾶσαι*, Henischii inventum, quod a Passowio non debebat pro varia scriptura afferri *Lex. T. II.*, *p.* 471. Deinde *v.* 5. *τερμησσοῖο*, 6. *ὀλμειοῦ*, 9. *πολλῷ*, 227. *λοιμόν*, 258. *αὐτονόμη*, 420. *ὀπάζει*, 795. *νήποτμος*, 960. *θεῶν βουλῇσ᾽ εἰδυῖαν*, quae iam illustrata a nobis sunt. Praeterea *v.* 393. edidit *ἀπορήσειν*, 746. *πρός τ᾽*, 925. *ἀγροκύδοιμον.* Sed correxit errorem annotationibus.

Altera deinde emendationis pars cernitur iis in locis, quos suopte ingenio confisus emendavit Wintertonus aut tentavit; quorum partim in annotationibus exposuit causas, partim nullam fecit mentionem. Ac leviora ex hoc genere sunt haec: *v.* 138. *ἔχθηρε*, 157. *ἀποκρύπτεσκε*, 277. *ἀγήρῳ*, 327. *κεδνή*, 754. *τὴν αὐτῆς*, 890. *ἑὴν ἐγκάτθετο νηδύν*, ex *vv.* 487. et 899. petitum aequalitatis causa, pariter ac *φιλομμηδής* *v.* 989. Magis reconditum explicatum habent *v.* 153. *ἄπληστος* pro *ἄπλατος*, 307. *δεινόν θ᾽ ὑβριστήν τ᾽ ἄνεμον*, 312. *πεντηκοντακάρηνον*, 340. *ἀχελώϊόν τ᾽ ἀργυροδίνην*, 398. *σὺν σφοῖσιν παίδεσσι*, verissime inventum, 548. *Ζεῦ κύδιστε.* — *V.* 574. in textu edidit *ἀργυρέῃ* pro *ἀργυφέῃ*, in

annotat. autem ἀργυφέη praetulit ex Trincavelli et Et. M. auctoritate. Simili modo v. 875. quum ἀεῖσι de coniectura pro ἄησι edidisset, post ἄεισι ex Et. M. productum comprobavit.

Ad altius critices genus pertinet illud, quod versum istum μιχθεὶς καλλιρόῃ — ad Melanchthonis, uti refert, exemplum, quod videre non potui, genuino loco restituit. Contra temere permutavit genuinam vv. 928. 9. sedem. Quippe insolentiorem vocabulorum collocationem oculis tantum, non mente comprehendit. Quae tamen nihil est ad poetae consilium omnemque sentiendi cogitandique rationem aptius. Videlicet suo iure Hesiodus id sibi assumpsit, quod nec sermonis integritatem laedit, et huius poeseos naturae est accommodatissimum. Cf. *Il.* λ, 150 — 153. ω, 71. 2., *Od.* ι, 251 — 27., *Theogon.* v. 582 — 584.

Itaque si omnis haec Wintertoni opera sub unam considerationem revocatur, cum magno numero eorum, quae nec circumspecte satis et prudenter, nec erudite administravit, bona tamen item comparet copia earum rerum, quae accurato studio pertractatae et sano iudicio animadversae sunt. Deinde quod in levioribus maximam partem rebus eius diligentiam occupatam esse vidimus, non contemnamus probum ac tenacem propositi virum, cuius ingenium, simplex illud et rectum, ad accuratam istorum temporum doctrinam praeclare erat institutum, sed miseremur potius iniustam fortunae iniquitatem. Certe iustam movet indignationem, quod Graevius, qui licet faciliore et uberiore gauderet ingenio, et in ipso flore litterarum antiquarum vitam degeret, tamen nec studium nec diligentiam Wintertoni in Hesiodeo saltem labore ullo modo aequavit, superciliosam illius censuram agere ausus est. *Wintertoni animadversiones*, ait, *non sunt magnae rei. Ex canonibus recentium Grammaticorum de accentibus fere omnes conflatae sunt.* V. eius *epistol. ad N. Heinsium* scriptam, quae exstat in *Epist. sylloge Burmanniana Vol. IV.*, p. 69. Nimirum magnificentius loquutus est apud amicum, qui hos libros non multum curabat. Interim tanti certe fuerunt Wintertoni emendationes, ut nonnullas Graevius postea non indignas censeret, quas suo ipsius nomini ascriberet.

significantius. Par est autem huic dicendi generi illud, quod poetis epicis in describendo solis ortu et occasu solenne erat. Quod quidem inprimis perspicuum habet explicatum. Nam in ortu solis praevalet id temporis momentum, quo primum sol conspicitur; at in occasu spectaculum splendidissimum et quod maxime sese hominum animis ingerit, illud est, quod praebet sol ad interitum praecipitans. — Alia deinde exempla designare, quam persequi malo. V. *ad v.* 69. 524. 538. 741. 766. 823. 825. 656.

Pari conditione Guietus laborabat in instaurando sententiarum ordine; videlicet facile earum perversitatem persentiebat, emendationem infausto suscipiebat. Uno exemplo rem absolvam, luculentissimo illo et admodum impedito, *vers.* 602. *sqq.* Quorum hanc Guietus statuit esse sententiam: *Quicunque coniugium aspernatus vitam agit coelibem, ubi senectutem attingit, neque habet a quo curetur, sentit iam malum, quod coniunctum est cum illo bono, quod cernitur in vita solitaria. Nam dum vivit, victu quidem non caret; sed mortui opes ad haeredes disperguntur remotiores.* At falsissimam hanc esse interpretationem, cum alia evincunt, tum cogitandi quaedam vitiositas, quae quidem intolerabili dictionis perversitate etiam adaucta est. Ac verissime quidem Wolfius qualis huic loco commoda sententia sit, brevibus verbis designavit; verum ex carmine vulgato eam neque expedivit ipse, nec poterit inde accurate elici. Quicquid deinde a Mombritio, interprete Basileensi, aliisque (Heynius enim Basileensem rationem rettulit) tentatum est, et sententiae et epicorum loquendi mori repugnat manifesto. Verba enim χήτει γηροκόμοιο causam continent, non describunt conditionem. Hic quidem constans est epicorum usus. Itaque locum corruptum esse statuo. Libri autem scripti vix ferent auxilium; aequalis enim depravatio iam ad Stobaei codices pertinuit. Quocirca coniecturae dandus erit locus. Dupplex autem eius poterit institui ratio, altera litterarum, altera sententiae vestigiis insistens. Illam qui praeoptarint, fortasse pro χήτει postulabunt χητεῖ reponi. Mutatio certe est facillima, nec magni contra momenti videtur esse, quod χητέω ab nullo scriptore fuit adhibitum. Pervulgata enim sunt χατέω, χατίζω, proxima cum χῆτος, χητεύω affinitate copulata; deinde χητίζω olim consuetudine erat receptum. Utitur hoc verbo saltem Philoxenus *Etym. Gud. p.* 565., 9., *Orion. p.* 165., 19., *Etym. M. p.* 811., 45. Verbum denique χητέω ne exstare potuerit, nulla prohibet analogia. Sententia autem, quae ex hac emendatione prodit, quamvis non admodum explicata, tamen satis est rei accommodata. Deinde quae proxime

subsequuntur verba: ὁ δ' οὐ βίοτον — ex more poetae addita censeri debent ad absolvendam ab omni parte conditionis descriptionem. At hoc ipsum tamen non est omni difficultate vacuum. Primum reliquis in locis, ubi similis sententiae perfectio cernitur, profuso poeta usus est orationis genere nec in angustias coarctato. Deinde non pertinent verba ista ad omnes solitariae sortis homines, sed ad eos tantum, qui opibus valent ac re familiari; excludit igitur egenos ac pauperes, profecto illos in senio βίοτον ἐπιδευεῖς viventes. Quorum quum miserrima omnino sit conditio, necessario hoc loco debebat mentio iniici. Patet igitur altera emendationis via, minus tamen illa ad ingrediendum facilis. Videlicet post verba χήτει γηροκόμοιο nonnullorum versuum fecimus iacturam, quibus sortem senum coelibum infelicem poeta ampliore descriptione illustraverit.

2. Altera deinde Guietanae operae pars versabatur in indagatione interpolationum. De qua quum primus fere criticorum nostrorum cogitarit in hoc scriptore Guietus, eo accuratius a nobis disceptandum erit. Dupplex autem interpolationum genus ab Guieto in Theogonia notatum est: alterum eorum locorum, qui adversus universam carminis rationem ac normam pugnare videbantur; quod parcius perstrinxit, licet sit gravius; alterum, quod perversitate grammaticae constructionis, sententiae eiusdem repetitione, impedito narrationum decursu argui posse putabat; in quo indagando diligentiorem posuit curam. At haec opera non fuit ab eo per totum carmen aequali studio profligata, verum, uti ferebat animus, nunc remissius nunc severius praestita. Quod si Guietus ubique locorum accurate exprompsisset damnationis causas, et quos sub idem iudicium cadere oportebat versus, pariter insititios esse pronuntiasset cunctos, citius, opinor, viri docti in hoc criticos genere ad saniorem redissent rationem. Nam quibus superba ista ac praecisa criticos ratio placere non poterat, non omni in causa nec omni ex parte improbabilem eam esse facilius perspexissent. Contra qui eadem ista ratione capti, magno impetu hanc viam persequebantur, prius fortasse recessissent ab coniectandi levitate.

Dicam primum iis de locis, quos Guietus propter quandam dictionis affluentiam, coniunctam illam cum repetitione earundem cogitationum, similemve ob causam suspectos fecisse videtur. Hac enim in causa quum maxime lapsus Guietus est, tum mirifice imposuit iis, qui hanc curam deinceps in se receperunt. Quippe terso poetarum recentium et inprimis Latinorum sermone assuefactus ac falsa elegantiae

specie deceptus, simplicem et antiquum orationis cultum nequaquam potuit persentiscere Guietus. Rem primum tenebimus in exemplis certis. Ecquis enim erit, quin versus 642. 796. 97. 804. similesque temere ab illo proscriptos fuisse concedat! Ad horum exemplorum rationem informandus est animus, ut iudicium de exemplis minus ad nostrum sensum indubiis fiat sincerius. Itaque vindicabimus poetae *vers.* 408.:

μείλιχον ἐξ ἀρχῆς, ἀγανώτατον ἐντὸς Ὀλύμπου —,

ac facilius obtinebimus, vera nos supra de *v.* 465. integritate disputasse. Utramque autem versum damnavit Guietus.

Aliis deinde versibus non tam ob hanc rationem, quam quod aliqua sive sententiae sive sermonis vitiositate erant insignes, notam apposuit. At plerumque aut facilior adest medicina aut interpretatio verior. Exemplo est *v.* 32.:

αὐδὴν
θείην, ὥστε κλύοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

Quem damnavit procul dubio idcirco, quod probe perspexit, quam inepta esset eiusmodi sententia: *inspirarunt Musae canendi facultatem divinam, ut audirem quae futura sunt ac praeteriere.* Quae quidem sententia quam inepte et cogitando percepta et verbis expressa sit, cum aliis non intellexit Gesnerus *ad Lucian. T. VIII.*, *p.* 491. Altera autem scriptura Guieto fuit ignota. — Deinde *v.* 48. displicuit *λήγουσαί τ' ἀοιδῆς*, quod quum metro contrarium esse putaret, continuo eiecit versum. — *V.* 152. dubium est, utrum abundantiam sermonis non tulerit, an quae *Opp.* 147. et *Scut.* 76. de manibus dicta sunt, eadem censuerit ad caput non potuisse commode transferri. Utrumque nullius esset rei. — Immature deinde iudicio *v.* 532. et 534. damnavit, nec non *v.* 831. Scilicet non placuerunt versus, quos non intellexit. — Speciosius *v.* 731. apposuit notam; verba enim *πελώρης ἔσχατα γαίης* non possunt recte cum ullo verbo copulari. Nempe alieno loco positus est versus. — Contra summa licentia grassatus est Guietus in fabulam Stygiam. Nam *v.* 783. delevit, licet is ad universum narrationis ambitum maxime requiratur; *vv.* autem 786 — 793. eam ob causam, opinor, non tulit, quod latius poeta se in descriptionem Stygiae undae dedisset, nec plana omnino videretur verborum structura. — Praeterea *v.* 519. qua fuerit ratione proscriptus, non est apertum. Noluerim equidem levem aliquam comminiscere causam, de constructionis inconcinnitate aut de redundantia sermonis petitam. Sed quum *v.* 747. cum proximis Guietus pariter damnasset, obfuerunt illi fortasse quaedam fabulae angustiae, quibus locum circumsepsit scholiographus.

Ducit me huius loci memoria ad eam censurae Guietanae partem, quae quum non opinionibus nitatur infirmis vanisque, sed certis rationibus contineatur, accuratiorem sibi postulat cogitationem. Efficitur autem singulorum locorum sive repugnantiis sive inconvenientia. Quod quidem genus quum haud frequenter Guietum advertisset, tum nec accurate nec cogitate ab eo pertractatum est. Rem exemplis idoneis illustrabo.

V. 744. inde a verbis καὶ νυκτὸς ἐρεμνῆς οἰκία δεινά — ad *v.* usque 748. ἀστεμφέως supposita habuit. Scilicet statim poeta iisdem aedibus Noctem uti atque Diem tradit. Itaque Guietus quoniam paucos versus, quam multos tollere maluit venustate etiam conspicuos, ne versuum ligatura deficeret, Iapeti memoria in damnationis communionem adducta est. Praeposteram autem hoc in loco fuisse Guieti diligentiam, certissime efficitur vel eo, quod ὅθι non potest iis adiungi, quae *v.* 743. 4. continentur.

Impeditissimum illum de Iovis natalibus locum sic illustravit Guietus, ut versus 481. 2. 3. plane deleret, quippe qui post absolutam versu 480. narrationem prope ad eius principium deflectant orationem, nec leviter dissideant ab praecedentium versuum sententia. Sic profecto tota narratio ordine ac ratione procedit, quamquam *v.* 483. saltem potuerat servari. Ac praestat haec emendandi via ei, quam Heynius Wolfiusque praeoptarunt. Est enim tum verisimilitudini narrationis tum poetae ingenio multo accommodatior. Interim tamen revocandus erit fortasse hoc loco animus ab interpolationis suspicione. Nam qualem quidem nos accepimus poetam, in narrationum concinnitate ac perspicuitate non multum operae posuisse facile apparet. Itaque non uno loco factum est, ut quum primum rem omnem brevibus enuntiasset, eandem deinde enucleatius illustraret.

Gravissima denique exempla continentur eo, quod *vv.* 807 — 810. male esse repetitos censebat, deinde *vv.* 492 — 500. plane damnabat, denique totum prooemium ab auctore carminis profectum non esse iudicabat. Quorum primum cur factum sit, est in aperto positum, alterum satis obscurum, tertium denique adeo varium atque intricatum, ut in indagandis coniecturae rationibus magis verendum sit, ne plus tribuatur Guieto, quam ne quid eidem detrahatur laudis. Sed non multum ab vero recedere videor, si Guietum damnasse hanc carminis partem statuam, tum quod multis locis fuerit offensus, tum quod longam illam ac nimis cumulatam Musarum laudationem ab omni Theogoniae condendae consilio alienissimam esse censuerit.

CAPVT IX.

EXEMPLARIA CLERICI AC ROBINSONI.

Quanti Graevius hanc Guieti operam aestimaverit, egregie illud commonstrat, quod quum praefatione priori editioni scripta, si prius istam nactus fuisset, Hesiodum dixisset non uno in loco emaculatius fuisse proditurum, in altera tamen *Lectionum* editione, Clerici exemplaribus a. 1701. adiuncta, nullam omnino Theogoniae addidit animadversionem, quae confirmandis aut refutandis Guieti coniecturis fuisset apta. Neque magna praeterea liber per annos triginta et quod excurrit ceperat incrementa, licet Graevio interea Trincavellini exemplaris copia esset facta. Nam si quid accessit emendationis, id Wintertono fere, non Graevio tribuendum est. In hunc censum refero *v.* 574. *ἀργυφέη*, *v.* 989. *φιλομμηδής*, *v.* 748. *ἄσσον ἰοῦσαι*, cui ex Scholiastae notatione vano studio aliquid praesidii parabat. Una denique superest Graevii ipsius coniectura, nec illa tamen *magnae rei*, *v.* 971.: *Κρήτης ἐν πίονι δημῷ* pro *δήμῳ*, quam attulisse satis est.

Ipsum deinde Clerici exemplar non magnum nobis facesset negotium. Verba enim poetae ad Graevianae editionis fidem repetita sunt: hoc professus est Clericus, idem confirmavit Graevius *praefatione Lectionum*. Sed ab neutro de iis locis dictum quicquam est, quae hac in editione nihilominus a priore discrepant. Interea emendationes istae ex Wintertoni exemplari depromptae sunt universae. Hac igitur via denuo aliquot Basileensium coniecturae illegitimae, quarum tutelam Wintertonus susceperat inscius, in vulgarem carminis textum illatae sunt, v. c. *v.* 45. *ἔτικτον* pro *ἔτικτεν* et *v.* 454. *Ἑστίην* pro *Ἱστίην*. Deinde bonae aliquot scripturae Aldinae indidem postliminio redierunt, velut *v.* 71. *νισσομένων* pro Stephaniano *νεισσομένων*, *v.* 336. *φόρκυνος* pro *φόρκυος*. Praeterea Wintertono originem debent *v.* 240. *μεγήρατα* pro *μεγήριτα*, *v.* 312. *πεντηκοντακάρηνον* pro *πεντηκοντοκάρηνον*, *v.* 372. *ἠῶ* pro *ἠώ*, *v.* 398. *σφοῖσι παίδεσσι* pro *σφίσι*, *v.* 574. *ἀργυφέη* et *v.* 706. *θ' ἅμα*

ἰσφαράγιζον, quae quidem, licet variae originis, pleraque tamen summam laudem merentur.

Quod reliquum est discrepantiae, vix consilio, sed errore potius in librum illatum est. Neminem profecto in hoc genere fallit, quod *v.* 379. positum est *βορέαν τ' αἰψηροκέλευθον*. Nam ne quis hoc ex ed. Iunt. aut Stephaniano margine ductum esse credat, Gaisfordi annotatione deceptus, neutro loco *βορέαν τε λαιψηροκέλευθον* a me repertum esse assevero. Gravius deinde ac magis ambiguum exemplum exstat *v.* 866.:

ὑπ' Ἡφαίστου παλάμῃσιν,

quod in hac primum editione scriptum exstat; antiquiores enim cunctae tenent *ὑφ' Ἡφαίστου* *). Videlicet si non casu introductum huc est, auctor mutationis non ferebat in hac syllabarum continuitate litterarum aspiratarum repetitionem. Atque tam misera dehinc fuit Theogoniae sors, ut et editores plerique idem retinerent, de indaganda scripturae origine admodum incuriosi, neque grammatici doctissimi de veritate rei ullam expromerent dubitationem. V. Buttmann. *Gr. T. I.*, *p.* 77., *II.*, *p.* 385., Matthiae *Gr. T. I.*, *p.* 94. Sed nunc de vera librorum auctoritate admonitus, vix spero quisquam eam aspernabitur, nisi forte Moserus, qui apud Nonnum *Dionys. XI.*, 152. *νόαβι φόβου* probarit, cacophoniae scilicet evitandae gratia. Nam quod Apollonius Dyscol. *de adv. p.* 562. produxit exemplum:

ἐπ' Ἡφαίστοιο θύρῃσιν,

neque constat, quo ex auctore derivatum sit, nec ullam in Hesiodum habere potest auctoritatis vim. Quippe ista pronuntiationis lenitas Doriensium atque Ionum multis in exemplis fuerat communis. V. Apollon. Dyscol. *Synt. l.* 4., 10. *p.* 329., *de pronom. p.* 3. *A.* Denique ad corroborandam librorum fidem Hesiodeorum sufficiunt exempla congemina poetarum sequacium, Callimachi *h. in Del.* 144.:

ὑφ' Ἡφαίστοιο πυράγρῃς,

Quinti Smyrn. *Paralip.* 3., 729.:

ῥιπῇ ὑφ' Ἡφαίστοιο δεδμημένος.

Est igitur nullius momenti, quod alii, Homeri exemplum sequuti, illorum vocabulorum concursum prorsus evitarunt. At Homerus certe nec in aliis vocabulis eundem fugit sonum, v. Hesych. *T. I.*, *p.* 292. 309., et plane geminum admisit in hoc, v. c. *Il. φ,* 342. 381.:

---

*) *„ὑπ' Ἡφαίστου, quod est vitium typographicum in editione Graevii.“* Goettlingius *pag.* 75. Dupplex est error; Graeviana enim editio habet *ὑφ' Ἡφαίστου* (sic); Clericus deinde *ὑπ' Ἡφαίστου*, non *ὑπ' Ἡφαίστου*.

Ὣς ἔφαθ'· Ἥφαιστος δὲ τιτύσκετο —,
Odyss. θ, 293.:
οὐ γὰρ ἔθ' Ἥφαιστος μεταδήμιος.

Talia deinde creberrima recentiorum poetarum quorundam repetitione protrita sunt. V. Leonid. Tarentin. *Anth. Palat. IX.*, 179., 3. *p.* 61., *XIV.*, 34., 3., *VI.*, 117., 2. *p.* 225. Ceterum eandem soni duritiem Atticorum aures tulerunt in v. ἑφυφή, ἑφυφαίνω et fortasse in forma ὑφήφανται seu potius ὑφύφανται, quam quo iure Goettling. *ad Theodos. Gramm. p.* 214. vetustioribus Byzantinis dixerit inauditam, viderit ipse. V. Zenodotus, Byzant. gramm., in *Etym. M. p.* 785., 46. *sqq.*, Phrynich. *Bekk. Anecdot. p.* 20., 3., Herodian. περὶ μον. λέξεως *p.* 44., 25., Lascar. *Gramm. l.* 3., *Δ. VIII. f. vers. ed. Ald.*, Phavorin. *Eclog. p.* 435. *sq.*, Eustath. *p.* 1436., 52.

Sed ut redeam ad exemplar Clerici percensendum, adeo levem editioni auctor destinavit operam, ut quae in Wintertoni atque Graevii annotationibus parata erat emendationis copia, licet variae auctoritatis, nec ab omni parte commendabilis, tamen ne vitiis quidem manifestis adhibita sit castigandis. Veluti hoc quoque in libro remansit cum aliis rebus *v.* 927. ἐν φιλότητι μιγεῖσα. Tanta scilicet erat exemplarium praecedentium reverentia.

In annotationibus denique, quarum magna et varia adiuncta editioni est silva, quum raro Clericus agat criticum, interdum tamen aperta sententiae obscuritate vel altiore aliqua mythologiae ratione aut ad coniecturam aut ad doctiorem aliquam de istis rebus observationem expromendam provocatus est. Sic *v.* 927. οὐ φιλότητι μιγεῖσα, 493. ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν, 189. ἀπ' ἠπείροιο, Guieti inventum, ex sententiae ratione confirmare studuit. Deinde *v.* 293. ὄρθρον, 326. σφίγγ' et 477. Λύττον originibus nominum, quas fingebat, Phoeniciis aptius convenire ratus est. Sed parcius coniecturae dedit locum ac laudabili profecto instituto; videlicet nihil valebat in hoc genere. Ac profecto nemo probatum ivit, quod *v.* 823. posuit οὐ μὲν χεῖρες ἔασιν, aut *v.* 272. χαμαὶ ἑρπόμενοί τ' ἄνθρωποι, nec multorum praeter Heynium tulerit assensum, quod *v.* 1013. Ἄγριον mutabat in Ἀδριον. Nimirum propinquum sane Latinis erat mare Adriaticum!

Contra Guietum, cuius aliquando culpabat *morositatem*, raro disputavit Clericus nec admodum graviter, v. c. *v.* 224. 482. Sed ne hic quidem homo istam interpolationum doctrinam prorsus potuit aversari. Namque primus nostris temporibus *vv.* 979—983. contra auctoris fidem ac verba ipsa additos fuisse intellexit; deinde secundam de Parcis narratio-

iem priori absimilem proscripsit, Galeum fortasse secutus. Qui prius eandem observarunt discrepantiam, Gyraldus *hist. Deor. synt. VI.*, *p.* 207. *D. E.*, Natalis Comes *Myth. l.* 3., 6. *p.* 206. *sq.*, aliique nihil de ea iudicii interposuerunt. Sed intra hos fines Clerici assensus sese non continuit, verum multo etiam plures damnavit versus, quorum tamen desideramus accuratam designationem. V. *ei. ann. v.* 904.

2. Robinsonus deinde, qui Hesiodum edidit Oxonii a. 1737., quamquam in Theogonia pariter atque in reliquis carminibus recensendis librorum manu scriptorum praesto erant copiae, generatim tamen Graevianum exemplar sequi maluit, quemadmodum illud ab Clerico fuerat refictum, ac pauois aliquot locis, uti ferebat animus ac studium, debilem admovit emendationem. Trium autem codicum Robinsonus in Theogoniae recensione habuit usum: duorum Oxoniensium Bibliothecae Bodleianae, unius Londinensis Societatis Regiae. Illorum tamen alter numero 202. consignatus, quum carmen exhiberet dimidia parte spoliatum, nec ab altero multum dissentiret, non admodum diligenter ab Robinsono pertractatus esse videtur. Memorat eum *var. lect. p.* 484. *ad v.* 307. Diligentius deinde excussit alterum n. 109., integrum illum et plenum. Sed praeter hos libros, quorum in praefatione dedit recensum, quarti denique aut usum habuit aut quasdam certe lectiones accepit. Nam in ipso carminis principio *v.* 9. tradidit ex Mss. *Gresh. et Bodl.* se pro πολλῇ reposuisse πολλῷ.

His igitur libris Robinsonus sic fuit usus, ut vulgarem carminis speciem, qualis est in Clerici exemplari, — nam vetusta exemplaria Itala nec usquam commemoravit, nec usurpando cognovisse videtur; qua in re gravis error est Gaisfordi *ad v.* 9. — impeditis aliquot locis, praesertim iis, de quorum veritate ab Wintertono, Guieto, Clerico, aliisque iam fuerat dubitatum, ad codicum auctoritatem accurate exigeret. Reponam continuo gravissima ex hoc genere mutationum exempla.

V. 9. ἀέρι πολλῷ pro πολλῇ edidit ex codd. Bodl. et Gresh., Wintertoni exemplo obsequutus. Quippe sic de genere ἀήρ vocabuli tunc iudicabant. V. Wolfium *p.* 62. — *V.* 32. postulante sententia pro κλύοιμι ex codd. reposuit κλείοιμι, deinde pro ὥστε aut ἵνα ad versum perficiendum suscepit Stephani coniecturam ὡς. Nam quod Wolfius illud quoque tradidit de codd. auctoritate repositum esse *pag.* 66., errore nititur manifesto. V. Robinsoni *not. p.* 349. et *var. lect. p.* 484. — *V.* 293. Clerici admonitione perductus, ὄρθρον ex cod. Bodl. recepit pro ὄρθον, eandemque reli-

quis deinceps locis admovit scripturam. Videlicet tantam tribuit Apollodori libris auctoritatem, quem appellavit Clericus. — *V.* 374. pro ὑπευνηθεῖσ' ex codd. edidit ὑποδμηθεῖσ'. V. *ann.* *p.* 375. Nempe illud tum in lexica nondum erat relatum, alterum autem aliorum locorum similitudo commendabat. Rem pertractabimus lib. II., cap. ultimo. In eodem autem vocabulo graviter lapsus est Robinsonus *v.* 453. Nam quum Ῥείη δ' αὖ δμηθεῖσα sine ulla offensione legeretur, infelici ausu, sed libri alicuius auctoritate sine dubio permotus, versui intulit Ῥεία δ' ὑποδμηθεῖσα. — *V.* 493. pro ἐπιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ Clerico obsequutus et adiutus Londinensis codicis auctoritate, ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν reposuit. Scilicet verebatur, ne magnus Iupiter nimis brevi temporis spatio ad magnitudinem patri terribilem adolevisse videretur. At meminisse oportebat, aequalem utriusque numeri in hac dicendi formula fuisse potestatem. V. *Scut.* *v.* 87.:

τάχα δ' ἄμμες ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν
γεινόμεθ' —,

ubi quod Trincavellus edidit ἐπιπλομένῳ ἐνιαυτῷ, aut errori debetur (v. Koen. *ad Greg. Cor. p.* 266.) aut perverso grammaticorum iudicio, quo simillimos locos pariter infestarunt. V. Hes. *Theogon. v.* 184. et *Etym. Gudian. p.* 206., 43. *sqq.* Secundus testis, nequaquam ille spernendus, est Hegesinus, auctor Atthidis, quem commemoravit Pausanias 9., 29., 1.:

Ἄσκρῃ δ' αὖ παρέλεκτο Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
ἣ δή οἱ τέκε παῖδα περιπλομένων ἐνιαυτῶν
Οἴοκλον.

Hunc poetam Vossius *de poet. gr. cap. ult. p.* 90. *ed.* 1654. male cum Hegesianacte confudit. Illius carmina Pausaniae temporibus iam erant deperdita.

Nulla autem ex re magis intelligitur quam leviter critica ab Robinsono factitata sit, quam ex iis, quae circa *vv.* 532. 533. disputavit. Etenim quum in codice Londinensi pro duobus versibus unum repperisset hunc:

ταῦτ' ἄρ' ἁζόμενος παύσθη χόλον, ὃν πρὶν ἐπεῖχεν,

Guieti notatione commonefactus, sinceram vulgatae scripturae emendationem nactus esse sibi videbatur. At male certe narrat Wolfius *p.* 111., illum edidisse:

ταῦτ' ἄρ' ἁζόμενος παύσθη χόλον ὃν πρὶν ἔχεσκεν.

Nec maiore fide dignus hic est Goettlingius, qui Robinsonum *male ex uno codice* edidisse tradat:

ταῦτ' ἄρα ἁζόμενος παύσθη χόλον ὃν πρὶν ἐπεῖχεν.

Anglus enim quum non omnia probaret in scriptura codicis, versum exhibuit de coniectura simul et de librorum auctoritate reformatum in hunc modum:

τοῦτον ἄρ' ἀζόμενος παύσθη χόλου ὃν πρὶν ἔχεσκεν.

Denique *v.* 748. ἄσσον ἰοῦσαι in textum recepit, Wintertoniano illo argumento usus. Sed quod consentiente libro Bodl. scripturam hanc se reposuisse affirmat *ann. p.* 391., sic tantum valet, ut codex primitivae lectionis vestigia ostendat. Praebet enim τάσσον. V. Robins. *Var. Lect. p.* 485.

In aliorum virorum doctorum inventis probandis ac recipiendis Robinsonus paullo etiam erat parcior. Nam quum multorum vitiorum remedia ex Wintertoni, Guieti Graeviique commentariis promere potuisset, perpaucos locos tantum curavit, nec usquequaque tamen feliciter. Sic *v.* 196. metrum de Guieti sententia redintegravit scribendo ἀφρογενῆ pro ἀφρογένειαν, at quam ob causam *v.* 658. indidem σῆς δ' ἐπιφραδμοσύνῃσιν reposuerit, difficile est ad explicandum.

Suo denique ipsius ingenio perpaucis locis tantum tribuit, ut coniectando curationem periclitaretur. Neque enim magni videri potest momenti, quod *v.* 199. aequabilitatis causa scripsit *Κυπρογενῆ δ' ὅτι γέντο*. Deinde *v.* 331. quod pro τρητοῖο *Νεμείης* primus collato Pausan. 2., 15., 2. 4. reposuit *Τρητοῖο, Νεμείης*, quum ab aliis pridem iam fuisset deprehensum, fortasse ne debetur quidem Robinsoni eruditioni. Dixit ea de re accurate Boissonadius *ad h. l. p.* 167. Miro autem iudicio *v.* 869. *Τυφωέως* pro *Τυφωέος*, formam Atticam pro epica substituit. V. Greg. Cor. *de dial. p.* 69., *Etym. M. p.* 409., 15. Quamquam multum hac in re etiam aliis locis peccatur. Sic *fragm. Hesiod.* 30., 2. ubi Heinsius, Graevius et Clericus edidere *Φυκτέος* ἀγλαὸς *υἱός*, inde ab Robinsono pariter editur *Φυκτέως*. Deinde *Scut.* 450. quod per recentia exemplaria ferebatur *Ἄρεως*, quum edd. ant. et codd. fide sit destitutum, recte cessit nuper genuinae formae *Ἄρεος* *). Illud debemus Commelini et Schrevelii studio. Sed Pasor hac quoque in re reliquos diligentia superavit. Simili modo apud Rhianum *fragm. Achaicorum*, quod exstat *ap. Steph. Byz. s. v. Ἀπία*, etiam Friedemannus *de med. syllab. pentam. p.* 337. et N. Saalius *de Rhiano p.* 49. perperam reliquerunt *Φορωνέως*. Vera

---

*) Haec restituenda item est Manethoni *Apotelesmat.* 1., 235. 286. (cfr. *v.* 273.) 307. et saepius.

forma reperitur etiam apud Nonnum *Dion.* 47., 570., ex edd. ant. derivata.— Una denique Robinsoni coniectura, in annotationibus illa exprompta, licet falsa sit, ex doctiore tamen observatione originem traxit, *v.* 617.: *Τῷ Βριαρέῳ δ' ὡς πρῶτα* —.

Ex hac disputatione abunde intelligitur, Robinsonianam operam antecedentium studiis nec diligentia nec doctrina admodum praecelluisse. Atque quod in reliquos cadit omnes, de Robinsono quoque summo iure dici potest: nullius enim cura tantum profuit Theogoniae, quin plus obfuisset eidem.

Ceterum Robinsonianus labor Krebsio (1746.) et Loesnero (1778.) adeo placuit, ut eum accurate plerumque repeti iuberent; de quibus quum ad harum disputationum continuitatem prorsus nihil faciant, singulatim exposuisse non est operae pretium.

ditam aliquam, quae cum genio linguae est coniuncta, neutri tamen μεγήριτα non aptum esse contenderim. Nolo huc verba νήριτος et εἰκοσινήριτος advocare. Nam licet neutrum iniuria ad hanc similitudinem trahi arbitrer, alterum autem iam ab antiquis ac probatis auctoribus huc collatum fuerit, veluti ab Etym. M. *p*. 297., 43. (qui quidem locus fugerat criticos; nimirum Sylburgium non adverterat; est enim leviter corruptus et caret auctoris nomine,) et ab Schol. Victor. *Il.* χ, 349.; res non est tamen adeo confirmata, ut in hac disceptatione magnam habeat persuadendi potestatem. At certissimum nullique dubitationi obnoxium est exemplum Homericum Ἐπήριτος *Odyss.* ω, 306., quod quidem Ulixes sibi finxit nomen, primum conveniens patrem post reditum. Locus ille, cuiuscuius sit, est autem poetae sat boni et antiqui, universus iucunda quadam festivitate perfunditur, quam prae ceteris in fingendis nominibus observare licet. Omnia enim singulorum fortunam ac mores commode designant, sed non sine levi, nec improba tamen irrisione. Ad hanc igitur rem Ulixis nomen illud inprimis apposite est effictum. Videlicet ἐπήριτος dicitur de eo, in quem varia multorum studia concitata sunt. Quid autem et iucundius et acerbius poterat in Ulixem reperiri dictum, qui profusa hercle Deorum hominumque ac varia studia fuerat expertus! Saltem quod Eustathius *ad l.*, consentiente, ut videtur, Spohnio *de extr. parte Od. p.* 24. *not.*, ἐπήριτος explicat simpliciter περιμάχητος, id nec verbi notioni convenit, nec sententiae ullo modo satisfacit. Quod quum ita sit, facilis iam est Hesiodei inventi explicatio. Μεγήριτα τέκνα θεάων enim commode explicantur hunc in modum: Nereides, quae multorum in se excitant studia. Quod quum vario modo in bonam malamve partem accipere liceat, ipsa ambiguitate sua se mirum quantum commendat sensui poetico. Potest autem sive ad divinam earum pulchritudinem trahi, ut non multum sit ab μεγήρατα diversum, sive ob magnam amplamque potentiam dictum accipi, quae eorum fuisse videtur sententia, qui voce τίμια illud explanarunt. Hoc autem ad Nereidum naturam et munera valde est accommodate repertum. His igitur si, quod volebam, satis accurate perfeci, abroganda iam est Ruhnkenii sententia omneque de hoc verbo iudicium aliquanto altius repetendum. Interim inprimis advertendum illud est, quod quum utraque forma ab bonis grammaticis commemorata sit, altera tamen μεγήριτα ampliore etiam nititur eorum testimonio. Apud Hesychium *T. II.*, *p.* 555. est μεγήριτα, τίμια, μεγαλόχαρτα, ubi τίμια pertinet ad μεγήριτα, ad μεγήρατα autem

μεγαλόχαρτα h. e. *μεγάλως ἐπέραστα*. Vocabulum hoc ab lexicographis est praetermissum.

Sed damnum hoc qualecunque felicissima compensavit emendatione *v.* 903., ex scholiorum et Io. Diaconi auctoritate repetita. Scripsit enim *ὡρεύουσι* pro *ὡραίουσι*, et adeo stabilivit ex omni antiquitatis ratione, ut ne Valckenarius quidem *ad Theocr. Adoniaz. p.* 394. *B.* eius disputationi quicquam posset adiungere. Nunc accedat codd. Paris. 2708. et Cantabrig., Grammatici Gudiani *p.* 580., 17. *sqq.*, Mombritianaeque interpretationis auctoritas.

Coniecturae deinde Ruhnkenius raro in hoc genere concedit locum; si quando fit, ingeniose et cum magno doctrinae firmamento, nusquam temere et ad levitatem arbitrii. Luculentissimum huius rei documentum exstat *v.* 804. ubi *ἐπιμίσγεται εἰρέας* transmutavit in *ἐπιμίσγεται εἴραις*. Praeivit ex parte Guietus, in cuius nota perperam scriptum est *εἰρείαις*. Emendationem probaturus erat, si accipere potuisset, Bentleius. Negabat enim *ἐπιμίσγεσθαι*, nisi praepositione intercedente, cum accusativo nominis construi posse. V. *ad Callim. h. in Iov.* 13., *p.* 4. Qua de re convenit ei cum Lennepio et Valckenario *Adoniaz. p.* 399. *C.* At si modo integra esset scripturae auctoritas, casus ratio hoc praesertim in loco haud admodum esset ad defendendum difficilis. Deinde ex solo grammaticorum de hac forma silentio nullum contra eius sinceritatem promi posse argumentum, Ruhnkenio certe magis nemo perspectum habere potuit. Sed de sinceritate formae minus expeditum est iudicium. Proximus huic est locus Homericus *Il. σ,* 531.:

εἰράων προπάροιθε καθήμενοι —,

nihil autem intercedit discriminis, nisi quod h. l. dicitur locus concilii, Hesiodeo autem conventus Deorum. Quod pariter in v. *ἐκκλησία* aliisque usu venit. Quam vero supra posui Homerici exempli scripturam, non ab omnibus eadem tradita nobis est. Exstat quidem in codd. multis, inter quos eminet Venetus Villoisoni optimus, deinde ap. Hesych. *T. I.*, *p.* 1112., Et. Gud. *p.* 170., 54. 55. Aliis vero placuit *ἰράων*, ut Hesych. *T. II.*, *p.* 69., qui in hunc modum est corrigendus, Etym. M. *p.* 475., 12., Apollon. *Lex. Hom. p.* 368.; aliis *ἱράων*, Schol. B. *Il. l. c.*, Eustath. *p.* 1160., 35. Valide hanc disputationem ab antiquis grammaticis fuisse agitatam, narrat Eustathius. Nulla autem ex re intelligitur, utrum scriptura utraque ex antiquitate grammaticis fuerit tradita, an etymologiarum studio alterutra debeat originem. Interim *εἶρα* sat bonos habet auctores. V. Orio. *Et. p.* 59.:

εἶρα (sic), ἡ ἐκκλησία, ἀπὸ τοῦ εἴρω τὸ λέγω. Etym. M. p. 483., 4.: τὸ εἴρα, ὃ σημαίνει τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὴν μαντείαν, καὶ τὸ κάειρα ἀμφιβάλλονται, quae quidem ex doctrina veterum derivata sunt. V. Etym. Gud. p. 393., 6., Et. M. p. 692., 39. 319., 1. 2., Eustath. p. 1160. Sedes accentus in syllaba paenultima, licet etymologiae rationi haud admodum congruat, tamen Eustathii narratione confirmatur. Altera autem, quam illi ponunt, nominis notio nusquam nunc legitur. Nam quod est apud Hesych. *I.*, 1114. εἴρη, ἐρώτησις, si satis sanum est, huc tamen tuto non potest referri. Alteram deinde formam ἶρα qui praeoptarunt, partim, eadem originatione usi, ab εἴρειν repetendam duxerunt. V. Etym. M. p. 475., 13., Hesych. *II.*, 69. Auxilio quippe erant nomina Ἶρις et Ἶρος, quibus non diversam tribuebant originem, aliaeque similium formarum reliquiae, ab Hesychio conservatae, *T. II.*, p. 69. ἴρες, λόγοι. ἰρεῖν, λέγειν., quod fortasse pro εἰρεῖν s. v. ἰράων substituendum est. Deinde p. 70. ἴρη, ἴρα, ἐρώτησις., et p. 71. ἰρῶ, ἐρῶ, λέγω. Alii deinde statuerunt, nomen fuisse ἱρα sive ἱρά, ortum ex ἱερά. V. Eust., Etym. p. 303., 40. Quam in sententiam etiam Arcadius correctus est ab Is. Vossio *ad Hesych. T. I.*, p. 1113. Codices enim vitiose exhibent p. 97. in.: τὰ δὲ μὴ συνεσταλμένον τὸ α ἔχοντα ὀξύνεται ἡρὰ ἡ ἐκκλησία, σειρά, et cet. At emendatio si qua alia incerta est. Tria haec vocabuli genera aequali modo pertinent ad nomen intima propinquitate procul dubio eidem coniunctum urbis Messeniae Irae, quam cum aliis Achilli dono oblatam esse ab Agamemnone fingit Homerus *Il.* ι, 150. 292. Multis autem criticis placuit istis quoque in locis:

καὶ Ἱρὴν ποιήεσσαν,

velut Aristarcho (v. Schol. Ven. *Il.* ι, 150.), et Herodiano (v. id. *ad v.* 292.: οὕτως Ἱρὴν ὀξυτόνως, ὡς ἐν τῇ καθόλου), quod adoptavit Strabo 8. p. 414. 415. *ed. Xyl.* (550. *B.* 553. *A.*). Alii contra probarunt Ἰρήν. V. Pausan. 4., 30., 1. *Bkk.* et inpr. Eustath. *l. c.* p. 743., 18. Denique aliis urbs vocatur Ἶρα. V. Etym. M. p. 692., 37.: τὸ δὲ Ἶρα, ἡνίκα μὲν ἐπὶ τῆς πόλεως ἐστί, διὰ τοῦ ι γράφεται, et Sylburg. *ad Pausan.* p. 747., 43. Idem multa Homeri exemplaria exhibere tradidit Eustathius *l. c.* Nec diversum ab hoc, saltem origine sua, est montis nomen Εἶρα, a Pausania celebratum, quod Ἱρά ab Rhiano vocatum fuisse tradit Stephan. Byz. s. v. *ed. Berk.* p. 423. Haec de testimoniis, quibus singulae vocabuli formae nituntur. Ex quibus Ἱρή, nomen proprium, et ἱρά, nomen appellativum, fidem habent non indubiam. Originis enim ratio prodit grammaticorum in-

genium; deinde formam istam fuisse in opinione sitam, probat vel maxime illud, quod perpauci Aristarchum sequuti sunt. Reliquarum deinde duarum prorsus eadem est auctoritas: quippe nititur utraque diverso Graecorum pronuntiandi scribendique usu, qui quum ab vetustissimis inde temporibus obtinuerit, grammaticis inconstantiae fuit causa et ratio. Ceterum eadem in hoc vocabulo discrepantia olim sine dubio pertinebat ad Hesiodum; nam quod nunc eiusmodi nihil apparet in codicibus scriptis, non est ex criticorum consensu, sed ex miserrima potius librorum nostrorum conditione illustrandum. Haec omnia eo consilio disputata a nobis sunt, ut clarissime appareat, quam altas vox disyllaba in Graecorum consuetudine egerit radices. Quo magis omnino mirum est, quod apud Hesiodum protinus comparuit trium syllabarum forma, minime omnium illa propter metrum necessaria. At originis tamen ratio non est impedita; εἰρία enim e v. εἰρεῖν prodiit, quemadmodum ἰδέα ex ἰδεῖν. Omne igitur de hac re judicium referendum erit ad auctoritatem codicum Hesiodeorum; quae si tanta esset, ut carmina exhiberent tantum non ea, quae critici Alexandrini procurarunt, vix quisquam auderet fidem novae formae diutius attentare. At si contrarium ratum haberi potest, Ruhnkenius laude merita non est privandus.

Secundum exemplum depromo ex *ann. ad v.* 217., ubi quum vulgatam librorum scripturam:

καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας ἐγείνατο νηλεοποίνους,

probam esse videret, tamen coniectura non abstinuit. Nempe reposuit elegantius quiddam νηλιτοποίνους. Quam in sententiam Ruhnkenium duxit Orph. *Argon.* 1362.:

νηλιτόποινον Ἐριννύν.

Verum non is erat Ruhnkenius, qui ob levem hanc locorum convenientiam tantum sibi assumeret in hoc poeta licentiae; immo sententiarum potius ratio eum commovit. Arridebat fortasse magis, Parcarum tenacitatem, quam saevitiem et crudelitatem praedicari, praesertim proxime insequentibus vss. 220. sqq. At si modo vocabuli conditio satis est firma, notio plane est poetae consilio congrua. Illam vero strenue tuetur tum Nonni exemplum *Dionys.* 9., 135.:

καὶ Στυγὸς ὑστερόποινον ἐπώμνυε νέρτερον ὕδωρ —,

tum Aeschylea, de quibus dixerunt interpr. *ad Agam.* 57. 150. 218., *Sept. ad Theb.* 740. Vossiana vero interpretatio, in *Schedis Criticis* exprompta *Tom. I.*, 358., vix Graeca est. Idem tamen Ruhnkenii coniecturam ab inscientiae crimine, quod movebatur illi, strenue vindicavit.

Perventum est ad alteram criseos Ruhnkenianae partem, quae fuit in indagatione interpolationum occupata. Quam ut nobilissimum duxit critici munus, ita summo et accuratissimo studio etiam hoc in poeta tractandam suscepit. Prudenter autem et caute omnem rem sic est aggressus, ut primum instituti rationem et causas accurate explanaret, deinde exempla singula non perfunctorie, sed distincte et curiose percenseret.

Ac primum quidem advertendum illud est, quod Ruhnkenius istas, quas perquirebat, carminis interpolationes non ad recentiorum hominum stuporem, sed ad antiquissimorum temporum negligentiam rettulit. Nam quum creberrime hunc poetam interpolatorum manus sensisse affirmaret, eius rei non modo testem adduxit Pausaniam *l. II.*, 26., verum adiunxit etiam veterum criticorum memoriam, quorum praecipua in harum rerum pervestigatione fuerit versata diligentia. Quamquam in hac sententia vix usquequaque sibi constitit. Deinde dupplex statuit genus interpolationum: unum quod externam carminis speciem infestavit, alterum, in rerum descriptione situm, quod ex totius carminis indole coargui voluit. Alterum, licet gravissimum, nec accuratius explanavit quam vim habeat, nec multis locis detexit; illud vero et longa oratione exornavit et exemplis idoneis. *Quippe semidocti*, ait, *magistelli vel Codicum lacunas de ingenio supplebant, vel quae pressius aut obscurius dicta essent, additis novis versibus illustrabant, vel ipsius poetae versus importune repetebant, transferebant, mutabant.* Talia aut posse rationibus coargui putabat, aut persentiri saltem, modo quis multa horum poetarum lectione in iustam eorum consuetudinem sese insinuaverit.

Nolim in genere adversus haec disputari; vera sane sunt, si vere peraguntur: inepta fiunt et irrita, si curiosius traducuntur. Itaque iudicium erit ex singulorum exemplorum consideratione suspendendum. In his autem, etsi verendum mihi est, ne temere magno viro obloqui videar, vix tamen Ruhnkenius multa effecisse putandus est. Videlicet artem et ingenium poetarum antiquissimorum opinione potius hac in re praecepit, quam accurata observatione subtilique iudicio deprehendit atque pernovit. Non revereor haec palam profiteri; neque enim in Ruhnkenium virum, acerrimi illum iudicii consummatissimaeque doctrinae, sed in iuvenem potius dicta sunt, iuvenem illum quidem Ruhnkenium, sed iusto tamen fervidiorem et ad asseverandum saepe nimis paratum. Quid? quod ne in hunc quidem quicquam dixisse, sed eius causam potius contra ipsum egisse videar. Denique Ruhnkenius post intellexit

ipse male esse nonnulla in *epp. crit.* circa Homerum administrata, ingenueque pronuntiavit, usu edoctum aliter se de Homeri consuetudine loquendi nonnullis in rebus iudicare. V. *Ep. crit. I.*, *p.* 56. Quae quidem confessio eo est in rem nostram gravior, quod Hesiodum plerumque non alio nomine vituperabat, quam Homerum.

Exordiar ab exemplo sat luculento *Theogon. v.* 774., quem inepte huc retractum esse ex *v.* 768. pronuntiabat Ruhnkenius. Praeivit Natalis Com. *Mythol. l. III.*, 5. *p.* 203. Ac non deesset profecto, si abesset, versus; verum etsi ex nostro sensu eorundem versuum repetitiones supervacuae ac parum eleganter institutae esse videantur, ab horum tamen poetarum consuetudine tantum abest, ut alienae censendae sint, ut si quid aliud simplici eorum nativitati conveniant. Affatim exemplorum unus praebet Homerus. Adde *Theogon.* 625. 634. Ceterum non est difficile intellectu, quam ob caussam versus secundo loco vix praetermitti ullo pacto possit. Itaque servandus uterque est; quod quidem, ni fallor, Buttmanni quoque fuit iudicium *Lexil. T. II.*, *p.* 115. *sq.* Illud autem satis mirari non possum, qui factum sit, ut Ruhnkenius de omni codicum natura tam perverse senserit, ut opinioni suae in codicis Parisini auctoritate praesidii aliquid paratum esse putaverit. Nihil enim in hac re unus alterve codex valet, praesertim si in eos iusta cadat recentioris curae suspicio. Quod quidem non praeteriit Ruhnkenium. V. *ad v.* 1013.

Deinde perquam infeliciter proscripsit *v.* 138.:

δεινότατος παίδων, θαλερὸν δ' ἤχθηρε τοκῆα,

eumque ex vers. 155. procusum esse affirmavit. Nempe offendit θαλερὸν τοκῆα dici Caelum grande illud et grandaevum. Simpliciter vero in hac re tenendum est, eum fuisse vetustissimorum poetarum sensum, ut rerum humanarum similitudinem sine dispendio maiestatis ad Deos maximos transferri posse putarent.

Congrua huic repetitionis generi exempla sunt ea, ubi eadem sententia aut bis ingeritur aut amplificando tantum immutatur; quorum egregia aliquot Ruhnkenius indagasse sibi visus erat. *Theogon.* 611. 612. legitur:

ζώει ἐνὶ στήθεσσιν ἔχων ἀλίαστον ἀνίην
θυμῷ καὶ κραδίῃ, καὶ ἀνήκεστον κακόν ἐστιν.

Tautologia non ferenda! Nemo unquam στήθεα, θυμὸν, κραδίην eadem enuntiatione coniunxit! Alter versus inducendus! At etiamsi illud vere affirmasset Ruhnkenius, potuisset tamen horum versuum auctor aliquid sibi permisisse, quo vehementius animum mentemque malo cruciari significaret; praesertim quum notio vocabulorum ab hac coniunctione mi-

nime abhorreat. At non tradidit vera Ruhnkenius; eadem quippe, si Dis placet, dictionis perversitas, sed minus illa ad corrigendum facilis, occurrit etiam apud Homerum. Scilicet Menelaus, οὐ πολύμυθος ille quidem secundum *Il.* γ, 214., eodem pacto loquitur *Odyss.* δ, 548.:

ὣς ἔφατ᾽· αὐτὰρ ἐμοὶ κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ
αὖτις ἐνὶ στήθεσσι καὶ ἀχνυμένῳ περ ἰάνθη.

Simile exemplum attigit Herm. *ad h. Cer.* 362.

Idem crimen versui 867. intendit; verum cadit illud in ipsum Ruhnkenium. Rem tetigit Wolfius. Deinde versus desiderari non potest iccirco, quod si abesset, sequens versus, qui facit apprime ad absolvendam narrationem, tam nude additus a poeta non esset. Ceterum mirum quin nemo *vv.* 866 — 868. delendos esse pronuntiarit. Primus enim satis et ipse fluit tum sententia, tum constructione, secundus corruit argumento Ruhnkeniano, tertius deinde ipsa narratione quosdam offendet. Interim nolim equidem versus istos non ab omni parte defendi. Nam quae valde ad speciem impedita est structurae ratio, reapse facilis est et perspicua. Talia antiqui sermonis bona sunt propria; geminus locus est *Theogon.* 120 — 122., de quo male vulgo iudicari solet.

Quae supersunt huius generis exempla, aliquantum felicius ab Ruhnkenio indagata esse videntur. Nam profecto *v.* 828.:

πασέων δ᾽ ἐκ κεφαλέων πῦρ καίετο δερκομένοιο,

nihil continet, quod proximis verbis non fuerit elegantius et plenius enuntiatum. Hoc sensit iam Mombritius, prudentissimus in his rebus iudex. Huic igitur similibusque locis adhibenda erat potius gravissima Isidori narratio *Origg. I.*, 20.: *Antisigma cum puncto ponitur in iis locis, ubi in eodem sensu duplices versus sunt et dubitatur qui potius eligendus sit.* Hac enim praeclare illustrantur aliorum praecepta. Vid. Villois. *Prolegg. ad Il. pag. LX.* — Haud paucis deinde placuit, quod *v.* 721. eiiciendum esse decrevit; sed nihil effecisse Ruhnkenium argutando, demonstrasse nobis videmur *l. II., c. IV.* — Denique multi concedent eidem *v.* 436. damnanti; attamen res dubia est tum per se, tum quod versamur in loco valde impedito.

Altera interpolationum pars, quae consideratione rerum ab Hesiodo traditarum deprehensa ab Ruhnkenio est, et numero et auctoritate non admodum gravis est, ac paucis a nobis absolvetur. Concessit igitur Ruhnkenius, non unius hominis esse Theogoniam; totum deinde prooemium ab auctore carminis abiudicavit; neutram vero rem ulteriore pervestigatione habuit dignam. Praeterea quum quae *v.* 903. *sqq.* et

v. 217. *sq.* traduntur de Parcarum natalibus, manifesto inter se pugnent, illum locum, licet sat antiquo tempore interpolatum, Hesiodeum tamen non esse voluit. Denique *v.* 224. levissima de causa eiecit; scio equidem hanc rem non paucis absolvi posse verbis; interim satis habeo antiquitatem narrationis commonstrasse. V. Cicero *de Nat. Deor.* 3., 17., 44.: *Aether et Dies, eorumque fratres et sorores, qui a genealogis antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebrae, Miseria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcae, Hesperides, Somnia; quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt.* Cll. Hygin. *praef. p.* 7. *ed. Scheff.* Sed plures etiam versus traxit ista res in suspicionem damni. Non placuit *Λήθην* inter filias Contentionis memorari: at hoc pulchre postea perspexit Heynius. Contra Ruhnkenius reposuit *Ἄτην*, et *v.* 230.:

Δυσνομίην, Ἀπάτην τε, συνήθεας ἀλλήλοισιν.

Cum Δυσνομίη, ait, rectius Ἀπάτη sociatur, quam Ἄτη. Non concedet Ruhnkenio, qui meminerit Solonis *Eleg. ap. Demosthenem περὶ παραπρεσβείας p.* 422. *fin.*:

Ταῦτα διδάξαι θυμὸς Ἀθηναίους με κελεύει,
 Ὡς κακὰ πλεῖστα πόλει δυςνομία παρέχει,
Εὐνομία δ' εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ' ἀποφαίνει,
 Καὶ θαμὰ τοῖς ἀδίκοις ἀμφιτίθησι πέδας,
Τραχέα λειαίνει, παύει κόρον, ὕβριν ἀμαυροῖ,
 Αὑαίνει δ' ἄτης ἄνθεα φυόμενα.

Demosth. *adv. Aristogit.* 1., *p.* 772., 23.: τὴν τὰ δίκαια ἀγαπῶσαν Εὐνομίαν περὶ πλείστου ποιησαμένους, ἣ πάσας καὶ πόλεις καὶ χώρας σώζει. Σωτηρία autem contraria est ἄτης. V. Sophocl. *Antigon. v.* 185. Denique quod affert Ruhnkenius λιμόν et ἄτην pariter ab Hesiodo coniungi *v.* 228. *Opp. et Dier.*, debuit saltem totum locum apponere; ex quo patet, nullam eius hac in re esse auctoritatem:

οὐδέ ποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ,
οὐδ' ἄτη.

3. Quam sic denuo Ruhnkenius aperuit ac munivit emendationis viam, eandem fidenter ingressus, fervido animo magnoque cum strepitu percursitavit Heynius. Qui quum multum studii rerum mythicarum originibus impendisset per magnum annorum spatium, quamvis voluntate esset, quam ingenio ac doctrina promptior, et ad nodos dissecandos quam expediendos paratior, mirum tamen esset, ni utilem aliqua ex parte Theogoniae navasset operam. Permultae autem exstant Heynii in eam notationes, tum in Wolfiano exemplari,

tum per commentationes Gottingenses, per commentarios in Apollodorum scriptos, per Homericum opus dispersae. Quas si quis in unum locum omnes congerere et sub censuram singulatim vocare vellet, taediosum subiret opus ac perexiguae utilitatis. Quapropter quum ad exempla singula omnibus facilis pateat aditus, praestat, opinor, summam rei breviter exposuisse.

Multi fuerunt, ait, ante Homeri Hesiodique memoriam poetae, qui Physiogoniam ac Theogoniam carmine persequerentur. Quorum quidem omnium et ingenia et consilia fuerunt diversissima. V. *Comment. Gotting. a.* 1780. *Vol. II., p.* 133. 134. Hesiodus autem sive alius quis ex diversis carminum illorum particulis hanc (quam tractamus) composuit Theogoniam, ita ut *pro poetici ingenii modulo qualicumque ordine diversas fabulas in unum carmen contexeret easque poeticis ornamentis commendaret. Ibid. p.* 134. 135. 154. *) Quapropter frustra esset, qui disciplinam fabularum Graecarum rationabilem absolutamque ab Hesiodo comprehensam esse putaret. Quid? quod hic neque de causis fabularum cogitavit et ab earum sensu atque intellectu maximam partem alienissimus fuisse videtur. *Ibid. p.* 135. **) Interim *haec tamen omnia genuina sunt. Ibid. p.* 134. Contra multa in eodem carmine, quod in tam vetusto monumento nemo mirabitur, aut interserta aut mutilata sunt. Haec debemus sive rhapsodis serioribus sive grammaticis, diversi illis ingenii diversaeque doctrinae. *Ibid. p.* 134. 147. Rhapsodi autem isti sive Grammatici Heyniani idem fere faciunt, quod Ruhnkenii *semidocti magistelli.* Vires experiuntur variandis locis, versibus fundendis mutandisve. *Ibid. p.* 147. *not.* At quibus tandem indiciis varias istas disparilium hominum et aetatum reliquias dignoscemus? Nempe sine ulla opinione praeconcepta carmen est pertractandum; at tamen qui feliciter rem agere cupiat, *aliunde iam* antiquissimae Graecorum memoriae *morem, sensum et sermonem animo imbi-*

---

*) Hanc fere sententiam nuper adoptavit plenhisque exornavit Thierschius *de carmin. Hesiod. p.* 23. 24. Summam eius comprehendit his verbis: „*Wir haben in der Theogonie eine abgebrochene Sammlung einzelner Stellen aus den zahlreichen Gedichten, welche das Alterthum über den Ursprung der Götter besass, an ein ursprünglich einfaches Verzeichniss der Götter und ihrer Thaten angereiht.*"

**) Vide iam Franc. Baconem *Opp. p.* 1248.

v. 217. *sq.* traduntur de Parcarum natalibus, manifesto inter se pugnent, illum locum, licet sat antiquo tempore interpolatum, Hesiodeum tamen non esse voluit. Denique *v.* 224. levissima de causa eiecit; scio equidem hanc rem non paucis absolvi posse verbis; interim satis habeo antiquitatem narrationis commonstrasse. V. Cicero *de Nat. Deor.* 3., 17., 44.: *Aether et Dies, eorumque fratres et sorores, qui a genealogis antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebrae, Miseria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcae, Hesperides, Somnia; quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt.* Cll. Hygin. *praef. p.* 7. *ed. Scheff.* Sed plures etiam versus traxit ista res in suspicionem damni. Non placuit *Λήθην* inter filias Contentionis memorari: at hoc pulchre postea perspexit Heynius. Contra Ruhnkenius reposuit *Ἄτην*, et *v.* 230.:

Δυσνομίην, Ἀπάτην τε, συνήθεας ἀλλήλοισιν.

Cum Δυσνομίη, ait, rectius Ἀπάτη sociatur, quam Ἄτη. Non concedet Ruhnkenio, qui meminerit Solonis *Eleg. ap. Demosthenem περὶ παραπρεσβείας p.* 422. *fin.*:

Ταῦτα διδάξαι θυμὸς Ἀθηναίους με κελεύει,
Ὡς κακὰ πλεῖστα πόλει δυςνομία παρέχει,
Εὐνομία δ' εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ' ἀποφαίνει,
Καὶ θαμὰ τοῖς ἀδίκοις ἀμφιτίθησι πέδας,
Τραχέα λειαίνει, παύει κόρον, ὕβριν ἀμαυροῖ,
Αὐαίνει δ' ἄτης ἄνθεα φυόμενα.

Demosth. *adv. Aristogit.* 1., *p.* 772., 23.: *τὴν τὰ δίκαια ἀγαπῶσαν Εὐνομίαν περὶ πλείστου ποιησαμένους, ἣ πάσας καὶ πόλεις καὶ χώρας σώζει. Σωτηρία* autem contraria est *ἄτης*. V. Sophocl. *Antigon. v.* 185. Denique quod affert Ruhnkenius *λιμόν* et *ἄτην* pariter ab Hesiodo coniungi *v.* 228. *Opp. et Dier.*, debuit saltem totum locum apponere; ex quo patet, nullam eius hac in re esse auctoritatem:

οὐδέ ποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ,
οὐδ' ἄτη.

3. Quam sic denuo Ruhnkenius aperuit ac munivit emendationis viam, eandem fidenter ingressus, fervido animo magnoque cum strepitu percursitavit Heynius. Qui quum multum studii rerum mythicarum originibus impendisset per magnum annorum spatium, quamvis voluntate esset, quam ingenio ac doctrina promptior, et ad nodos dissecandos quam expediendos paratior, mirum tamen esset, ni utilem aliqua ex parte Theogoniae navasset operam. Permultae autem exstant Heynii in eam notationes, tum in Wolfiano exemplari,

tum per commentationes Gottingenses, per commentarios in Apollodorum scriptos, per Homericum opus dispersae. Quas si quis in unum locum omnes congerere et sub censuram singulatim vocare vellet, taediosum subiret opus ac perexiguae utilitatis. Quapropter quum ad exempla singula omnibus facilis pateat aditus, praestat, opinor, summam rei breviter exposuisse.

Multi fuerunt, ait, ante Homeri Hesiodique memoriam poetae, qui Physiogoniam ac Theogoniam carmine persequerentur. Quorum quidem omnium et ingenia et consilia fuerunt diversissima. V. *Comment. Gotting. a.* 1780. *Vol. II., p.* 133. 134. Hesiodus autem sive alius quis ex diversis carminum illorum particulis hanc (quam tractamus) composuit Theogoniam, ita ut *pro poetici ingenii modulo qualicumque ordine diversas fabulas in unum carmen contexeret easque poeticis ornamentis commendaret. Ibid. p.* 134. 135. 154. *) Quapropter frustra esset, qui disciplinam fabularum Graecarum rationabilem absolutamque ab Hesiodo comprehensam esse putaret. Quid? quod hic neque de causis fabularum cogitavit et ab earum sensu atque intellectu maximam partem alienissimus fuisse videtur. *Ibid. p.* 135. **) Interim *haec tamen omnia genuina sunt. Ibid. p.* 134. Contra multa in eodem carmine, quod in tam vetusto monumento nemo mirabitur, aut interserta aut mutilata sunt. Haec debemus sive rhapsodis serioribus sive grammaticis, diversi illis ingenii diversaeque doctrinae. *Ibid. p.* 134. 147. Rhapsodi autem isti sive Grammatici Heyniani idem fere faciunt, quod Ruhnkenii *semidocti magistelli*. Vires experiuntur variandis locis, versibus fundendis mutandisve. *Ibid. p.* 147. *not.* *At* quibus tandem indiciis varias istas disparilium hominum et aetatum reliquias dignoscemus? Nempe sine ulla opinione praeconcepta carmen est pertractandum; at tamen qui feliciter rem agere cupiat, *aliunde iam* antiquissimae Graecorum memoriae *morem, sensum et sermonem animo imbi-*

---

*) Hanc fere sententiam nuper adoptavit pleniusque exornavit Thierschius *de carmin. Hesiod. p.* 23. 24. Summam eius comprehendit his verbis: „*Wir haben in der Theogonie eine abgebrochene Sammlung einzelner Stellen aus den zahlreichen Gedichten, welche das Alterthum über den Ursprung der Götter besass, an ein ursprünglich einfaches Verzeichniss der Götter und ihrer Thaten angereiht.*"

**) Vide iam Franc. Baconem *Opp. p.* 1248.

lerit necesse est. *Ib. p.* 134. Unde vero subtilis illa notitia hauriendà nobis sit, de eo altum silentium. Sed mox re plenius experta, loquutus est paullo clementius. Videlicet prius Theogoniae exordium ex pluribus rhapsodorum carminibus consarcinata ab interpolatoribus esse pronuntiaverat. V. *Comm. Gott. l. c. p.* 152. *not.* Paullo post quum Wolfianae editionis conscriberet supplementa, plurium exordiorum illo docuit contineri particulas, non ab eodem auctore profectas, sed in antiquissimis iam exaratas exemplaribus fortasse eo statim tempore, quo litteris primum consignarentur, variato a rhapsodis carmine mirum in modum. Quid vero Hesiodo, quid rhapsodis debeatur, difficile esse dictu. V. *Ed. Wolf. p.* 144.

Ac primum quidem omnem huius disputationis causam prorsus arbitrariam esse et opinabilem, perspicuum est; nec ulla eam in rem opus est commonstratione. Deinde nec firmam Heynius neque accuratam habuit regulam, ad quam veri falsique iudicium ubique dirigeret. Nam quod crebro morum ac sermonis antiquissimi memoriam usurpavit, quamquam in hoc argumento summa rei versatur, tamen speciosa potius dictu sunt, quam verum atque certum habent usum. Etenim non ea concessa nobis est antiquissimae memoriae notitia, ut membratim iam quid singulis eius spatiis conveniat discordetve affirmare liceat. Multa profecto in hoc genere demonstrari poterunt, nonnulla etiam divinando licet assequi; illa tamen firmari oportet rationibus, haec illustrari quam diligentissime. Neutrum instituit Heynius. Itaque notationes eius perlustrantibus accidere solet, ut dubii nonnumquam haereamus, utrum audaciam an levitatem magis miremur sanissima atque impeditissima quaeque pari libidine infestandi.

Quum autem carmen ad eam integritatis speciem revocare instituisset Heynius, qua paene ex poetae ore olim prodiit, recentiorum ac recentissimorum temporum hominumque iniurias eidem illatas non admodum studiose curavit atque pervestigavit. Scilicet non multum abfuit ab hac opinione, ut quam Herodotus vidit olim Theogoniam, eandem nobis traditam esse putaret. Neque de exitu carminis multum dubitavit, quin sic a poetae studio esset profectus *). V. *Comment. Gott. l. c.*

---

*) Componendum huic est Baconis iudicium *de augment. scient. l. I. p.* 36.: *Homeri carmina viginti quinque annorum*

p. 133. Deinde exemplaria vetusta Itala adhibuit sane impeditis aliquot locis, sed iudicio tam debili atque incerto, ut de omni eorum fide atque auctoritate ne cogitasse quidem videatur. Scholiorum autem testimonio si quando usus est Heynius, aeque labitur ad assentandum iusto pronior. Exemplo sit, quod v. 223. pro Νέμεσιν ex Io. Diacono Μέμψιν reponi iubebat *Comm. Gott. p.* 141. *not.* Redarguit haec Wolfius, grammaticorum in isto vocabulo explanando notans usum. Quamquam copiosius eum debuit illustrare. V. Hesych. *T. II.*, *p.* 665. s. v. νέμεσις, Et. M. p. 600., 29., Moschopulus περὶ σχεδῶν aliique. Ceterum admodum gravis hanc in rem est Pausaniae quaedam narratio *l.* 7., *c.* 5., §. 3. *p.* 533.: οἱ Σμυρναῖοι δύο Νεμέσεις νομίζουσιν ἀντὶ μιᾶς καὶ μητέρα αὐταῖς φασὶν εἶναι Νύκτα, ἐπεὶ Ἀθηναῖοί γε τῇ ἐν Ῥαμνοῦντι θεῷ πατέρα λέγουσιν εἶναι Ὠκεανόν. Cfr. Sylburg. *p.* 770.

Sed ne laudes optimi viri, cuius veras ego dotes maximi aestimo, maligne detrectasse videar, libenter affirmo, in utroque genere critices nonnulla Heynium acute accurateque pervidisse. Veluti quod *v.* 427. damnavit, tanquam praepostero loco positum, eatenus certe verum est, quod nec sententiae nec grammaticae rationi congruum habet situm. At enim non est exturbandus, sed post *v.* 425. inserendus. Deinde non est praetermittendum, quod Heynius praeferebat *v.* 188. μήδεα δ', 189. ἀπ' ἠπείροιο, 359. Κρησηΐς, 454. Ἱστίην, 608. ἀρηρυῖαν, 609. τῷ δ' ἐπὶ αἰῶνος, 727. δειρὴν πέρι, quod placuit Iacobsio *Anth. Palat. T. III.*, *p.* XXVI.; 892. τὼς γάρ οἱ φρασάτην, quod latuit aliquando Dorvillium *Misc.* 665. *II.*, 3., *p.* 319.; 895. πρώτην μὲν κούρην, 961. ἡ δέ νύ οἱ μήδειαν —. Verum ab his rebus omnibus singulatim expendendis aliena esse debet haec opera.

4. Wolfianis studiis egregie obfuit illud, quod Theogoniae curam post duumviros illos capitales subitaria opera peregit a. 1783. Nam utrumque illo tempore quum faceret maximi, (v. *pag.* 5. *et* 143. *not.*), facile accidit, ut eorum opinionibus rationibusve nimis indulgenter obsequeretur. Accedebat, quod Wolfius iam tum gravissimam, quam postea accurato studio pertractavit, de ambigua antiquissimo-

---

centurias et supra absque unius syllabae aut litterae iactura duraverunt. Idem tamen non abiecte sensit de arte critica. V. *ibid. l. VI.*, *c.* 4. *p.* 182.

rum carminum conditione et aucturitate disceptationem primo eoque iuvenili ardore agitabat; cuius quidem mirifice solet principio animus irretiri illecebris. Ineptus tamen esset, qui Wolfiani ingenii dignitatem ex hoc libro aestimaret. Pariter equidem intempestive mihi viderer egisse, si quicquid fuerit ab Wolfio praestitum, ad leges eas severe exigerem, quae quod certae iam ac firmae nobis constare videntur, non sine praeclaro eius studio factum est. Ceterum meminisse oportet, quod Wolfius *immaturam* fuisse hanc operam mox palam fassus est ipse. Vide *ei. epistol. ad Heynium script. pag.* 102. et *Anal. litter. Fasc. III., p.* 274. *not.*

Carmen scholis suis edenti Wolfio praeter novitia quaedam exemplaria nihil fere adiumenti paratum erat. Expressum autem illud maximam partem est ex Lipsiensi quadam editione, fortasse Krebsiana, quae Robinsonianam fere carminis conditionem tenuit. Emendatio deinde Theogoniae ad sententiae rationem grammaticesque regulam adhibita est aut de coniectura sua ipsius aliorumve, aut de exemplarium variorum notatione, quae passim ab Graevio Robinsonoque facta erat. Interim subit mirari, qui factum sit, ut Loesnerianum exemplar, quod noverat sine dubio (vide *pag.* 52.), tam incuriose usurpaverit, ut non videret contineri illo exemplarium antiquissimorum Aldi, Iuntae, Trincavelli collationem. Quae licet nec plene nec studiose satis instituta sit, egregia tamen praebere poterat emendationis praesidia. Damna haec non licuit resarcire, quum observationes suas ad editionem pararet Wolfius. Nam quamquam interea Reizii Heyniique studio vetustiores aliquot editiones nactus erat, v. c. Trincavellinam, Stephanianam, Heinsianam maiorem, Wintertonianam; ista tamen copia nihil effecit aliud, nisi ut ampliore cura aliquando carmen pertractandum esse intelligeret. Cfr. *Analect. litter. Fasc. III., p.* 274. *not.* Quod factum non esse, dolent omnes, quibus haec studia cordi sunt.

Quantum vero criticis in Theogonia ad integritatem qualemcunque revocanda superesset laborandum, iam tum Wolfio nemo perspexit plenius. Testor commentarios observationumque prooemium, quo de omni carminis emendatione ad iusta rationis principia caute et prudenter exposuit. Ad eadem deinde accommodate multos carminis versus ab vetustissima interpolatione, ab librariorum corruptela, ab mala recentium interpretatione vindicavit. Contra si quando defecit·

animus, studium, doctrina, facile feremus, ubi tot nitent ingenii igniculi. Quicquid denique deliquerit Wolfius concitato interpolationum indagandi studio, multum certe clementius ac prudentius hanc partem pertractavit Brunckio, qui huic quoque carmini detestabilem adhibuit operam. V. *eius not. ad Opp.* 240. et Heinrichium *Epim. ad Twesteni Comment. Hesiodeam p.* 70.

CAPVT XI.

VOSSIVS. HERMANNVS.

Recentissima denique criticorum studia Theogoniae impertita diversissimis reguntur principiis. Nam alii quum interpolationum doctrinam non prorsus damnent ac fugiant, tamen in genere quantum ullo modo fieri licet, omnem carminis ambitum, qualem codices exhibent, strenue defendendum esse statuunt. Alii contra, non neglecta librorum auctoritate, id tamen inprimis agunt, ut carmen, etiam ex antiquitatis sordibus emaculatum, ad genuinam ac primariam conditionem, quoad eius fieri possit, artificiose revocent. Denique sunt etiam, ut fit, qui inter utrosque incerto iudicio vacillent. Ordinem autem ducunt in priori agmine Vossius, in altero Hermannus. Ad discrimen vero certaminis nondum perventum est; nec vires utriusque satis iam explicatae esse videntur. Quod si factum fuerit, vix obnixius, spero, inter se decertabunt. In genere autem tutius profecto est Vossium sequi; Hermannus contra excelso quidem, sed periculosissimo nos ducit tramite ad summa artis criticae fastigia. Dedamus nos ei ducendos, apertis quidem oculis nec manibus illigatis; revertamur, si forte aut persequi eum nequeamus, aut a recta via abalienari videamur.

Hesiodi Theogoniam, ait, alii poetae nunc addendo, nunc detrahendo, nunc mutando, prouti cuique consilium, quod ipse habebat, postulare videbatur, interpolaverunt. Sed magno fortunae beneficio factum est, ut in plurimis locis simul et vetus carminum forma, et ea, quae sunt interpolatorum, coniuncta supersint. Librarii enim, qui diversas poematis recensiones ante oculos habebant, quum eas multis in locis congruere inter se animadverterent, ut labori parcerent, in unum corpus illas coniunxerunt, semel scribentes, quae diversarum recensionum communia essent. Quamquam sic quoque factum est, ut hic illic aliquid sive de antiquioris poetae verbis, sive de mutationibus et additamentis interpolatorum interiret, maxime si non toto versu, sed

hemistichio tantum vel alia re leviori inter se discreparet diversorum poetarum oratio. V. *Epistol. ad Ilgen. script. p. X. XI.* In hoc autem quod nos tractamus Theogoniae corpore, septem Hesiodei carminis recensiones invenisse sibi videbatur. Totidem certe facili negotio in prooemio carminis indagare licet; nempe in eo loco, quo librarii nondum taedio adnotandarum interpolationum capti erant. Ipsum enim opus eo est argumento, ut, quum magnam partem perpetuitate narrationis careat, non multum praesidii ad istam coniecturam conferre possit. Quamquam quum in his locis, quibus nihil praeter Deorum origines continetur, quaedam vel aperte sibi repugnant, vel ipsa re ab aetate Hesiodi abhorrent, tum vero magis etiam illae partes, quae maiorem ornatum admittunt, sententiam nostram eximie confirmant. V. *ibid. p. XII.*, et *eiusd. de mythologiae natura ad Creuzerum epist. p.* 123. Ceterum quum multa interpolatorum additamenta nostris exemplaribus non contineantur, non omnia in hoc genere in claram lucem protrahi poterunt. V. *ibid. p. XII.*

Nolo in hac causa adversus Hermannum sic disputari, ut si quid interdum minus accurate et circumspecte dictum fuerit, nimis id curiose urgeatur. Verum paucis attingam ea, in quibus cardo vertitur causae. Ac primum quidem quum summa fere disputationis vis in prooemio carminis nitatur, non mediocriter labefactasse eam videri poterit, qui nihil illud antiquitus pertinuisse ad Theogoniam demonstraverit. V. *lib. III.*, *c. VII.* Deinde quos appellavit diversarum recensionum auctores, rhapsodos sine dubio significari voluit, de quibus omnis istic instituta est disceptatio. Horum autem studiis diversa carminis genera enasci potuisse aut necessario potius fuisse enata, ecquis dubitaverit! Sed de librariis, quibus Theogoniam nostram ascripsit Hermannus, explicatius vellem et disertius dixisset. Multum enim nostra refert cognovisse, quando isti vixerint homines cuiusque fuerint ingenii. Fortasse diasceuastas intelligi voluit. At de Hermanni sententia opus potius erat hominibus laboriosis quam sensu ac iudicio praeditis. Quid enim? in parvulo hoc carmine diasceuastas estne credibile tantopere indulsisse negligentiae, ut quae intra paucorum versuum spatium sibi contraria reperiuntur, quaeve bis dicta aut inepte apposita sunt, nec notaverint nec animadverterint? At enimvero singularis haec fuit carminis infelicitas, ut quum primum indocta cuiusdam industria infeliciter esset congmentatum, unum hoc exemplar detestabile in magna antiquissimorum carminum ruina forte fortuna servaretur atque miro stupore ab Graecis exciperetur et propaga-

retur. Nimirum ista accidere sane potuerunt; ac belle quidem omnia et commode conficta sunt. At vero utcunque blandiuntur, ad persuadendum tamen non sunt apposite dicta.

Convenit hodie inter omnes de iniqua vetustissimae Graecorum poeseos conditione. Recitabantur haec carmina primum ab auctore: nec semel tamen aut uno tantum loco, verum saepenumero ac per varias Graeciae regiones. Itaque quamquam Memoriam illi colebant Musarum matrem, vix tamen, opinor, tanta aderat memoriae facultas, ut longam carminum seriem accurate tenerent, et quandocunque iis esset opus, sine ullo integritatis dispendio recitarent. Neque vero omnino prohibeo equidem, quin multas carminum suorum partes ad verbum mente conservaverint poetae: res enim manifesta fit ex iis exemplis Homericis, ubi quum eaedem res sive narrandae essent sive describendae, iidem plerumque recurrunt versus. Vide *Il. α,* 13—16. 22—25. et *α,* 372—378., aliaque, quorum memoriam recolit Riccius *Dissertat. Hom. quint. p.* 49. *sqq. ed. Lips.* Interim non minus tamen certum est, quod easdem illi sententias saepenumero diversissimis vocabulorum enuntiationumque generibus complectebantur variisque coloribus multifariam distinguebant. Exemplo erit Homerus; veluti dixit is *Odyss. κ,* 469. 70.:

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐνιαυτὸς ἔην, περὶ δ' ἔτραπον ὧραι,
μηνῶν φθινόντων, περὶ δ' ἤματα μακρὰ τελέσθη.

Hunc accurate sequutus est Hesiodus *Theog.* 58. 59., nec sine levi tamen mutatione:

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐνιαυτὸς ἔην, περὶ δ' ἔτραπον ὧραι,
μηνῶν φθινόντων, περὶ δ' ἤματα πόλλ' ἐτελέσθη.

At Homerus eandem sententiam repetiit *Od. λ,* 294. 5. et *ξ,* 293. 4., enuntiandi tamen modo paullo etiam licentius immutato in hunc modum:

ἀλλ' ὅτε δὴ μῆνές τε καὶ ἡμέραι ἐξετελεῦντο,
ἂψ περιτελλομένου ἔτεος, καὶ ἐπήλυθον ὧραι.

Denique utriusque enuntiandi generis frusta coniuncta in unum sunt *Odyss. τ,* 152. 3. et *ω,* 142. 3.:

ἀλλ' ὅτε τέτρατον ἦλθεν ἔτος καὶ ἐπήλυθον ὧραι,
μηνῶν φθινόντων, περὶ δ' ἤματα πόλλ' ἐτελέσθη.

Quorum prior solus exstat *Od. β,* 107.

Ex hoc aliisque exemplis simillimis, quorum sat luculenta protrahi potest copia, certissime mihi videor colligere, poetas in recitandis carminibus ipsorum propriis interdum genio indulsisse potius, quam memoriae, ita ut non modo verba singula atque integra enuntiationum genera, quae et ab metri et ab sententiae ratione aequalia esse videbantur, ex arbitrio inter se permutarent, verum etiam innato animi ardore eo ab-

ducerentur, ut splendidam aliquam sententiam opportune interneeterent, aut pulchrum aliquem locum magnificentius etiam exornarent. Hoc certe optimorum quorumque poetarum solet esse proprium. Nec displicebant ista sine dubio auditoribus; quippe abiit in proverbium, hominum animos delectari variatione. Ceterum consentaneum est, si quid forte minus probaretur aut si quid in descriptione rerum gestarum perlatarumque perperam esset traditum, liberam usquequaque fuisse poetis mutandi corrigendique potestatem.

Alia mutationum genera, quibus antiquissima carmina, dum ab ipsis auctoribus recitabantur, praeterea erant obnoxia, coniuncta sunt cum auditorum diversitate. Poetae autem canebant ad Deorum sacra, in aedibus regum, ad convivia opulentiorum hominum, in celebritatibus promiscuae multitudinis: qua de re abunde ex Homero Hesiodoque constat. Iam quum accidere posset, ut idem carmen ab auctore apud homines tum voluntate, tum ingenii morumque cultu diversissimos deinceps esset expromendum, — poscebantur enim interdum carmina —, enarrandi enuntiandique genus necessario ad auditorum captum et arbitrium aut efferendum erat aut deprimendum. Praeterea auditorum voluntatem omni arte poetas conciliaturos sibi fuisse, certissimum est. Quocirca vix dubito, quin eandem rem in epulis procerum aliter quam ad multitudinem plebis cecinerint.

Deinde notatu dignissimum est, quod si quando poetae carmina sua apud alias gentes recitabant, nonnumquam varia mutationum genera necessario erant introducenda. Permultae autem in spatio perexiguo disseminatae erant gentes, quas, quum ab diversissimis originibus profectae essent, nec voluntate omnes inter se concordasse, nec lingua, moribus, vivendi sentiendique modo communi usas fuisse probabile est. Quapropter patrii sermonis proprietates poetis sine dubio eluendae erant, quippe quae istic non intelligerentur; deinde si quid animos facere poterat auditoribus ob inimicae gentis laudem, aut si quid propter alienum Deorum cultum morumque diversitatem non erat congruum, sedulo erat abrogandum commodiorique supplendum materia quaeque magis arridere videbatur. Quam ob causam prae ceteris tum in exornandis Deorum sacris, tum in celebrandis regum populorumque originibus rebusque gestis magnus hic poetis tum ornamenti, tum adulationis patuit campus.

Haec fere hisque similia pati potuerunt carmina, donec ipso auctoris ore profundebantur propagabanturque. Quae quamquam magnam iam habent ad animos commovendos auctoritatem, graviora tamen mox impendebant, sicubi aliorum

cura suscipiebantur ista. Ac primum quidem si forte nonnullae carminum particulae adeo placebant, ut earum recordatio multorum inhaereret animis, quamquam vix diu illa mansit intemerata, tamen non multum ab hac parte carminum integritati est sperandum; perit enim mature populi fama. Itaque oratio iam pervenit ad eorum memoriam, quibus antiquissima rerum Graecarum aetate honorificentissimum demandatum fuisse videtur munus vetusta epicorum carmina sedulo propagandi. Rhapsodos dico illos, quorum nomen fervidioribus quorundam disputationibus adeo iam est diffamatum, ut in vulgus audiat pessime. Nempe non recordantur multi, quod vix ullae superessent antiquissimae poeseos reliquiae, nisi incredibili horum virorum studio ac labore nobis fuissent conservatae. — Antiquissima memoria rhapsodos et ipsos poetarum munere fuisse functos, omnium maxime est probabile. Etenim multi iuvenes, foecundo et ad fundenda carmina apto ingenio praediti, studiose poetas prosequuti fuisse videntur, ut suavissimam versus pangendi artem optimorum magistrorum consuetudine et institutione pedetentim discerent ac percolerent. Quam in rem magistri carmina accurate mente percipiebant, memoriae mandabant, iisque artificiose et ad disciplinae normam recitandis debitam gratamque interponebant operam. Hae fere honorificentissimi negotii fuerunt origines. — At quantocunque studio operam fuerant aggressi, vix tamen dubium est, quin et singulorum versuum nonnumquam laederent integritatem, et omnem orationis continuitatem aliquoties perverterent ac de sua sententia instaurarent. At vero ubi in iis regionibus, quibus poeta ipse carmina impertiverat sua, eadem ex professo recantanda suscipiebant rhapsodi, sine ulla dubitatione magnopere iis erat verendum, ne nimis ab genuina orationis conformitate deflectendo popularium animos poetae adhuc deditos merito irritarent et a se ipsi abalienarent. Quamquam ne haec quidem causa omnem abstulit mutationis ansam. — Contra si quando eo pervenerunt rhapsodi, quo carmina ab auctoribus ipsis nondum erant perlata, quamquam in genere nulla adest causa, cur eos carminum puritati et integritati non multum studuisse arbitremur, nihil tamen probibebat, quo minus illa paullo incuriosius recitarent. Certe iisdem tunc carmina obnoxia erant mutationibus, quarum paullo ante exposuimus causas. Nisi forte eo atrocior erat audacia eoque minus reparabile damnum, quo magis isti in alieno opere licere sibi putaverint.

Praeterea gravissimi momenti illud est, quod rhapsodi vetustiorum poetarum reliquias cum suis ipsorum carminibus temere commiscebant. Ac minus quidem nocivum genus con-

tinetur eo, quod unum alterumve illorum versum, utpote sententiae enuntiandique modo plane congruum, in tempore nonnumquam suis carminibus adhibebant. Cuius rei exstant iam apud Homerum vestigia; apud Hesiodum autem pauci aliquot reperiuntur versus ex Homericis repetiti, paullo deinde plures indidem traxerunt colorem. Neque vero clam huiuscemodi locos rhapsodi furari voluisse censendi sunt: quomodo enim tandem imposuissent popularibus: nec inepto regebantur imitandi studio, quod serioris omnino poetarum disciplinae est proprium. Verum usurpabant istos ideirco, quod sive pulchritudine dictionis seu cogitandi dexteritate adeo se versus commendaverant populo, ut omnium mentibus inhaererent crebraque quotidiani sermonis consuetudine celebrarentur. — Contra alterum repetitionum genus et quod inprimis huc facit, longe fuit detestabilius, quippe quod et multos versus attrectaret, nec sola eorum repetitione contineretur. Etenim quamquam magna carminum copia tum alienorum, tum propriorum praesto fuit rhapsodis, quae omni festivitatum sollennitatumque generi esset commoda, accidere tamen potuit, ut aut nova carmina poscerentur ex improviso, aut vetera ob quampiam causam non viderentur idonea. Iam Musarum auxilio erat opus: interim Musae fortasse eodem tempore alteri iam affuerunt petenti opemque denegarunt huic. Ultimum ergo refugium erat in vetusterum carminum recordatione positum. Hinc igitur, opinor, recolebant magnam aliquam partem, rei celebrandae quodammodo accommodatam; deinde quicquid ob locorum hominumve diversitatem disconveniebat, scite refingebant, instaurabant, supplebant. Versuum enim pangendorum saltem unicuique semper constabat facultas. Sic nova quaedam exorta sunt carminum genera, partim genuina, partim subdita; verum illa tamen accidere potuit, ut ob locupletem antiquioris poetae famam huic assignarentur tota.

Haec fere fuerit carminum sub primis rhapsodis conditio, haud illa admodum prospera. Verum quo magis eorum memoria recedebat ab auctoris aetate, quoque magis omnis haec ars ac disciplina ab sollerti diligentia hominum intelligentium ad humilia ingenia et ad summum laboriosa paullatim deveniebat, eo minus aequam fuisse illam summae poetarum famae, eoque minus rhapsodis conservari potuisse genuinam carminum formam, inter omnes convenit. Denique non est in hac causa negligendum, quod permagna Graeciae pars creberrimas populorum migrationes fuit experta, quodque antiquitus bellis intestinis undique conflagravit. Quae quidem res quantum accuratae ac securae carminum propagationi obfuerint, est in propatulo. Ut unum afferam, hinc maximam partem explican-

dum est, qui factum sit, ut maxima antiquissimorum carminum pars iam ipsa antiquitatis memoria perierit.

Iam quum scribendi ars tandem in communem hominum usum esset prolata, plures verisimile est exstitisse, qui proprio studio carmina vetusta, ore antehac propagata, litteris consignarent tanquam in sempiternam possessionem. At quum nec accurate carmina ab rhapsodis propagari potuissent, et varias eorundem formas variis Graeciae regionibus circumlatas fuisse probabile sit, non modo diversissima iam tum exorta sunt poetarum exemplaria, verum etiam omni squalore obsita ac deturpata. Quid? quod fieri etiam potuit, ut carmen litteris mandanti mendosissima perferretur et omni sorde inquinatissima eius species, dum alio Graeciae loco, ab omni vitae cultu remotissimo, verior fortasse adhuc exstabat memoria. Haec poterat interire; altera fortasse servata est.

Subsequitur longum annorum spatium vacuum ad aetatem usque celeberrimorum qui Alexandriae floruerunt grammaticorum. Quod quamvis amplissimo rerum gestarum elegantissimarumque litterarum splendore collueeat, epicorum tamen carminum vetustissimorum, si Homerum excipias, tam levia ostendit vestigia, ut vel ex sola hac re miseram eorum sortem augurari liceat. Quicquid eius rei sit, saecula ista permagnae omnino fuerunt auctoritatis ad reformandas aut potius ad deformandas poetarum reliquias. Variis autem variorum hominum studiis carmina deinceps erant relicta; quorum quidem, si rem licet ex spinosa doctorum illa aetate virorum subtilitate metiri, haud exigua nobis concessa sunt documenta. Interim tantum certe his debemus, ut umbram atque imaginem veteris poeseos cognoscere queamus. Denique quum Alexandrini grammatici carminum illorum in se reciperent curam, multa eis haud dubie ac bona aderant exemplaria. At nihil obstat, ne optima et antiquissima quaeque in ipsa Graecia latere potuerint. Deinde illud extra omnem dubitationem positum est, quod grammatici tum de singulorum locorum censura, tum de universa carminum conformatione admodum inter se dissentiebant; deinde quod praeter ea carminum exempla, quae ad varia Alexandrinorum praecepta erant composita, per multas Graeciae partes prorsus diversa ferebantur exemplaria, quae ex vetustioribus sincere originem traxerunt. Vide Diog. Laert. *l. IX.*, *c.* 113. *p.* 600.

Haec quidem disputatio, primis illa lineis adumbrata, quum de omnibus antiquae conditionis carminibus valeat, tum maxime apta est ad Theogoniae indolem, quae ipso suo argumento et auctorem et rhapsodos et seriorum temporum philosophos grammaticosque ad omnem mutationum interpola-

tionumque licentiam imitabat. Quae si non incertis nititur opinionum commentis, verum ad severa rationis principia instituta est, continuo sequitur, ut iusto audacior eorum habenda sit fidentia, qui universi carminis possessionem inter sex septemve rhapsodos serio sumerent disterminandam. Neque enim tam felix est nostrae aetatis conditio, ut ad primaria illa et vetustissima poeseos tempora regredi singulisque rhapsodis suam cuique particulam strenue assignare liceat. Illud vero unum acerrimo nec fervidiore tamen studio curandum est, ut diversa singularum Theogoniae partium natura atque indoles accurate et ab omni parte circumspecte aperiatur. Quod si factum fuerit, paucis aliquot particulis certam originem vindicare licebit; de maxima vero parte nihil omnino definiri poterit.

Sed redeat oratio ad Hermanni disputationem: in qua illud maxime nos offendit, quod nulla fere ratio habita est eorum temporum, quae inde ab Alexandrinorum aetate ad saeculum usque quintum decimum elapsa sunt. Videlicet sumpsisse videtur Hermannus, quod saltem prius erat demonstrandum, hanc, quam nos habemus, Theogoniae speciem ab ea non fuisse diversam, quam Graeci grammatici tractabant. Hoc autem nec demonstrari ab omni parte potest, nec multis de causis statuere licet; de quibus exponemus libro tertio. Quod quam vim habeat in hanc quaestionem diiudicandam, nemo non intelligit. — Praeterea illud quoque sumpsisse Hermannus videtur, quod eam carminis conditionem, quae et simplicissima sit, et suis partibus absolutissima, et Hesiodeam et genuinam esse contendit. Pulchre quidem Hermannus et artificiose prooemium in septem carmina dispertivit; nisi quod de *vv.* 104—115., quos tamen non poterat saltem omnes probare, ne verbum quidem interposuit. Sed tamen nec in omnibus partibus certum aliquod ac diversum apparet poetae consilium, et admodum ieiunus est interdum praefandi modus. Deinde manifestum est, multorum versuum continuitatem, pulcherrimam illam et simplicissimam, vix aliam ob causam, quam ut satisfieret coniecturae, summa licentia solutam et diremtam esse. Id statim in principes cadit versus, quos quidem dispescendi Heynius quoque fuerat auctor, nimirum rationibus usus et ad speciem et re ipsa futilissimis. Contra aliis locis arcte versus coniuncti sunt, qui ne apte inter sese copulentur, et verborum usus vetat et vero etiam cogitationum ratio. V. *v.* 22.

Impeditior etiam erit res in ipso carminis ambitu, nec incertum est, quibus praesertim in locis nitatur coniectura. Nempe in iis, qui Guieti, Ruhnkenii, Heynii Wol-

fiique studiis indagati erant quoque nullo negotio egregie augere licebit. Interim quum haec via nisi ab eo, qui primum eam ingressus erat, profligari non possit, sperandum est fore, ut Hermannus quaestionem hanc, nuper ab mythologiae ratione praeclare sustentatam, ab omni parte mox denuo suscipiat et peragat. Nos vero hisce commentationibus cur eandem viam non ingressuri simus, satis paullo ante nobis videmur explicuisse.

CAPVT XII.

GAISFORDVS. BOISSONADIVS. L. DINDORFIVS.

Revocandus denuo animus est ab harum rerum pervestigatione ad eorum exemplarium considerationem, quae recentissima aetate evulgata sunt. Quae quamquam nec iis, de quibus diximus, amplissimorum virorum studiis, nec hoc quo gaudemus litterarum Graecarum flore ullo modo digna sunt; tamen nec latuit fortasse defectus eos, qui editionum curam egerunt, nec id erat illorum consilium, ut iustis omnium desideriis in hoc carmine edendo satisfacerent.

Ordinem ducit Gaisfordi exemplar, quod primum Oxonii prodiit a. 1814., deinde repetitum Lipsiae est a. 1823., in *corpore poetarum Graecorum minorum*. Totius autem operae fundamentum fuit exemplar Robinsonianum, diversis illud studiis diversisque e fontibus immutatum. Nam quum exquisitae adessent emendationis copiae, Gaisfordus his aut noluit uti aut nescivit. Exemplaria vetusta Itala Aldinum, Iuntina, Trincavellianum aut usurpavit ipse, aut eorum discrepantiam ad manus habuit non incuriose notatam. Sed raro eorum praestantia adeo eum advertit, ut prudenter iis uteretur, velut *v.* 866. Contra plurimis locis indignum in modum sprevit iustam ac debitam emendationem inde petendam, v. c. 48. 660. 453. 658. Talia committere non potuisset, nisi omnem, quae fuit per recentissima tempora, carminis conditionem iuxta reliquos ignorasset.

Deinde quod Gaisfordus *praef. p. X. ed. Lips.* gloriatur, omnem, quae ullius momenti esset, Italorum exemplarium discrepantiam accurate fuisse annotationibus comprehensam, ego non possum, quin et vanam hominis levitatem et negligentiam incredibilem severe perstringam. Nam quum omnis eiusmodi veterum librorum collatio nullum habeat usum nullamque auctoritatem, nisi summa cum diligentia sit instituta, ita ut quicquid recentissimis exemplaribus cum antiquissimis intercedat aut communionis aut discrepantiae plane cognoscatur; Gaisfordus tanta socordia laborem profligavit, ut permultis

in locis admodum impeditis de illorum librorum auctoritate aut plane nihil dictum sit, aut non perfecta nec vera haberi possit narratio. Multa harum rerum testimonia ex nostris commentariis petere licet, quae h. l. denuo coacervare nihil attinet. Vide tamen v. c. *not. ad v.* 178., ubi quod ex Trincavelli libro apponit λοχεῖο, fictitium quidem est, sed exstat tamen nescio quo errore apud Commelinum, *v.* 199. 200. 420. 484. 617. 642. 787. 812. 846. 850. 880. 895. 899. Inprimis autem circa Iuntina exemplaria fuit incuriosus, tum quod prorsus de eorum auctoritate tacuit, v. c. *v.* 9. 64. 151. 326. 453. 479. 525. 582. 624. 706. 728. 851., tum utrumque male disiungendo aut copulando. Sic quae Iuntino priori tribuit *v.* 195. 544. 652. 3. 8. 819., eadem notata mihi sunt ex altero. Contra quae ad utrumque rettulit *v.* 438. 563. 596. 880. 922., non apparent in eodem.

Insuper Theogoniam edenti trium fuit copia codicum manu scriptorum, duorum Robinsonianorum, tertii Cantabrigiensis, mendosissimi illius et recentissimi, cuius lectiones Blomfieldii studio notatae erant. Bodleianum autem Robinsoni codicem denuo Gaisfordus tractasse videtur; quippe et auctiorem Robinsono apposuit eius discrepantiam, et scholia indidem deprompsit. V. schol. *ad v.* 807. 886. 916. 922. Quamquam verbo saltem res erat memoranda. De codicum auctoritate mirum esset, ni aliquanto Robinsono iudicasset verius. Vide *ad v.* 609. 692. — Sed si quando speciosae unius codicis scripturae ab recentiorum editorum iudicio praesidii aliquid paratum erat, saepe in ea admittenda deliquit. Sic *v.* 845. ex Cantabr. cod. ad Guieti Wolfiique sententiam edidit πυρός τ' ἀπὸ τοῖο πελώρου. — *V.* 594. secundum Schaeferi disputationem *Melet. p.* 136., quem non appellavit tamen, ex fide cod. Reg. Soc. σμήνεσσι mutavit in σίμβλοισι. — *V.* 826. dedit Guieti coniecturam, Wolfio ac Schaefero approbatam, λελειχμότος, quippe ad quam proxime accederet codd. Bodl. et Cantabrig. scriptura λελιχμότος. At quod plane Gaisfordus ignorasse videtur, λελειχμότες sollenni quae fuit epicorum cogitandi cogitataque exprimendi consuetudini unice est accommodatum. Flagitat enim illa, ut verba γλώσσῃσι δνοφερῇσι λελειχμότες, quum primariae sint auctoritatis ad absolvendam rei descriptionem, non ad secundarium verbum construantur, sed ad illud ipsum, quod primarium est in hac enunciatione, ἑκατὸν κεφαλαί. Forma deinde masculina quum ubique rebus individuis designandis sit accommodatissima, hoc loco omni caret offensione.

Magnam deinde atque laudabilem diligentiam Gaisfordus posuit in comportandis veterum scriptorum et grammaticorum citationibus. Sed quamquam nullam inde sibi laudem quaesivit, v. *praef. p.* X., tamen insignia circa has quoque res dedit incogitantiae documenta, v. c. *ad v.* 217., et quae uno eodemque labore ex scriptore aliquo notari potuerant, non plene, sed carptim apposuit tantum. Exemplo sit Eustathius, cuius quum magnam Gaisfordus praesertim commentariis Hephaestioni scriptis sibi tribuisset familiaritatem, tamen inprimis Theogoniae paucissima apposuit testimonia. Certum igitur usum utilitatemque ne haec quidem habet annotationis pars.

Coniectura denique nec sua usquam Gaisfordus locis corruptis adhibuit medelam, et raro aliena, v. c. *v.* 93. 245. 351. 359. 846. Itaque factum nonnumquam est, ut prudenter ab recipienda emendatione aliena sibi caveret. Sic verissime *v.* 655. 6. vidit non posse eum Wolfio scribi:

ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
ἴδμεν ὅτι περὶ μὲν πραπίδας, περὶ δ' ἔσσι νόημα.

Quamquam pariter atque reliqui, qui de hoc loco dixerunt, omnes veram medicinam non perspexit. Sic enim nullo negotio redintegrandus est locus:

ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
ἴδμεν, ὅ τοι περὶ μὲν πραπίδες, περὶ δ' ἔστι νόημα.

Grammaticae rationem et cogitandi modum illustrant exempla Homerica v. c. *Il.* θ, 140. aliaque, de quibus dixit Thierschius *Gr. gr. p.* 647. —

2. Boissonadio Hesiodum edenti Parisiis a. 1824. Gaisfordi inprimis, *editoris quum eruditissimi, tum modestissimi*, vestigiis insistere visum fuit. Idem tamen *praef. p. I.* aeque professus est, id sibi inprimis curae fuisse, ut poetam non ferro et igne sanatum, sed ad codicum fidem castigatum repraesentaret. Haec quidem pugnant manifesto. Interim tenendum est, Theogoniam hac editione maximam partem ad Gaisfordiani exemplaris similitudinem expressam esse, nonnullis tamen exemplis exceptis, ubi Wolfio aliisque editoribus sive codicum fidei fuerit obsequundatum. Uncos omnes, suspicionis indicia, quos toleravit Gaisfordi modestia, Boissonadius amandavit in malam crucem; novimus autem quemadmodum de Homeri similiumque poetarum recensione iudicarit; nihilominus tamen *v.* 118. et 774. prorsus e continuatione versuum eiecit. Quasi vero isti prae reliquis omnibus mendosi esse videantur. Singulis praeterea locis interdum non malam admovit operam; nam emendavit

quae Gaisfordus deliquerat v. 48. 93. 228. in annot. p. 166. 846. Versu deinde 632. Ὀθρύος, quod ex antiquissimis exemplaribus propagatum hic est, mutavit in Ὄθρυος. Verissime, ut arbitror. V. Arcad. p. 91., 9.: τὰ εἰς ῡς πολυσύλλαβα (leg. δισύλλαβα) κύρια ἢ προςηγορικὰ ἢ ἐθνικὰ βαρύνεται, ἄλδυς, πόλτυς, βότρυς —. Convenit codicum scriptura multa per exempla sibi constans. V. Ὄθρυς Nicand. Ther. 145. et apud Grammaticos multos, v. c. Orionem Et. p. 111., 19. Ὄθρυος Theocrit. 3., 33., Strab. 9., p. 661. B. 665. A., Eustath. ad Odyss. p. 1682., 8. Ὄθρυι Callim. in Cer. 87. Ὄθρυν Apoll. Rhod. 2., 515. Apud Hesychium Tom. II., p. 720.: Ὄθρυν Κρῆτες τὸ ὄρος male seduli sunt interpretes. Cfr. ib.: Ὀθρυόεν, τραχύ, ὑλῶδες, δασύ, κρημνῶδες. Ab hoc consensu unus abit Etym. M. p. 523., 55., ubi Ὀθρύς est expressum. — Haud paucis deinde locis vicariam recentium criticorum curationem parum reverenter adhibuit, v. c. v. 142. 247. 608. 681. 747. 850. Inprimis ex hoc genere memorandus est v. 359., ubi quum Gaisfordus de probabili Hermanni emendatione Χρυσηΐς inter Oceani filias reposuisset, Boissonadio Naekius persuasit, ut Κρισσηΐς admitteret, tanquam codicum corruptelae accommodatissimum. Vide Naekii Choeril. p. 125. Interim de codicum editionumque auctoritate non satis est accurate ab istis expositum. Quippe Aldus edidit Κρισίη, quod ad Hermannum usque legebatur intactum. Idem si collatorum diligentiae fidem adhibere licet, in codd. Londinensi et Parisinis duobus exstat. Trincavellus deinde edidit Κρισίης, quod ex codd. non esse ductum puto. Ipsum autem illud Κρισηΐς proferri poterat ex antiqua Basileensium interpretatione. Deinde Κρησηΐς est in codice Bodl. 109., et in eo, quem expressit versione Mombritius p. 411. Praeterea quod Iunta dedit Κρυσηΐς, idem et in Mediceo libro est, et in scholiis Parisini 2708. Sed mox alia lectionis genera ex codd. proferentur; alia certe deprehenderunt et Pylades Brixianus Deor. Genealog. l. 3., p. 469., qui de his nominibus ex Hesiodi fide docuit,

Nec non Chreseis, pulchraque Doris adest,

et Gyraldus dial. deor. hist. p. 175. B., qui expressit carmine Hesiodum,

Chrysioque Asieque simul.

Haec ad lectionem h. in Cerer. v. 421. ab Hermanno Vossioque Hesiodo attributam sat prope accedunt. Naekianum autem inventum licet promptum ac facile sit, tamen propter originis rationem vix tuto in hoc carmen admitti poterat.

Contra editor interdum nimis religiose codicum scripturae adhaesit, licet aut nulla arte vindicari possit aut multum certe sit dubia. Vide *vv.* 340. et 253.

3. Quam denique Ludovicus Dindorfius Theogoniae admovit emendationem (Lipsiae an. 1825.), eam et levem et imperfectam fuisse palam professus est ipse. Sed eadem tamen nec indiligenter fuit instituta, nec inutilis carmini. Expressit quidem Dindorfius maximam partem textum Theogoniae Gaisfordianum, verum in parvis illum pariter atque in magnis rebus aliquanto emendatiorem. Parva dico quae orthographiae ratione et aequabilitate comprehenduntur, v. c. Ἠῶ, *v.* 50. αὖτις, de quo admonuit pridem Heinrichius *epim. ad Twesten. Comment. Hesiod. pag.* 70. *cll. Schaef. ad poet. gnom. pag.* 214., *v.* 165. πατρός γε. Quamqnam in hoc quoque genere grave exstat negligentiae documentum, *v.* 376. ubi quod Gaisfordi errore irrepserat Ἀστραῖόν τε μέλαν pro μέγαν, bona Dindorfii voluntate propagatum est.

Graviora et de coniectura ausus est et de librorum auctoritate. Sed de hac tamen vix usquequaque iudicavit caute; Parisinus certe Gaisfordi non tanta dignus est fide, quantam ei adhibuit Dindorfius. Hinc enim *v.* 830. deprompsit παντοίην ὄφ' ἱεῖσαι pro veterum librorum scriptura ὄπ' ἱεῖσαι. At meminisse saltem oportebat, quod Homerus π̄ litteram nusquam permutavit cum aspirata, nisi in praepositionibus et in paucis aliquot verborum exemplis. Sic *Il.* ζ, 223. et κ, 338. exstat κάλλιφ', *Il.* κ, 154. λάμφ', *Odyss.* ι, 279. π, 131. εἶφ' et *Odyss.* β, 409. σ, 60. 405. φ, 101. μετέειφ' —. Eadem fere fuit χ̄ litterae conditio; saepissime quidem κε particula mutationem experta est; interdum aliae quoque, velut ὦχ' *Il.* π, 38., εἵνεχ' *Il.* ω, 501., οὕνεχ' *Od.* ϑ, 200. 310., αὐτίχ' *Od.* κ, 116. et τοσσάχ' *Od.* λ, 586. Admodum crebra fit aspiratio in verbis; sic ἔτεχ' occurrit *Il.* η, 467. υ, 240. *Od.* β, 131., ϑῆχ' *Il.* κ, 46. *Od.* γ, 77., ἔϑηχ' *Il.* χ, 368., ἐπέϑηχ' *Od.* ι, 314., κατέϑηχ' *Od.* ν, 20., παρέϑηχ' *Od.* ι, 326., δῶχ' *Od.* δ, 262. κ, 33., ἔδωχ' *Od.* γ, 437., ξυνέηχ' *Od.* σ, 34., ἐπέοιχ' *Od.* ζ, 193. ξ, 511., ἔλχ' *Il.* μ, 398. ϱ, 126., φάσχ' *Od.* δ, 191., εἴασχ' *Il.* λ, 125., ἵστασχ' *Od.* τ, 574., πέρνασχ' *Il.* ω, 752., ἔσχ' *Od.* β, 346., στενάχεσχ' *Il.* τ, 132. Verum perpaucis exemplis res pervenit etiam ad substantiva. Nam *Il.* ϑ, 291. exstat γυναῖχ', *Il.* σ, 460. ϑώρηχ', *Il.* φ, 126. φρῖχ', *Od.* ι, 89. κ, 102. κῆρυχ' —. Praeterea singulari commemoratione dignum est Σῶχ' *Iliad.* λ, 450., quippe nomen fuit proprium Σῶκος *Il.* λ, 440. —

Huic denique exemplo ab omni parte congruit Hesiodi usus: ex quo praeter ῥοίζασχ' *Theog.* 835. nihil quod huc faciat afferri poterit. — Quod quum ita sit, tuto iam licebit contendere, antiquissima memoria istiusmodi litterarum permutationem non in omnibus vocabulis pari modo concessam fuisse Graecis. Hoc autem in exemplo eo minus ab reliquorum librorum auctoritate recedendum est, quod idem genus ex vetustissima epicorum imitatione recurrit *hymno in Dianam Homerico* v. 18.:

αἱ δ' ἀμβροσίην ὄπ' ἱεῖσαι —.

Utrumque locum iam contulit qui verissime de eo iudicavit, Henr. Stephanus *annot. Hesiod. p.* XXXIII. Scribendum est autem omnino ὄπ' ἱεῖσαι.

Deinde minime illud quoque approbandum duco, quod v. 31. pro scriptura δρέψασθαι, quae ex consensu exemplarium editorum ac scriptorum propagata fuit, ex eodem libro Parisino δρέψασαι adoptavit Dindorfius. Ac sat magnos habuit huius rei auctores tum alios, tum Wolfium, Vossium et Hermannum *epist. ad Ilgen. pag.* XIII. Nec is ego sum, quin scripturam illam omni destitutam esse auctoritate negarim. Immo gaudet optima eaque vetustissima; concedo; quis enim Asclepiadem illum sive Archiam non concesserit epigrammate celeberrimo:

καί σοι καλλιπέτηλον, ἐρυσσάμεναι περὶ πᾶσαι,
ὤρεξαν δάφνας ἱερὸν ἀκρέμονα,

idem scribendi genus accurate expressisse imitando. Verumtamen quamvis blanda sit scripturae ratio nec plane incommoda, tamen quum descriptionis indolem reddat ineptam, pro vera ac genuina nullo pacto haberi potest. Videlicet unum sine dubio lauri ramum accepit Hesiodus a Musis. Ad hunc igitur unum omnes simul corruisse decerpendum, quam esset stolide et inepte inventum. Relinquamus igitur istam scripturam eleganti Archiae stylo, qui machina aliqua facile sese ex ista difficultate expedire poterit; Hesiodo autem restituamus simplicissimam exemplarium antiquorum codicumque reliquorum auctoritatem. In hac autem explicanda illustrandaque tum Commelinus aliique defecerunt, tum nuper egregie Bernhardy *de Synt. Gr. Ling. p.* 360. *fin.*, cuius sententia ceteroquin tam obscure est enuntiata, ut quomodo huic loco congruat, difficile sit dictu. Rectam vero viam praeiverunt dudum Basileenses in hunc modum:

Et mihi sceptrum dederunt lauri perviridis ramum
Decerpendum divinum.

Eandem deinceps a Wolfio et repertam et relictam, nuper probarunt Boissonadius et Goettlingius. De qua ne

amplius ambigatur, certa afferam exempla consuetudinis simillimae *Theogon.* *v.* 819. *Il.* *φ*, 216. *χ*, 379.

Praeterea Dindorfius quod ex Parisino libro *v.* 916. *ἐξ ἧς οἱ Μοῦσαι* suscepit, *v.* 669. *ἐρέβεσφιν* et *v.* 446. *εἰροπόκων ὀΐων* omissa *γε* particula, in plerisque libris interserta, quamquam impar est singulorum conditio, plerorumque tamen hodie tulerit assensum. Vide *comment. nostr.* *l. I.*, *c. II.*, *p.* 22. et *c. III.*, *p.* 60. *sqq.*, *l. II.*, *c. VI.*

Coniecturas deinde aliorum, etsi res ad iudicium fere nondum essent maturae, haud cunctanter tamen pluribus exemplis in textum intromisit. Gravissimum huius licentiae testimonium prostat *v.* 143.:

ὀφθαλμὸς δὲ ἕεις μέσσῳ ἐνέκειτο μετώπῳ,

de quo fratri concessit fervidius disputanti *praefat. ad Grammat. Graec.* *T. I.*, *p.* *XIII. XIV.* — Secundum locum tenent *v.* 34. *πρῶτόν τε καὶ ὕστατον αἰὲν ἀείδειν*, Wolfii inventum, *v.* 79. *ἥτε* de Hermanni, *v.* 270. *καλλιπάρῃος* de Seleuci Alexandrini sententia. Interdum vero felicior fuit in admittendo, v. c. *v.* 733. et 682.

Quam denique locis sive corruptis sive impeditis suopte ingenio excogitavit medelam, ea raro futilis est et in arbitrio posita, v. c. *ad vers.* 48. et 249. Maximam vero partem aut tetigit rem, aut ratione saltem usus est haud contemnenda. Ad illud genus prae ceteris pertinet *συνάντωνται* *v.* 877., deinde *v.* 617. *Ὀβριάρεῳ δ' ὡς πρῶτα* et *v.* 734. *Κόττος τε καὶ Ὀβριάρεως μεγάθυμος*, quae certissima sunt. Ceterum quamquam accurate Dindorfius hanc nominis formam illustravit, tamen et Arriani oblitus est Bithyniacorum fragmento *apud Steph. Byz.* *s. v.* *Τριῆρες*, *pag.* 716. *ed. Berk.*, quo supra utebamur *l. I.*, *c. III.*, nec de scholio *ad Hom. Il.* *α*, 403. Victoriano quod voluit effecisse censendus est.

Reliqua exempla non parem merentur laudem. Nam *v.* 727. quod *τριστοιχί* reposuit pro *τριστοιχεί* contra fidem librorum omnium, quamquam illud apud Homerum *Il.* *κ*, 473. praetulit Wolfius, *τριστοιχεὶ* tamen constat testimonio Schol. B. L. *ad Hom.* *pag.* 297., 10. *Bekk.*, Eustathii *p.* 819., 2., Suid. *s. v.*, Hesych. *T. II.*, *p.* 1419., atque diserto praecepto Choerobosci, quod primus vulgavit Goettlingius *ad Theodos. Gramm.* *pag.* 231. Choerobosci deinde praeceptis aequalia tradiderunt Pseudo-Herodianus *Epimerism.* *p.* 257., Grammat. *ap.* *Boissonad. Anecdot.* *T. I.*, *p.* 406. et Theod. Gaza *Grammat.* *l.* 3., *p.* 105. Praeceptis autem nihil adversatur analogia.

Versui 135. in annotationibus *pag.* 103. ascripsit haec:

Scrib. Θείην τε Ῥείην τε, *et v.* 371. Θείη — λαμπρήν. Quae in re non modo librorum omnium manu typisque exscriptorum, verum etiam grammaticorum qui his locis usi sunt plurimorum auctoritati protinus adversatur; inter hos commemoro Eustathium quoque *ad Odyss. p.* 1527., 55. *sq.* Idem tamen aliquatenus Dindorfio erit auxilio; tradit enim *ad Iliad. p.* 978., 57. *sqq.* haecce: ἡ δὲ Ῥείη ἀναλογίαν ἔχει πρὸς τὴν παρὰ τῷ Ἡσιόδῳ Θεῖαν. ὡς γὰρ Θέα Θείη ἐν Θεογονίᾳ, οὕτω καὶ Ῥέα Ῥείη.

In Theogonia *vv.* 625. 634. codices nostri Ῥείη exhibent omnes, *v.* 453. plerique, ita tamen ut paucorum librorum scriptura Ῥεία vel potius Ῥεῖα, quam reliquit illic Dindorfius quamque unice defendendam suscepit Goettlingius, non pro legitima scripturae discrepantia, verum pro fortuita librorum corruptela habenda sit.

Deinde apud Homerum producta nominis forma semel tantum reperitur *Il.* ξ, 203.:

δεξάμενοι Ῥείης, ὅτε τε Κρόνον εὐρύοπα Ζεὺς —,

ex recensione Wolfii. Altero enim loco *Il.* ο, 187. quod vulgabatur fine versus:

οὓς τέκε Ῥείη,

tantum non omni caret fide antiqua *) et de Eustathii coniectura cum aliis rebus haud paucis in textum temere illatum fuit: id quod ignorabat Goettlingius *ad Hesiod. p.* 17. Priore autem loco castigatissima veterum exemplaria secundum Aristophanis et Aristarchi decreta dialectum alteram praebebant. Vide Schol. Ven. A. *ad Il.* ξ, 203.: διὰ τοῦ ᾱ Ῥείας αἱ Ἀριστάρχου. οὕτως καὶ Ἀριστοφάνης. Interim forma Ionica etiam apud Homerum praevaluit, quam quidem solam ex isto loco annotavit Hesychius *Tom. II.*, *p.* 1107.: Ῥείης, τῆς Ῥέας. Quae cur vicerit, ex magno reliquorum poetarum consensu haud obscure intelligitur. Vide *h. Hom. in Apollin. v.* 93., *in Cer.* 442., *in Iun. v.* 1., Nic. *Alexiph. v.* 7. 217., Callim. *in Iov. v.* 10. 13. 28., Apollon. Rhod. *Argon. I.*, 1139. 1151. *II.*, 1235., Nonn. *Dionys. I.*, 20. *III.*, 41. *VIII.*, 128. *IX.*, 147. 175. 180. 191. 224. *X.*, 140. 277. 293. et sic deinceps constanti usu. Oppian. *Cyneget. III.*, 11., Alcaeus *Anthol. Pal. VI.*, 218., 9. *p.* 255., Orpheus Procli *apud Lobeck. Aglaoph. p.* 505.,

*) Apud scriptorem de vita Homeri anonymum *pag.* 326. *Gal.* exstat quidem: οὓς τέκε Ῥεία. Sed quum multas res in illam scriptionem recenti mutatione illatas esse constet, id quod accidit etiam hoc ipso versu, ubi εἰμὲν perverse transiit in ἦμεν, nihil eius testimonium valet contra consummatam Scholiastarum Eustathiique auctoritatem.

qui locus quum ad exemplum Hesiodei *Theog.* 135. manifesta imitatione fuerit expressus, eapropter negligendus non est, quod coniunctas exhibet formas Θεῖαν et Ῥείην. Poeta enim, ni fallor, locum Hesiodeum, qualis est in codicibus nostris, repperit item in suo; verum Ῥείην quum esset communis consuetudinis, alterum nomen paullo immutavit, alterum reliquit intactum.

Contra Aristarcheam nominis formam praeter Dorienses perpauci admiserunt poetae, v. c. Simonides *Anth. Palat. VI.*, 217. *p.* 254.:

ἃς τάδε Ῥεία.

Sic ex cod. editum hodie est; Ῥείῃ erat a Brunckio institutum. Deinde eadem usus est Orpheus *ad Musaeum v.* 26.:

Ῥεῖαν τ' ἠδὲ Κρόνον καὶ Τηθὺν κυανόπεπλον,

ubi Hesiodei exempli item vix obscura obversatur imitatio.

Omnis autem haec causa coniunctissima debet esse cum primitiva nominis forma, cuius quamquam non multa apparent apud poetas exempla, pari tamen modo dialecto disconveniunt omnia. Nam Ῥέα antiquissimis probatissimisque testibus constat *Iliad. o,* 187. (vide gramm. Vatic. *ap. Schaef. ad Greg. Corinth. p.* 694.), deinde recurrit aliquoties apud auctores carminum Orphicorum, v. c. *h. in Rheam vv.* 1. et 7., et *h. in Saturn. v.* 7. Contra Ῥέη primum apparet apud Hesiodum *Theogon. v.* 467.:

Ῥέην δ' ἔχε πένθος ἄλαστον.

Idem deinde obversatur apud Callim. *h. in Iov. v.* 21., Apoll. Rhod. *Argon. I.*, 506., Nonn. *Dionys.* 21., 131., Orph. *Arg. v.* 549. 628. 555. perpaucosque alios.

Verissime autem grammaticus ille Vaticanus Homericam formae Ῥέα usum cum vocabulo θεά contulit, quorum tam aequalis est conditio, ut ob eandem causam nullam vocalis mutationem subiisse videantur. In universum autem diversus formarum Ῥέα, Ῥεῖα et Ῥέη, Ῥείη apud poetas epicos usus non poterit disiungi ab eo, qui apud eosdem in aliis vocabulis v. c. Ἑρμείας, Ἑρμείης, θεᾶς, θεῆς, constanter obtinuisse videtur. Quapropter Ῥέα et Ῥεῖα Homeri propria fuisse censenda sunt, nec obscura iam esse potest Aristarchei iudicii ratio, quae qualis fuerit non assequutus est Heynius *comment. Homer. Tom. VI.*, *p.* 566. Contra Ῥέη ac Ῥείη vindicanda sunt Hesiodo et poetis serioribus, nisi forte quis ob maiorem antiquitatis speciem Homericas formas interdum assumpserit. Quod quum ita sit, Dindorfium non sine idonea causa dialectum mutasse manifestum est. Nec quisquam improbaverit factum, nisi forte

quis altiores sequatur discriminis causas, quam exile illud aequabilitatis studium: id quod admodum tamen esset lubricum. Interim nihil saltem contra Dindorfium disputando effecit Goettlingius *ad Hesiod. p.* 16. 17. Affirmat enim Ῥείη non fuisse scribendum: *intercedere enim v.* 453. At qua ratione prae reliquis omnibus huic loco tantam tribuerit dignitatem, ut ad eius exemplar omnes exigendos esse existimaret, ne verbo quidem explicuit. Nempe nulla cogitari potest ratio. Nam primum *vv.* 625. 634. Ῥείη constat omnium exemplarium auctoritate, deinde *v.* 467. (id quod plane est ab Goettlingio neglectum) Ῥέην eadem fide sustentatum est. Contra *v.* 453. quod inde ab Robinsono editur:

Ῥεία δ' ὑποδμηθεῖσα Κρόνῳ τέκε φαίδιμα τέκνα,

prorsus infirma nititur auctoritate. Reperitur hoc profecto in aliquot codicibus, alii omittunt particulam, alii praebent Ῥείη ὑποδμηθεῖσα, alii Ῥείη δ' ὑποδμηθεῖσα. Videlicet haecce sive scripturae sive corruptelae potius genera eorum propria sunt codicum, inter quos aliis locis haud paucis item mirifica intercedit vitiorum communio. Vera autem scriptura, quae sua se indole affatim commendat, adest apud Aldum et Iuntam *):

Ῥείη δ' αὖ δμηθεῖσα Κρόνῳ τέκε φαίδιμα τέκνα.

Altera vero librarii errori fortuito originem debet. Nam ne quis αὖ particulam ferat aegre, eadem enuntiatorum continuatio exstat *v.* 404.:

Φοίβη δ' αὖ Κοίου πολυήρατον ἦλθεν ἐς εὐνήν,

v. 270.:

Φόρκυϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίας τέκε καλλιπαρῄους.

Deinde Ῥείη forma necessario adoptanda est idcirco, quod apud eundem poetam forma simplex Ῥέη firmissima auctoritate constat. Denique ea est Graecae linguae analogia, ut finalis nominis Ῥέα syllaba pro longa omnino habenda sit. Quapropter eadem erit alterius formae conditio: id quod tum alios advertit, tum Gesnerum *ad Orph. Fragm. p.* 503.

Ceterum Dindorfius Hermannianam interpolationum doctrinam tum probavit studiose, tum amplissimo illi de Tartaro loco ingeniose adhibuit.

*) Thierschius *l. c. p.* 24. *not.*, qui hanc scripturam pro librarii emendatione habuit, Ῥεία ὑποδμηθεῖσα ex. ipsa antiquitate traditum nobis esse affirmavit. Non negat tamen idem, Theogoniam diu ante Grammaticorum Graecorum aetatem fuisse compositam. Igitur non reputavit, orationem tam hiulcam hos non fuisse propagaturos. Nam si forte vir summus omnes codicum in hoc loco discrepantias ex fide Alexandrinorum magistrorum repetendas esse putaverit, libro secundo spero me saniora docuisse.

CAPVT XIII.

GOETTLINGIVS.

Postquam diu exspectationem nostram frustrata erat, tandem prodiit novissima Hesiodi editio, gratissimum viris doctis rerum Graecarum studiosis et exoptatum munus. Cuius quum primum mihi afferretur nuntius, hasce commentationes edendi statim deponebam consilium. Nihil enim relictum mihi opinabar, quum quem ego laborem susceperam tiro, eundem per quinquennium exantlasset vir summus et doctrina pariter ac prudentia insignis. Verum mox quum libri mihi esset copia facta, res longe aliter evenit, quam speraveram. Intellexi enim, vix eam esse huius operae indolem, ut commentarii nostri nullum omnino usum habituri esse videantur. Quod quomodo acciderit, ea qua decet modestia, paucis iam liceat hoc loco exponere.

Convenit hodie inter omnes de iis rebus, quibus ab omni parte sustentatum oportet esse eum, qui novam carminis antiqui recensionem suscipiat elaborandam. Nam primum universam conditionem carminis, quale in exemplaribus illud comparet nostris, summa ac paene exili diligentia pervestigaverit oportet, ita ut unumquodque scripturae genus quam originem habeat quave nitatur auctoritate, certissime cognitum habeat et exploratum. Quam in rem tum vetustissima exemplaria ad codicum fidem expressa, tum reliqua deinceps, quae non omni carent dignitate, sedulo sunt examinanda, ut quicquid inde redundat utilitatis, plane in numerato haberi possit. Deinde quum antiquissima exemplaria typis exscripta partim et ipsa recentioris curae vestigiis distincta sint, qua fide auctoritateque digna videantur, quam fieri poterit accuratissime erit definiendum. — Praeterea reliqua scripturae discrepantia, quae ex codicibus iam prolata fuit, accurato studio est coacervanda subactoque iudicio eam in modum disponenda, ut omnia auctoritatum pondera in tempore praesto sint. — Insuper quum exemplaria veterum scriptorum omnia tum mendis scateant quam plurimis, tum graviore diversitate verborum insignia sint, certa erunt quaerenda discriminis praesidia et adiumenta. Nam librariorum studia nimis curiosa ab reliqua discrepan-

tiarum silva accurate sunt secernenda; deinde quae iam supersunt vera discrepantiae exempla, sobrio acerrimoque iudicio ita sunt disterminanda, ut genuina auctoris manus nusquam seriorum temporum studio si non indocto, certe immature, obscurata sit atque pessumdata. Quam in rem quum tantum non omni opus sit rerum antiquarum disciplina, tum prae ceteris quotquot supersunt grammaticorum scriptorumque vetustiorum testimonia, quae faciant ad illustranda diiudicandaque discrepantiarum discrimina, summo cum studio componenda sobrioque iudicio adhibenda sunt.

Ad hanc igitur normam iamiam exigamus eam quam Goettlingius edolavit Theogoniae recensionem. Ac primum quidem Goettlingius in indaganda illustrandaque exemplarium nostrorum origine et conditione admodum negligens fuit atque incuriosus, ita ut has circa res reliquis editoribus omnibus nihil fere praestet. Maximum autem huius rei documentum illud est, quod omnis ista recensio carminis Goettlingiana haud quicquam fere praestat aliud quam exemplum Gaisfordianum, paucis aliquot vitiis orthographicis exemptum et de coniectura aut ad librorum fidem studio non aequali nec tempestivo, iudicio interdum bono saepius pravo reconcinnatum. Inprimis vero ista editoris negligentia fit manifesta *annot. ad v.* 18. 43. 45. 107. 157. 189. 196. *sqq.* 230. 245. 307. 340. 398. 447. 543. 563. 658. 660. 675. 706. 733. 801. 832. 845. 846. 850. 866. 877. 892. 895. 927. 979. 1013. 1015. Namque noluerim hoc loco omnia recoquere, quae in commentariis nostris exposita sunt.

Quamquam principio ea erat instituta Bibliothecae Gothanae ratio, ut earum tantum *lectionis discrepantiarum, quae memorabiles esse viderentur quaeque ad sensum facerent*, in annotationibus fieret mentio, prudenter tamen in hoc libro paullo immutatum est consilium, quod non omnibus scriptoribus aeque esset aptum. Etenim tantum se apposuisse discrepantiae tradidit Goettlingius, ut *iusta carminis recensio cordatis iudicibus idoneis testimoniis probaretur.* Ac satis magna profecto et varia apposita est discrepantiae copia, ex editis scriptisque exemplaribus coacervata; verum tanta fuit sive libros conferendi negligentia sive eligendi licentia, ut neque consilio editoris satisfaciat annotatio, nec ullum in re critica usum habeat certum. Videlicet quamquam ex omnibus exemplaribus antiquis multa discrepantiae genera apposita sunt tam optima, quam mendosissima, tamen nec singu-

lis libris tanta fuit destinata industria, ut omnis inde scripturae diversitas aequali iudicio et aequali diligentia sit enotata, nec illud saltem fuit praestitum, ut de gravissimis discrepantiae generibus ad omnium exemplarium fidem sedulo sit expositum. Quapropter negligentiam editoris, non iudicii inconstantiam culpandam esse duco. Haec quamvis taediosum sit exemplis singula comprobare, subeundum est tamen onus, tum ne calumniari videar, tum ne nostrarum notationum fides auctoritate libri Goettlingiani fiat suspecta.

Itaque primum de Aldini exemplaris auctoritate tradidit falsa *annot. ad v.* 18. 19. 43. 165. 245. 261. 493. 875. 1003. Satis enim erit posuisse numeros: vera ex nostris commentariis petere licet. Deinde saepissime eandem prorsus neglexit atque praeteriit, *ann. ad v.* 24. 30. 71. 78. 83. 88. 90. 130. 188. 196. 198. 199. 200. 213. 228. 230. 233. 282. 307. 333. 351. 355. 398. 420. 430. 436. 447. 462. 470. 593. 598. 610. 615. 624. 628. 647. 685. 725. 742. 754. 787. 811. 832. 845. 848. 851. 864. 877. 899. 922. 925. 979. 980. 983. 986. 990. Quae quidem exempla ab omni parte aequalia sunt iis, quae ab Goettlingio sparsim allata sunt. Quocirca aut haec non erant omittenda, aut potius prudentius omnium instituendus delectus.

Deinde Trincavellino libro multo etiam usus est negligentius. Non exstant enim, quae eidem attribuit *annot. ad v.* 5. 140. 245. 369. 401. 847. 850. 884. 889. 994. Deinde quum multa per saturam inde apposuisset discrepantiae documenta, nihil erat caussae cur eiusdem immemor esset *annot. ad v.* 6. 18. 19. 28. 33. 43. 50. 61. 66. 79. 81. 83. 88. 90. 91. 144. 145. 153. 188. 189. 199. 213. 228. 229. 230. 240. 254. 256. 307. 345. 370. 374. 398. 406. 415. 420. 430. 431. 436. 446. 447. 451. 462. 465. 469. 470. 479. 480. 491. 532. 533. 548. 574. 595. 602. 609. 628. 658. 675. 684. 706. 725. 742. 736. 775. 807. 749. 762. 774. 787. 801. 825. 845. 862. 864. 867. 877. 895. 899. 900. 927. 938. 979. 986. 1011. 1014. Quod quum ita sit, nemini mirum accidere potest, quod ad illustrandam exemplaris originem ac dignitatem haud quicquam ex hac opera redundarit utilitatis. Nam nec scholiorum lemmata, quorum nos supra declaravimus dignitatem, usquam adverterunt animum; nec Morellianae disputationis commentarios scribenti obversata fuisse videtur recordatio; nec Triclinii liber, cuius primus edidit collationem, ulla ex parte in hac causa adhibitus est.

Iuntina denique exemplaria, quum admodum rara eorum fiat mentio, negligentissime fuisse usurpata, omnibus est perspicuum. Quid? quod vix usquam notavit utriusque editionis discrepantiam. V. *v.* 593. Quam ob causam mendosa sunt quae posuit *ann. ad v.* 438. 733. 880. Praeterea falsus est *ad v.* 93. 217. 283. 307. 1003. Singulari vero castigatione dignissima sunt, quae contra Dorvillii fidem protulit *ad v.* 288. Affirmo enim equidem et assevero, versum istum in altera certe editione neque genuino loco, neque faetitio usquam reperiri.

Similem fere curam Goettlingius interposuit codicibus iis, quorum accurata notitia exposita est in exemplaribus Robinsoni et Gaisfordi; nisi quod singularis quaedam fuit hac in re socordia ea, ut eorum tantum exemplorum facta sit mentio, ubi certa discrepantiae genera enotata erant, nusquam vero eorum, ubi is, qui codicem ad exemplar novitium contulit, utrique nihil intercedere diversitatis silentio suo satis declaraverat. Nam sunt etiam dubitandi certi quidam fines, quos non transgrediaris nisi cum temeritatis discrimine.

Ac primum quidem Mediceo codici quod tribuit *ad v.* 369., mala fide nititur. Deinde aut propter aliorum codicum auctoritatem, aut ob insignem scripturae indolem, eiusdem libri memoria erat recolenda *ad v.* 55. 140. 227. 228. 229. 277. 399. 414. 415. 438. 451. 453. 459. 462. 465. 480. 482. 493. 519. 560. 584. 593. 595. 600. 622. 648. 650. 695. 697. 703. 705. 706. 720 — 726. 732. 742. 781. 795. 800. 801. 825. 826. 835. 847. 850. 870. 872. 880. 884. 888. 889. 893. 895. 910. 924. 982. 989. 1010. 1011. 1019.

Multo plura Goettlingius deliquit in codice Parisino I., qui quamquam variam curam recentem perpessus est, nulli tamen ob lectionum praestantiam cedere debet. Huius autem fides advocanda erat *annot. ad v.* 30. 31. 32. 33. 46. 48. 50. 66. 67. 71. 72. 79. 82. 93. 102. 107. 124. 143. 144. 153. 171. 178. 199. 229. 245. 246. 247. 254. 273. 277. 281. 283. 288. 295. 297. 307. 312. 323. 324. 327. 334. 352. 379. 384. 419. 447. 451. 453. 482. 493. 519. 537. 543. 554. 563. 584. 593. 605. 610. 648. 658. 663. 675. 678. 680. 684. 696. 703. 705. 720—725. 733. 742. 748. 754. 762. 795. 799. 801. 825. 826. 835. 843. 845. 850. 856. 872. 873. 880. 884. 889. 892. 893. 895. 910. 920. 922. 940. 972. 982. 989. 994. 1002. 1020. 1021. Ceterum non accurate apposuit discrepantiam quae est *v.* 200.

Parisinus codex secundus, Ruhnkenianus, quamquam paullo diligentius ab Goettlingio est examinatus,

non omnia tamen praebuit discrepantiae genera, quae digna erant commemoratu. Vide *ad vv.* 110. 161. 167. 169. 246. 247. 265. 282. 431. 438. 458. 480. 554. 563. 593. 595. 658. 797. 800. 862. 878. 892. 974. 991. Contra quae indidem apposita sunt *ad vv.* 454. 501. 560. 696., quum omni fide careant, valde illustrant editoris studium.

Eadem deinceps fuit conditio codicum Bodleiani, Londinensis Regiae Societatis et Cantabrigiensis. Nam Bodleiano assignata sunt, quae in eum non cadunt, *annot. ad v.* 217. 377. 733. Contra interdum nulla exstat eius memoria, ubi admodum illa erat consilio operae accommodata. Vide *ann. ad v.* 15. 32. 93. 140. 178. 199. 200. 246. 247. 281. 345. 375. 384. 398. 628. 658. 669. 705. 748. 811. 850. 851. 856. 877. 880. 887. 960. 972. 979. 981. Deinde de codice Londinensi quum falsa tradat *ad v.* 1019., saepe ubi debuisset, non attigit tamen eundem. Vide *vv.* 178. 228. 246. 247. 270. 628. 658. 781. 825. 979. Denique ex Cantabrigiensi plurima non protulit scripturae genera, quae sane quam multum faciunt ad reliquum apparatum illustrandum.

Haec igitur exempla si quis attente singula consideraverit, non exspectabit nimis de ea annotationis parte, quae variam scripturae discrepantiam ab Goettlingio e codicibus primum enotatam comprehendit. At tamen ob insignem notationum copiam vix dubito, quin accurate libros et circumspecte tractaverit. Sed singulis aliquot exemplis nihilominus diligentia defecisse videtur: quae quidem res partim ob codicum quorundam similitudinem valde est probabilis, partim ex universa omnium indole et natura certissime colligi potest.

Denique varia grammaticorum aliorumque scriptorum testimonia ad crisin faciendam necessaria quo studio fuerint ab Goettlingio composita quove iudicio adhibita, quum non ab omni parte illustrari inde possit, quod plurima eorum documenta, quae ad dirimenda scripturae discrimina aut ad corroborandam librorum auctoritatem accommodatissima sunt, prorsus praeteriit, — erant enim haec fortasse ab consilio editionis aliena —, luculentissime tamen perspicitur ex perpaucis gravissimae auctoritatis exemplis, quorum si ullam habuisset notitiam, certo non praetermisisset aut memoriam aut laudationem. Haec ex tertio commentationum nostrarum libro petere licet.

Haec de diligentia editoris, quam quod ampliori laude non licuit condecorare, me ipso invito factum est. Iam deinceps erit explicandum, qua arte quove acumine

ille in diiudicanda librorum discrepantia scripturaeque vitiositate emendanda fuerit versatus.

Qua in re primum nota dignum est illud, quod saepenumero fortuitos scribendi errores aut novitias emendationes, importuno librariorum studio assignandas, tanto ardore suscepit atque fovit, ut vulgatae scripturae relinquendae studiosius quam cautius quaereret causas. Veluti *v.* 584. quod praetulit *θαυμάσια*, non attendit ad *v.* 581., ubi quum *θαῦμα ἰδέσθαι* de eadem re iam esset dictum, repetitio plane inepta fieret et *inconcinna*. — Deinde quod *v.* 369. reposuit *ἄνδρ' ἐγενιπεῖν* pro *ἄνδρα ἐνισπεῖν*, fervidius etiam institutum est. Nam primum Mediceum codicem de sua ipsius sententia interpolavit; videlicet non praebet is *ἄνδρ' ἐν ἐνίππειν*, sed *ἄνδρα ἐνίππειν*. Manet igitur Veneti codicis auctoritas, et ipsa non intemerata. Ea vero minime est tanta, ut reliquorum omnium fidem evertere posse videatur. — Eiusdem tamen auxilio usus, versum 357. inquinavit, *Μενεστώ* reponendo pro *Μενεσθώ*. Quam in causam quum analogiam quoque appellet nescio quam, quae fuerit ista, plenius iam illustrabimus. Neque enim sufficiunt veterum grammaticorum de nominibus femininis in *ώ* exeuntibus praecepta. V. Etym. M. *p.* 814., 34. *sqq.* 141., 15. *sqq.* 346., 3. 708., 21.

Pleraque autem eorum manifesto sunt ab nominibus substantivis derivata eum in modum, ut syllaba finalis, quae propria est nominativi, cum *ώ* vocali permutata sit. Exempla affero omnigena: *ἄελλα Ἀελλώ*, *ἠχή Ἠχώ*, *νῆσος Νησώ*, *πλοῦτος Πλουτώ*, *οὖλος Οὐλώ ap. Schol. Apoll. Rhod. I.*, 972., *σίδηρος Σιδηρώ*, *Νεῖλος Νειλώ*, *ἵππος Ἱππώ*, *τυρός Τυρώ* (v. Diod. *Exc. de Virt. p.* 546. *Wess.*), *μυρτόν Μυρτώ*, *γίγαρτον Γιγαρτώ* ap. Nonnum *Dion.* 21., 77. 30., 223. 33., 15. 52., *κῆτος Κητώ*, *σπεῖος Σπειώ*, *κῦμα Κυμώ*, *ἥρως Ἡρώ*. Interdum primitiva forma ob soni commoditatem paullo immutatur, addita aut dempta vocali, sic *σθένος Σθενώ*, *θέαινα Θεανώ*. Insuper accidit nonnunquam, ut genitivus tertiae declinationis assumatur pro fundamento novae formae, v. c. *ἴς*, *ἰνὸς*, *Ἰνώ*, *θέμις θέμιστος Θεμιστώ*, *πατὴρ Πατρώ*, *ἀνήρ Ἀνδρώ*, *Λάμπις Λάμπιδος* (v. Paus. 5., 8., 7.), *Λαμπιδώ*.

Altera exemplorum pars originem traxit ab adiectivis. Sic aequalem in modum *ἐρατός Ἐρατώ*, *φαιός Φαιώ*, *πρυμνός Πρυμνώ*, *πηρός Πηρώ*, *δεινός Δεινώ*, *κελαινός Κελαινώ*, *πρῶτος Πρωτώ*, *ἄληκτος Ἀληκτώ*, *κόμαιθος Κομαιθώ*, *κάλλιστος Καλλιστώ*, *μελανθής Μελανθώ*.

Multa denique exempla a verbis derivata sunt, ac maximam quidem partem ab simplicissima eorum forma. Sic *κλείω Κλειώ*, *κλώθω Κλωθώ*, *πείθω Πειθώ*, *κρίνω Κρινώ*, *ἐρεύθω Ἐρευθώ* ap. Nonn. *Dion.* 14., 223. Deinde *Σαώ* ab *σαόω*, *σαός*, *Δαμνώ* ap. *Schol. Ap. Rh. III.*, 1185. a verbo *δαμνάω*, *Ἰώ* ab *ἰέναι*, quod dudum vidit Herodianus ap. *Etym. M.* p. 206., 36. — Raro primariae formae accedit aliquid augmenti, videlicet ne nimis exilis fiat pronuntiatio, v. c. *φλέω Φλειώ* ap. Nonn. *Dion.* 21., 80., ac fortasse *σθένω Σθενώ*, quod iam attigimus supra. Paullo saepius praesertim in nominibus compositis tanta regnat pronuntiationis vehementia, ut genuina vocalis verborum monosyllaborum littera *ώ* finali plane absorberi videatur. Sic ex *πολύ* et *ξέω* prodit *Πολυξώ*, ex *ἀμφὶ* et *ῥέω Ἀμφιρώ*, ex quo non poterat expedire sese Goettlingius *ad Hes.* pag. 37., et simillimum in modum *Μεγακλώ* atque *Χαρικλώ*, nisi haec ex *Χαρικλῆς* et *Μεγακλῆς* potius orta sunt. — Alia vero non ex primaria verborum forma oriunda sunt, sed ex ea potius, quae ad futurum et ad aoristum priorem pertinet. Sic explicanda sunt *ζεύγνυμι*, *ζεῦξαι*, *Ζευξώ*, *σώζω*, *σώσω Σωσώ*, *καλύπτω Καλυψώ*, *ἀνάσσω Ἀναξώ*; *ἐρύκω Ἐρυξώ* ap. *Plutarch. Tom. II.*, p. 260. *D. ed. Francof.* — Reliquorum denique origo quamquam et ipsa ad verba est referenda, explicari tamen accurate non potest nisi aliarum formarum auxilio indidem prius derivatarum. Sic *δίδωμι δωτήρ Δωτώ*, *κραίνω κραντὴρ Κραντώ*, *μαίνομαι μάντις Μαντώ*.

Ad hanc igitur normam omnia nominum istorum exempla, si pauca excipias, quorum aut explicatio obscura, aut ambigua conditio est, certissime explicare licet. Quod quum ita sit, videamus iam de analogia ista Goettlingiana. Ac primum quidem *Μενεσθώ* nomen tantum abest, ut peccet contra analogiam veram, ut luculentius etiam comprobet eam. Etenim derivari illud debet ab nomine *Μενέσθης*, quod exstat apud Homerum *Il. ε*, 608. Littera vero *θ*, quae est in illo, constat diserto optimorum grammaticorum testimonio. Vide Schol. *ad l.*, Eustath. *p.* 596., 30., Etym. M. *p.* 579., 23. Cognatum denique est *Μενεσθεὺς* nomen, satis et ipsum antiquum, ut summa fide hac in causa dignum haberi possit. Contra Goettlingius formam *Μενεστώ*, quae nulla ratione neque auctoritate sustentatur, *Τελεστὼ* nomine illustrari quodammodo voluit, quod item ex codicibus nonnullis *v.* 358. intulit pro vulgata plurimorum scriptura *Τελεσθώ*. At nec aequalis est utriusque vocabuli ratio nec alterius conditio tam dubia videtur ac desperata, quam existimabat Goettlingius. Fieri sane potuit, ut *Τελεστώ* ab *τελέω*,

τελεστύς, *τελεστής* duxerit originem. Vide Etym. M. p. 247., 31. At *Τελεσθώ* tamen, salvo significatu idoneo, ab *τελεσθῆναι* derivatum esse potuit. Insuper haec forma valde stabiliri videtur eo, quod quum nomina masculina in *εύς* exeuntia prorsus aequalia sint et aequiparanda femininis in *ώ* *), certa consuetudine interdum ista in — *θεύς* syllabam formabantur, etsi nulla aderat ab etymologia ratio, v. c. *Εὐρυσθεύς*, *Προμανθεύς*.

Reliqua huius loci exempla non vacat hic singula persequi, nec opus est, praesertim quum quid statuendum de iis sit, aut omnibus perspicuum aut alio loco a me iam explicatum sit. Unum tamen praeterire non possum, quod nimis diu variorum disputationibus agitatur. Reposuit enim ubique *ὄμβριμος*, *ὀμβριμόθυμος*, *ὀμβριμοπάτρη*. *Hanc enim*, ait, *veriorem esse formam vocabuli*, *evincunt codices*, *evincit etiam etymologia*. V. pag. 17. 55. Primum etymologia evincit nihil, licet non incommode illa sit excogitata.

---

*) Haec ne temere dixisse videar, idonea expromam rei documenta generatim disposita.

Primum ab nominativo substantivorum fit derivatio: *μέλισσα Μελισσεύς*, *θύρα Θυρεύς*, *καπάνη Καπανεύς*, *βουλὴ Βουλεύς*, *ἐνιπὴ Ἐνιπεύς*, *ἀλωὴ Ἀλωεύς*. — *αἰγιαλὸς Αἰγιαλεύς*, *οἶνος Οἰνεύς*, *πηλὸς Πηλεύς*, *σχοῖνος Σχοινεύς*, *κισσὸς Κισσεύς*, *κόπρος Κοπρεύς*, *τόξον Τοξεύς*, *ὅπλον Ὁπλεύς*, *φῦλον Φυλεύς*. — *ὕψος Ὑψεύς*, *κῆτος Κητεύς*, *πένθος Πενθεύς*. Cfr. Aristot. *Rhetor. II.*, 23. *p.* 1400. *b.* 24. 25. *Bekk.*

Ab genitivo eorundem tertiae declinationis: *νὺξ νυκτὸς Νυκτεύς*, *λὺγξ Λυγκεύς*, *αἶξ Αἰγεύς*, *λέων Λεοντεύς*, *ἠϊὼν Ἠϊονεύς*, *ἀλκυὼν Ἀλκυονεύς*, *γηρύω Γηρυὼν Γηρυόνος Γηρυονεύς*.

Composita: *Σωκλεύς* ab *σῶς* et *κλέος*, *Μενοικεύς*, ni fallor, ab *μένω* et *οἶκοι*, *Πανοπεύς* a *πᾶν* et *ὄψ ὀπός*, quemadmodum *Πάνοψ* et *Πανόπη*.

Deinde ab adiectivis: *νηρὸς Νηρεύς*, *καινὸς Καινεύς*, *κελαινὸς Κελαινεύς*, *αἰνὸς Αἰνεύς*, *ἁρπαλὸς ἁρπαλεὸς Ἁρπαλεύς*, *πρῶτος Πρωτεύς*, *μήκιστος Μηκιστεύς*, *λευκώπης Λευκωπεύς*, *νηλὴς Νηλεύς*, *μάκαρ Μακαρεύς*. Similem in modum *Ἰδομενεύς*, *Δαμναμενεύς*. Huc pertinet *Κατρεὺς* nomen ab *κατρὸς κακός*, *ap. Hesych. T. II.*, *p.* 208.

Denique a verbis: *ἐρέχθω Ἐρεχθεύς*, *ὀδύσσομαι Ὀδυσσεύς*, *πορθέω Πορθεύς*, *τρέω Ἀτρεύς*, *πλέω Ἀπλεύς*, *Κρηθεύς* a *κρηθεῖν*, *κακολογεῖν Hesych. T. II.*, *p.* 344., *ἐπωπάω Ἐπωπεύς*. Ab origine diversa *Φηνεύς* a *φαίνω*, *φῆναι*, *Περσεύς* a *πέρθω*, *πέρσω*, *Θησεύς* a *τίθημι θήσω*.

Singulare est *Ἀφαρεὺς* nomen ab *ἄφαρ* ortum, media correpta.

Sed multorum nominum ratio admodum est impedita, v. c. *Κηφεύς*, quod cum *Κηφισός* copulare licet, *Σαλμωνεύς*, *Τυδεύς*, *Τυνδαρεύς*, *Κρατιεύς*, *Φινεύς*, *Κυγχρεύς*, *Ἰτυμονεύς*, *Πιτθεύς*. Vide Herm. *Opusc. Tom. II.*, *p.* 208.

um altera forma minime caret iusta originis ratione. Deinde imus etiam evincunt codices; nam optimi pariter atque pessimi libri utramque exhibent scripturam. Denique omnis ista oettlingii disputatio haud quicquam infringit eorum, quae a obis in hac causa exprompta sunt *lib. I.*, *cap. III.*, *p.* 69. Iam reliqua exempla sunt haec: *vv.* 44. 65. 184. 453. 94. 658. 9. 691. 733. 734. 843. 200.

In genere autem illud contra Goettlingium affirmanum est, quod codicum nostrorum indeles et conditio longe inus prospera est, quam credidit ille. Hinc explicari debet, uemodo factum sit, ut nonnullis exemplis, quae scribarum gligentia nimiaque diligentia deturpata sunt, continuo nescio uae aliarum recensionum vestigia indagasse sibi videretur. ide *ann. ad v.* 288. 553. 847. 937. Eodem vero pertinet, ed tum laesam librorum auctoritatem intempestive defendit, luti *ad v.* 196. 199. 340. 617. 734., tum vitia manifesta t non animadvertit, aut corrigere ausus non est. Vide . 655. 656. 706. 823. 845. 850. 154. aliosque, quibus idela adhibita a me est.

Perventum iam est ad alterum discrepantiae nus, quod non continetur errore librariorum, sed quod antiquissimorum exemplarium diversitate rivandum esse videtur. In quo genere nonnulla ptime sunt ab Goettlingio administrata, velut *ad v.* . 48. 293. 270. 553. 666. 826., alia perperam, v. *ad* 151. 307. Maxima vero exemplorum pars est eiusmodi, quum in utramque partem multa disputare liceat, infirmior men causa et ab ratione et ab auctoritate videatur ea, quam fendendam suscepit Goettlingius. Pertinet huc inprimis n. *ad v.* 5. 83. 143. 149. 189. 379. 380. 835.

Superest unum, ut exponatur, quantum coniectando integritatem carminis sit assequutus. Exceptis autem iis, ae accentus spectant aut orthographiam, vix unam alteramve peri emendationem, cuius, si omnino esset opus, libenter plecterer defensionem. Unam tamen suscipio ab omni parte tentandam, ab Goettlingio illam derelictam. Versu enim 5. ob vitiatam syntaxin scribendum est:

αἴ κ' ἐθέλητε

πείθεσθαι, πατρός κε κακὴν τισαίμεθα λώβην.

sic scripsisset Goettlingius, nisi *ingens cacophonia* κε *κη syllabarum eum deterruisset*. Interim de Graecorum sensu antiquissimorum plane nulla inerat cacophonia. , *si quid opus exemplis*, Homerus κε κακός *Il.* ζ, 443. *Od.* δ, 64., ἧκε κακόν *Il.* π, 730. *cll. Od.* δ, 766. 837. 317., Hes. *Op.* 350., κάκον κεκακωμένον *Od.* δ, 754.,

καὶ κακὸν *Il.* ω, 551. *Od.* ο, 488., κακὸν καὶ *Od.* ε, 109. η, 195. κ, 301. λ, 61. σ, 107. ω, 256. 475., Hes. *Opp.* 14. 91. 160. Praeterea rem illustrant *Il.* τ, 290. *Od.* ζ, 137. ρ, 217. ζ, 165. κ, 122. *Il.* π, 624. ω, 437. Homerum sequitur Apollonius Rhod. *Argon.* *II.*, 339. *I.*, 259. *II.*, 623. *IV.*, 739. Adde Pythag. *Aur. Carm.* v. 61. Eadem chorda aberravit Goettlingius *ann. ad v.* 160.

Reliqua emendationis exempla aut incerta sunt, aut sine dubio falsa. Sic v. 15. quum quadruplex pateat emendandi via, Goettlingius ingressus est eam, quae saltem non est tutissima omnium. Vide *l. II.*, *c. VIII.* — Deinde v. 91. quod coniecit Ἐρχομενὸν, id ut de Orchomeno esset dictum, quomodo excidere tali viro potuerit, prorsus non assequor. Annectuntur v. 91. 92. post parenthesin sententiae antecedenti complementi instar. Ea vero sic est instituta, ut non in unum aliquem regem dicta sit, sed ad omnes potius pertineat reges, quibus nascentibus benigne adfuerunt Musae. Ergo plane inconcinnum est atque ineptum, quod sermonem illum versibus ultimis ad solum Orchomeniorum regem deflecti voluit Goettlingius. Omnem denique fidem excedit, quod Aldina scriptura ἐρχόμενόν δ'; quae est etiam apud Trincavellium, idem abusus adeo est, ut *duplicem huius vocabuli scriptionem duplici accentu indicari* contenderet. V. *praef. p. V.* Non recordabatur igitur recentium quorundam grammaticorum doctrinam δὲ particulae naturam encliticam tribuentium. Vid. Choerob. *ap. Herm. de emend. rat. gr. gr. p. 77.* Huic autem praecepto tum alii obsecundarunt librarii, tum is, quem Aldus prae ceteris sequutus est. Sic idem expressit v. 105. κλείετέ δ', v. 620. κατέρασσέ δ'. Ex eadem deinde doctrina explicanda sunt v. 124. νυκτός δ', 285. ζηνός δ', 435. ἐσθλή δ', 553. χερσί δ', 608. κεδνήν δ', aliaque exempla quam plurima, quorum bona pars ad Trincavellinum quoque exemplar pertinet. — Praeterea de mea sententia infeliciter coniecturam periclitatus est *ad v.* 135. 160. 270. 342. 612. 731. 331. 591. 863. Felicior vero fuit interdum in reprimendis aliorum conatibus. V. *ad v.* 34. 93. 143.

De altiore critices genere rem breviter absolvere licet. Nam quamquam haud pauca de singulorum exemplorum natura egregie ab Goettlingio deprehensa esse concedo, in genere tamen neque aequalem universo carmini interposuit operam, neque usquam sapit citra vulgarem hac aetate plurimorum opinionem.

LIBER SECVNDVS.

DE CODICVM THEOGONIAE MANV SCRIPTORVM INDOLE ET CONDITIONE.

CAPVT I.

PROOEMIVM.

Tela est retexta, stamina soluta, fila seiuncta ac reposita. Quicquid erat alieni aut consilio aut negligentia intertextum, accurate ab reliquo apparatu segregatum est, aut nullius aut exigui usus postea futurum.

Novam nunc exordiri telam, nec in animo mihi est, nec possem, etiamsi vellem. Mox enim iisdem me sentirem irretitum laqueis, in quos omnes incidisse puto, qui hoc negotium agitarunt. Amplior profecto ac plenior nobis quam plerisque, qui Theogoniam tractarunt, adest rei criticae apparatus. At desunt tamen multa, quae, ubi prospere rem velis agere, auxilio assint oportet. Nihil deinde subterfugi laboris, ex quo ad res gravissimas ab omni parte illustrandas quicquam sperarem utilitatis. At tam multis ac variis disputatio laborat difficultatibus, ut nec summa studii perseverantia nec cogitatione diuturna omnes superari possint. Verum licet perfici opus nequeat nisi a viro consummatissimae doctrinae exactissimique ingenii, inchoari saltem ab adolescente sine arrogantiae crimine poterit.

Diu erit profecto multumque laborandum, donec eam, quam saepe animo consignavi, Theogoniae reddere licebit speciem. Nam primum magna librorum manu scriptorum copia, per universam Europam dispersa, ab eodem viro quam diligentissime perlustranda erit, quo plenius eorum indoles et origo illustretur. Reseranda sunt claustra bibliothecarum, ut quicquid veteris grammaticorum doctrinae aetatem tulerit, tandem aliquando publico usui concedatur. Varia multorum scriptorum antiquorum opera, sub unam cogitationem vocata, ad normam artis criticae severissime exigenda et ab desidiosa quorundam hominum sedulitate vindicanda erunt, ut certus tandem illorum fiat in re critica usus, neve diutius novitia menda vetustorum nominum auctoritate defendantur.

Verum haec licet laboris sint taediosissimi nec ab uno facile homine exantlari possint, minimam tamen totius operis partem comprehendunt. Quippe quo auctiora ac firmiora fiunt

doctrinae praesidia, eo clarius elucet, quantum ignoremus eorum, quae necessaria sunt ad firmum et stabile de his rebus iudicium faciendum. Occulta enim et abscondita propemodum est veterum artis criticae origo et conditio; criticorum autem doctrinam ac disciplinam magna ex parte ne coniectando quidem assequimur. Per multa deinde saecula perque gravissimas omnium rerum vicissitudines veterum scripta vix tenuissimis vestigiis agnoscimus; mutata tandem, corrupta, lacera exinde accipimus. — Denique ad antiquissimam rerum Graecarum memoriam est regrediendum. Ablegandae sunt opinionum illecebrae; certis rerum vestigiis firmiter insistendum est. Felici audacia pariter atque cautione prudenti est opus. Nam repetenda erit res ex imis historiae latibulis; perscrutanda omnis antiquitatis memoria, omnis vitae cultus, omnis cogitandi sentiendique modus. Est enim harum quoque rerum certa quaedam nec inexputabilis lex, qua earum ortus et proventus reguntur. Tunc demum exspectandum erit, ut universa linguae ratio totaque poetarum ars ad certam cognitionis regulam referri possit, et de harum disputationum cardine, de analogia et de anomalia, verius iudicetur.

Interim dum supina haec, quam paucis adumbravimus, antiquitatis notitia ad communem intelligentiam pervenerit; multa enim felicia ingenia nihil prohibeo, ne istam aut assequuta iam sint aut attigisse sibi videantur; non male, opinor, quemadmodum de aliis scriptoribus, quorum minus impedita manet conditio, sic de hoc carmine merebitur, qui paratis copiis accurate usus, feliciori muniat viam. Hoc nobis sumpsimus negotii. Itaque ut redeam, unde exorsus sum, fila singula sunt examinanda et, si quid contraxerunt debilitatis, corroboranda et restituenda. Stamen deinde nectendum atque ex certis quibusdam locis suspendendum erit, accurata pervestigatione tentatis. Denique fortasse cautiones nonnullas iam praescribere licebit, quae in subtemine inserendo et in perficiendo opere adhiberi potuerint, ut et genuinae illud pulchritudini reddatur, nec fucosa tamen meroe distinguatur.

CAPVT II.

CODICVM DESCRIPTIO.

Quamquam plurimorum hac aetate studia in conferendis libris manu scriptis mirifice fervent, tamen ex permagno numero codicum, qui Theogoniam comprehendunt, paucorum tantum notitiam accepimus, nec plenam illam plerumque, sed mancam ac perfunctorie comparatam. Videlicet carmen totum vix ad quinque sive sex codices recentissima memoria scriptos, ab diversis hominibus inaequali consilio ac studio exactum est. Aliorum deinde librorum ob insignem aliquam scripturae discrepantiam a perpaucis interdum mentio iniecta est. Sed quoniam ex his libris omnis prope haec disputatio pendet, primum singulatim de iis quam potero accuratissime exponam.

Agmen ducat codex Mediceus, qui quamquam reliquos vetustate nihil superat, tamen et bonitate sua aliquantum excellit et omnium diligentissime excussus est. Gaisfordus collationem codicis edidit ex libris Dorvillianis depromptam, nulla tamen addita codicis descriptione. Vide *praef. p. XII. et p.* 144. *ed. Lips.* Sed codicum, qui Hesiodo destinati sunt, Laurentinorum perlustranti copiam a Bandinio descriptorum facile perspicuum est, ab Dorvillio codicem usurpatum fuisse eum, quem Bandinius in plut. 31. n. 20. repositum consignavit *Catal. Codd. Laur. Tom. II., p.* 91. Scriptus autem is est saeculo quinto decimo, Theogoniamque cum Scuto comprehendit. Reliqui enim codices Laurentini Theogoniam aut duobus versibus extremis, aut dimidia parte mutilam ostendunt. V. Bandin. *Catal. Tom. II., p.* 95. 142. 104. *T. III., p.* 429. Collationem libri Dorvillii ipsius sine dubio debemus curae, prudenter illam et accurate, ut plurimum, administratam. Cuius rei quamquam sponsorem habeo nullum, vix tamen meliorem producere licebit, quam ipsum nomen viri diligentia sua celebratissimi. Ceterum prudentiae illud est insigne documentum, quod codicem ad Iuntinum exemplar posterius examinavit. Nam quum in universum longe sit conducibilius,

codices ad vetustissima quam ad recentia exeuti exemplaria, tum magna inter exemplar Iuntinum ac Mediceum intercedit similitudo. Diligentiae autem documentum nullum esse potest luculentius, quam ipsa lectionum ab Dorvillio appositarum indoles. Nam qui circa res minutas ac leves anxiam adhibuit curam, sine ulla dubitatione non erat minus in graviora intentus. — Attamen admonendum primum est, non eandem librum conferendi rationem per totum carmen constanter servatam fuisse. Nam quum principio rem tractasset remissius, mox vidit pensius codicem esse examinandum. Deinde non negarim, aliquoties Dorvillium obdormivisse labori diuturno, nec in rerum levium notationem ubique fuisse intentum. Quarum quidem nonnullae tamen faciunt aliquid ad illustrandam veterum exemplarium typis impressorum conditionem. Praeterea una in re nobis non satisfecit Dorvillius, quae, specie quidem exilis, non est tamen his praetereunda. Etenim librarius quum codice uteretur passim mendoso lectuque difficillimo aut non satis esset Graece doctus, multa commisit in scribendo vitia. Versus integros omisit, metrum corrupit, verba deturpavit. Ista autem labes multis in locis ad marginem sive supra lineam studiose nec improspere magnam partem curata est. Deinde aliis exemplis aut reapse sanissimis aut sub nullam suspicionem cadentibus varia notarum et correctionum genera apposita sunt, quae quum plerumque novitiam originem celare non possint, interdum tamen veteris scripturae ac bonae speciem prae se ferunt. His igitur de rebus omnibus quid statuendum sit, minus lubricum esset iudicium, si Dorvillius singulis exemplis aequalem diversamve scriptionis rationem et originem accurate observasset. Quod si factum fuisset, pleraque exempla doctorum illorum curae deberi certo constaret.

Proxime dicam de Parisino codice n. 2708., quem Parisinum primum appellabimus. Scriptus is est itidem saeculo quinto decimo, scholiisque commendatur locupletibus. Vide *Catal. Codd. Mss. Paris. Tom. II.*, *p.* 542. Gaisfordo in hoc libro conferendo operam navavit Gregorius Georgiades Zalyeus, natione Graecus, cuius industriae Arcadium aliorumque scriptorum exemplaria castigata debemus. Collatio est ad Heinsii editionem instituta; maiorem, ut puto. Nam si minori fuisset usus, non annotasset Zalyeus *v.* 432. οἷς κ' ἐθέλῃσι, 789. δέδασται, 872. μὰψ αὔραι, 885. εὖ. Studiosissime autem exemplaria collata sunt; certe multis in locis Zalyeus ne minutarum quidem rerum fugit diligentiam. Verum nonnumquam tamen diligentia defecit; cuius generis unum apertissimum est exemplum *v.* 534.,

ubi quum Heinsius incredibili audacia atque incogitantia βουλὰς in βουλαῖσιν demutasset, nihil tamen video ex codice appositum discrepantiae. Ac si rem in genere aestimare licet, vix prudenter ad Heinsii exemplar facta est collatio, quippe multis modis mendosissimum. Sed nescio quae nominis Heinsiani observantia multorum animos deceperit.

Alter codex Parisinus numero constat 2763., saeculo quinto decimo scriptus. V. *Catal. Par. T. II., p.* 550. Ex quo quum Ruhnkenius Heinsiano exemplari bonam lectionum variarum copiam apposuisset, eam Gaisfordus Lugduni Batavorum nuper a se transcriptam cum scholiis in publicum emisit. Quod quum ita sit, huius libri multo minus quam illorum, de quibus dictum iam est, certus haberi potest usus. Ruhnkenius enim non aequalem codici impendit operam; atque in privatos potius quam in publicos usus. Itaque res minutas si non usquequaque, maximam certe partem haud religiose persequutus est. Quin etiam graviora interdum non videtur consignasse, sive quod vitiorum speciem habebant, sive quod margo ea non capiebat v. c. *v.* 720. *sqq.* Talia fortasse mandabat schedulis.

De codicibus, quibus Robinsonus usus est, Bodleianis et Londinensi Regiae Societatis supra a nobis satis est expositum. Neuter autem — nam de Bodleiano altero sermo esse non potest — iusta et aequali diligentia tractatus est; Londinensis quidem vix ulla, alter nunc soluta nunc anxia, uti ferebat animus. Quapropter horum quoque codicum notitia prorsus est manca; quod propter eorum conditionem valde est dolendum. Sextum denique codicem Gaisfordus addidit Cantabrigiensem collegii Emmanuelis, quem Blomfieldius ipsi curaverat. Gaisfordus mendosissimum illum appellat et recentissimum, nulla tamen saeculi significatione adiuncta. Adhibuit eum inde a *v.* 537.; certe primum tunc commemoravit. Codex quamquam diligenter collatus esse videtur, est tamen propter editoris silentium, ubi quale in eo legatur scripturae genus ambigere liceat *).

Haec de iis libris, quorum integra nobis concessa fuit notitia. De aliis pauca supersunt quae moneam. Nam quos Dorvillius interdum appellavit Theogoniae codices, quos deinde Ruhnkenius usurpavit Parisinos — videtur enim

*) Praeterea Goettlingius nuper contulit codices tres, Triclinii Venetum, Taurinensem et Vaticanum; sed iustam eorum descriptionem dedignatus est. De Tricliniano diximus *l. I., c. I., p.* 6. Taurinensis saeculo sexto decimo exaratus est. V. *Catal. Bibl. Taur. T. I., p.* 216. *n.* 112.

plures tractasse —, quem denique Thierschius semel commemoravit Vaticanum *Grамm. gr. p.* 293., quum Romae, Florentiae, Parisiis magnus assit codicum Hesiodeorum numerus, accuratius a me qui fuerint indagari non potuit. Contra quem Thierschius *Gr. gr. p.* 368. *not.* laudibus extulit Monacensem, scholiis quoque commendatum, fortasse idem est, quem Michael Apostoles scripsit, saeculo quinto decimo exeunte. De hoc libro dixit Bernhardy *praefat. Dionysii p.* XXXII. Denique Schellershemianus codex, qui pertinet ad Lib. Bar. de Schellersheim, Werferi, Thierschii et Creuzeri disputationibus aliquanto plenius nobis innotuit. Est autem is saeculo quarto decimo conscriptus. V. Matthiae *praefat. Arat. p. VIII.*

CAPVT III.

DE COMMVNI CODICVM ORIGINE.

Difficillimum est de omni codicum Hesiodeorum indole et conditione iudicium, tum propter alias causas, tum quod vetustissima quae supersunt Theogoniae exemplaria nondum pervestigata sunt, v. c. Laurentinum saeculi tertii decimi apud Bandin. *l. c. T. II.*, *p.* 142. Verum quoniam necessaria est disquisitio tum ad usum exemplarium typis exaratorum circumscribendum, tum ad dirigendam operam criticam universam, taediosum opus alacri animo suscepi. Ex quo quid redundarit fructus, deinceps exponamus.

In genere autem videtur illud tenendum esse, quod, quamquam ingens exstat exemplorum numerus, de quorum scriptura codices mirum quantum inter se discordant, ex uno tamen omnes derivati sunt exemplari arctissimisque inter se vinculis continentur. Exemplar autem illud, quod familiam duxit olim, quum ex antiquitate ipsa in aetatem barbaram atque incultam translatum varioque modo mendis et lacunis deturpatum esset, post ab curiosis hominibus sedulo transcriptum et multifariam aut ex opinionum auctoritate aut ex grammaticorum traditione seorsim propagata mutatum, emendatum, depravatum fuit. Talium deinceps exemplarium apographa, novis procul dubio curis egregie instaurata, ad nostram aetatem pervenerunt.

Ac pro certis quidem communis originis indiciis primum locos habeo eos, qui in pluribus codicibus, ceteroquin in ipsa vicinitate admodum discrepantibus, levi aliquo mendo insigni conquinati sunt. Quorum quum hodieque non exiguus sit numerus, valde eum auctum iri suspicor, si omnes codices pari diligentia erunt pertractati. Interea vim magnam ad persuadendum exempla habent haecce: *V.* 763. pro ἀναστρέφεται ed. Iunt. 2. et codd. Med., Paris. 1., et Emm. habent ἀναστρέφεται. — *V.* 648. ἐκγενόμεσθα propter aliorum versuum similitudinem abiit in ἐξεγένοντο, quod tenent codd. Med., Londin., Paris. 1., Tricl., Vat., Taurin., et Trincav. ex codice, ut auguror, Paullino. —

L

V. 628. ubi versu iubente scriptum hodie est σὺν κείνοις νίκην, codd. Med., Bodl., Lond. saltem cum exempl. Aldi, Iuntae, Trincavelli κείνοισι exhibent. Ac praestat fortasse transpositione versum sanari in hunc modum:

νίκην σὺν κείνοισι καὶ ἄγλαον εὖχος ἀρέσθαι.

Eadem quippe verborum series deprehenditur *Il*. η, 203.:

δὸς νίκην Αἴαντι καὶ ἄγλαον εὖχος ἀρέσθαι,

et *Scut*. *v*. 339.:

νίκην ἀθανάτῃς χερσὶν καὶ κῦδος ἔχουσα. —

Deinde *v*. 323.:

πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων —

codd. Med., Bodl., Paris. 1. et ed. Iunt. praebent:

πρόσθε λέων, ὄπισθε δράκων —.

Quod quidem mutationi variae dedit ansam. Vide M. Neandri *Opus Aur*. *T*. *I*., *p*. 520. Fuit autem id ipsum fortasse grammaticorum inventum, diversae loci scripturae congruum. — *V*. 336. recte vulgatur ἐκ κητοῦς καὶ φόρκυνος γένος ἐστίν. Sed ed. Iunt. et cod. Paris. 1. habent κητοῦς τε καὶ φόρκυνος, Mediceus autem κητοῦς τε καὶ φόρκυνος. Ex Bodl. codice quum item aliquid discrepantiae esset annotatum, verba typothetae socordia prorsus corrupta esse videntur. — *V*. 910. pro εἴβετο contra metri legem apertissimam εἴβεται scriptum est in codd. Med., Par. 1., Bodl., Vatic., in edd. Ald. et Iunt. 1., et apud grammaticos Byzantinos, Etymologum M. et Zonaram. Quippe blanditur vulgaris temporum consuetudo. — *V*. 862. ἀϋτμῇ praebent exempl. Ald., Iunt., Trinc., codd. Med., Bodl., Cant., Par. 2., Ven., Vat., Taur.; vera scriptura est ex nullo libro prolata. — *V*. denique 557. edd. Ald. et Iunt. cum codd. Med. et Bodl. habent θυηέντων ἐπὶ βομμῷ. Verum βωμῶν ex solo Cantabrig. notatum est.

Haec exempla, si opus esset, etiam ex nostris libris ad ingentem cumulum nullo negotio augeri possent. Verum fieret id tamen incassum. Plurima enim istiusmodi non huc faciunt quicquam, sed ad secundarias codicum familias recentiores detegendas verius adhibentur. Alia deinde ex communi plurimorum librariorum errore derivari debent, quibus quae prosa oratione protrita sunt, malo consilio poetarum libris inferre placuit. Egregium exemplum praestat *v*. 276., ubi edd. Ald. et Iunt., et codd. Med., Par. 1., Bodl. pro Σθεινώ, quod metrum postulat, Σθενώ exhibent. Idem autem hic versus passus est apud Herodianum περὶ μον. λέξ. *p*. 13., 3., idem hoc nomen apud Nonnum *Dion*. 25., 54. 40., 229. aliosque. Videlicet hac forma illam omnes scholiographi et id genus homines saepenumero compellarunt. V. Io.

Diacon. *ad Theog.*, Tzetz. *ad Lycophr.* 17. *p.* 292., Hygin. *praef.* *p.* 9.

Ceterum in magno vitiorum numero non dubito, quin quum permulta plurimorum olim codicum fuerint communia, bona pars in paucis postmodo correcta, reliquis vero fideliter fuerit propagata. Qua in re accidere poterat, ut perversa scriptura eiusdem loci partim hoc, partim alio codice servata nobis sit. Quod quum semel iam nostris in libris observetur, magnum et ipsum praestat sententiae nostrae firmamentum. Etenim in Iunt. et in codd. Taur. et Med. *v.* 165. pro *πατέρος γε* reperitur *πατρὸς δέ*. In codd. Bodl. et Londin., qui vulgatam illorum verborum tenent scripturam, (nam licet nihil hac de re ab Robinsono sit annotatum, vix tamen, si quid erat discrepantiae, fugisset eius aciem), pro *πείθεσθαι* legitur *πείθεσθε*. Utrumque per se est falsissimum ac, si singulatim expenditur, omni caret significatu. Verum coniunctis illis in hunc modum:

Παῖδες ἐμοὶ καὶ πατρὸς ἀτασθάλου, αἴ κ' ἐθέλητε
πείθεσθε, πατρὸς δὲ κακὴν τισαίμεθα λώβην,

aliqua saltem cogitationis species efficitur; quae licet nec vere adumbrata sit, nec cogitando scite suscepta, non est tamen eorum hominum ingenio indigna, quibus curae olim fuerunt haec carmina.

2. Sed omne hoc genus velitandi causa praemissum est, ad pungendos illud magis quam ad commovendos animos aptum. Iam vero instat validius agmen graviorum vitiorum, quorum ad omnes sive ad plerosque codices item pertinet communio. Haec pari quidem facilitate deprehenduntur, sed saepe ad corrigendum minus sunt expedita. Ea dico, quae numerorum decursum perrumpunt, verba transmutant, sententiam pessumdant. In hoc quoque genere non omnia iam certo tenemus; quippe ubi facilis erat medicina, saepe ab doctis iam reperta est librariis. Sed feliciter tamen factum saepenumero est, ut ex ipsa curatione non peritum medicum, sed indoctum fartorem dignoscas. Quapropter hoc genus exempla studiose pervestigabimus.

Exordium fiat ab luculentissimo, quod est *v.* 288.:

μιχθεὶς Καλλιρόῃ κούρῃ κλυτοῦ Ὠκεανοῖο.

Qui versus quum pertineat ad genus Geryonis designandum, casu olim post *v.* 279. intersertus, Medusae fabulam ad ludibrium usque pervertit. Isto tamen in loco versum ostendunt edd. Ald. et Trincav., atque cod. Bodl. Nam Robinsoni notatio *p.* 484. in hanc sententiam ab Gaisfordo est correcta. Ab aliis importunus versus prorsus sublatus est, v. c. in codd. Par. 1. et Med., atque in exempl. Iunt. 2. Neque

ἐν δέ οἱ ὄσσε
σπινθαρύγεσσι πυρὸς ἐναλίγκια μαιμώωντι
λάμπεται —,

Hesiod. *Opp.* *v.* 432.:

εὖτ' ἂν Ἀθηναίης δμωὸς ἐν ἐλύματι πήξας. —

Res vertitur in pronuntiatione litterae σ concitata, quae quum in longo vocabulo ruente syllabarum decursu aliquantum augeatur, tamen in brevi pariter usu venit. Sententia deinde, quae prodit ex emendatione nostra, prompta est ac facilis, ducta illa ab re agricolis et nautis valde nociva. V. Moschopul. περὶ σχεδῶν *p.* 211.: ἔστι δὲ πρηστὴρ πνεῦμα πυρωθέν, οὐ μὴν ἐξαφθὲν δι' ὅλου, σφοδρὸν μέντοι καὶ ἀθρόον, ἄχρι τῆς γῆς διεχθέον. Aristot. *ap.* *Stob.* *Eclog.* *phys.* *I.*, 42. *p.* 674., Plutarch. *de placit.* *phil.* *III.*, 3. *p.* 893. Egregie rem declarat Valerius Flaccus *Argon.* *III.*, 130. 131.:

Quantus ubi immenso prospexit ab aethere Typhon,
Igne simul ventisque rubens, quem Iupiter alte
Crine tenet: trepidant diro sub lumine puppes.

Structura vocabulorum ab vulgari more aliquantum recedit; verum plura in hoc genere admisit Hesiodus, quae ad faciliorem casuum et praepositionum usum pertinent. Ceterum hunc locum Colluthus nondum luxatum legisse videtur. V. *v.* 52.:

ἤθελε δ' ἠχήεντα πυρὸς πρηστῆρα τινάσσειν.

Nam ne quis inepti me imitationum studii arguat, haud pauca exstant in Colluthi carmine exempla, quae Hesiodeorum locorum colorem traxerunt. V. *v.* 5. 6. 25. 57. 69. 140. 167. Denique luculenter confirmant emendationem Scholia Venet. et Parisin. *ad h. l.*: ὑπὸ τοῦ Διὸς καὶ τῶν κεφαλῶν τοῦ Τυφωέως, τοῦ μὲν διὰ τὰς βροντάς, τοῦ δὲ διὰ τὰ πνεύματα, διαπύρων τῶν φυσικῶν. Ceterum verbo hic notandus est Etymol. M. *p.* 772., 36. *sqq.*: Τυφώς, ὁ κατὰ θάλασσαν, ὑφ' οὗ τὰ πλοῖα φθείρεται. εἰσὶ δὲ τρία τυφών, πρηστήρ, κεραυνός. Principium scholii ad v. φθείρεται ex Photio descriptum est *Lex.* *p.* 612., 14. Reliqua unde venerint, nescio; sed quum ad recentem Graecorum consuetudinem manifeste pertineant, nemo ea ad vulgatam h. l. scripturam defendendam adhibere poterit. Cfr. Schol. *ad Arat.* *v.* 785., Gyrald. *T.* *I.*, *p.* 619. *C.* *D.*, Lucret. *de rer. nat.* *VI.*, 423. *sqq.* Buttmannus quum de notione vocis πρηστήρ disputaret *Lexil.* *T.* *I.*, *p.* 105., loci Hesiodei fuit immemor.

V. 563. codd. Med., Bodl., Lond., Cantabr., Ven. et Taur., atque edd. antiquae omnes ineptum illud et sensu cassum μελίησι sive μελίῃσι ostendunt. Propinquum huic est

et inde ortum *μελίοισι* codicum Parisinorum 1. 2., quod Scholiasta, qui ex Veneto tertio, ut arbitror, a Trincavello prolatus est, qualemque et Caelius Rhodigin. *A. L.* 18., 31. *p.* 1026. legit, et Gyraldus *T. I.*, *p.* 175. *G.* sub Procli nomine apposuit, homo novitius, qui aliunde subtilem doctrinam de hominum origine expiscatus erat (v. *ad v.* 187.), mirifice etiam interpretari annititur.

V. 691. edd. Ald., Iunt. 1. 2. et Trincav. cum cod. Bodl. (ap. Gaisfordum) male sanum exhibent hunece:

ἴκταρ ἅμα βροντῇ τε καὶ ἀστεροπῇ εὖ ποτέοντο.

Dupplex huic parata est medela: aut eiicienda est vocula incommoda, uti factum est in codd. Par. 1. 2. et Lond., aut lenis instituenda mutatio:

ἀστραπῇ εὖ ποτέοντο.

Hanc scripturam nondum ex ullo codice habemus notatam; sed mox spero habebimus. Nam quod in codd. Med. et Cantabr. legi tradunt:

ἀστραπῇ ποτέοντο,

exinde ortum est manifesto. Haec autem forma non antiquae sed recentis est consuetudinis. V. Arat. *v.* 924.:

καὶ θέρεος βρονταί τε καὶ ἀστραπαὶ ἔνθεν ἴωσιν —.

Quocirca altera scriptura praeferenda esse videtur; qua admissa, opportune carebimus voculae εὖ, cuius in amplissima hac descriptione nullus est usus.

V. 706. edd. Ald. et Iunt., codd. Par. 1., Bodl., ac fortasse Vatic., Lond. et Cantabr. praebent turpiter depravatum:

σὺν δ' ἄνεμοι ἔνοσίν τε κόνιν τ' ἐσφαράγιζον.

Trincavellus eundem una etiam privavit syllaba ex Triclinii, ut arbitror, auctoritate:

ἔνοσίν τε κόνιν τ' ἐσφράγιζον.

Librarius Paris. secundi defectum haud inscite, infeliciter tamen supplevit in hunc modum:

ἔνοσίν τε κονίην τ' ἐσφαράγιζον.

Eandemque viam ingredi volebat is, ex cuius auctoritate pendet codex Mediceus; in hoc enim scriptum est:

ενοσιην κονιην τ' ἐσφράγιζον.

Stephaniana emendatio, quae nunc in libris vulgatur,

σὺν δ' ἄνεμοι ἔνοσίν τε κόνιν θ' ἅμα ἐσφαράγιζον,

nullo, quod sciam, codicum testimonio confirmata est. Egregie enim falleret, si quis Bandinii narrationem de cod. Laurent. plut. 91. c. 10. *Catal. T. III.*, *p.* 429. in hanc sententiam certo explicandam esse affirmaret. Sed quum Stephanus omnium tulerit assensum, inter quos memoro Hermannum *Orphic. p.* 727., opus erit accurata loci

disceptatione. Ac primum quidem σφαραγίζειν ex hoc ipso, ut arbitror, exemplo petitum illustrat Etym. M. p. 737. sq., quem bona fuisse usum antiquorum auctoritate ex Orione intelligitur *Etym.* p. 143. His igitur testibus virorum doctorum emendatio in Hesychio *T. I.*, p. 1472. tentata satis confirmatur. Locus autem Hesiodeus haud erit ad restituendum difficilis, si modo tum de vera verbi notione constet, tum quid hic agatur loci, quidve rebus congruum sit, sollerter fuerit perceptum. Scholiasta Cantabrigiensis ed. Basil. versum explicat hisce: οἱ δὲ ἄνεμοι σεισμοὺς καὶ κόνιν ἐποίουν, ἠχοῦντες συνετάρασσον. Eandem deinde notionem rem commovendi cum strepitu et Guietus admisit quum Hesychium emendaret, et Passowius nuper agnovit *in Lexic.* s. v. — Σφαραγίζειν autem quum idem sit quod σφαραγεῖν, non potest diversam asciscere notionem. Nam si quid utrique intercedit discriminis, illud fortasse strepitum significat paullo concitatiorem. Itaque veram interpretationem habet Etym. M. *l. c.*: σφαραγίζω, τὸ ἠχῶ. Eandem docte confirmavit Eustathius *ad Odyss.* p. 1636. *in.*: Πίνδαρός που ἐπὶ πολυήχου τὸ ἐρισφάραγον τίθησιν. δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ ἡ τοῦ χαλκέως ἐνταῦθα παραβολή, εἰς ταὐτὸν ἄγουσα τὸ σίζειν καὶ τὸ ἴσχειν (leg. ἰάχειν, cuius frequens illa est depravatio; v. Valcken. *in Mosch. epit. Bion.* p. 85. sqq.) καὶ τὸ σφαραγεῖν, πλὴν ὅσον τραχύτερον τὸ σφαραγεῖν, ὡς δηλοῦν καί τινα βρασμόν. Deinde etiamsi hic versus ad istam Guieti rationem accommodate explicari posset, tamen qui sequitur, omnes calculos perverteret. Ecquis horum poetarum dixit ventis ferri ac moveri Iovis fulmina? Quod si cogitari nequit, nulla erit verbo admovenda interpretationis machina, qua in istam sententiam detorqueatur. — Iam id hoc loco agitur, ut quum unius vocabuli defectu versus pariter atque sententia laborent, facili emendatione haec et reperiatur et versui restituatur. Utrumque assequutus esse videor scribendo:

σὺν δ' ἄνεμοι ἔνοσίν τε κόνιν τε μετ' ἐσφαράγιζον.

Absoluta fere fuit horrendi certaminis descriptio. Strepitu autem tonitruum, fulminum stridore, fragore rupium hinc illinc ruentium, quid tandem gravius ac terribilius dici potuit? Augeri ista possunt re nulla, nisi forte ea, quae in se recipiat omnia suaque natura perferat et accumulet. Ecquid igitur commodius hic dici potuit, quam quod validi vis incita venti omnium rerum tumultum perstrepet? Contremuerunt terrae, maris coelique fundamenta: ventus suscipit sonum perferendoque adauget. Moles rupium undique cadentium ingentes suscitant pulveris globos: corripit illos ventus adauctoque stridore

perfurit. Concussa tonitru omnia tremunt; ventorum vis late sonum perfundit. Fulmina sparguntur in terras et ventorum turbines dissecant; efferati strident venti et caeca vi ipsa Iovis tela perfringere gestiunt. Quod quale sit, non fugerit rerum naturalium studiosos.

V. 733. tam mira prostant codicum discrimina, ut primitivam scripturam vix tuto dignoscas. Tria tantum scripturae genera versum complent: unum ed. Trincavell. et fortasse codd. Cantabr. et Londin.:

τεῖχος περίκειται δ' ἀμφοτέρωθεν.

At in hoc primum offendit intolerabilis numerorum debilitas; deinde illegitima est apud hunc poetam post vocabula duo, quae unius sententiae ratione non continentur, particulae copulativae collocatio. Inconsultius enim Muellerus *de poet. cycl. p.* 145. incerto hoc exemplo usus unico — reliqua enim, quae affert aut quae addi possunt, valde diversa sunt — contrariam sententiam probatum ivit. Alterum genus, Iuntinae secundae proprium ac fortasse ex recentissima Italorum coniectura ortum,

τεῖχος περίκειται ἀμφοτέρωθεν,

defectus copulae satis coarguit vitii. Tertium denique cod. Parisini alterius et Vaticani:

τεῖχος δὲ περιέχεται ἀμφοτέρωθεν,

(quamquam de particulae sede nihil notavit Ruhnkenius), et metro satisfacit, et ad Graecae dictionis indolem est accommodatissimum. Idem enim cogitandi modus placuit Homero *Od.* ω, 324.:

περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντῃ,

idem Archilocho versu a Porphyrio servato *in Schol. Leid. et Ven. B. Il.* ι, 90.:

τοῖον γὰρ αὐλὴν ἕρκος ἀμφιδέδρομεν.

Quin idem vitae consuetudine communi fuit receptus. Ab horum auctorum consensu quod poeta aliquantum recessit verbo usus alieno, nihil poterat institui prudentius. Nempe notio currendi quum optime transferatur ad cellam sive murum parvulum locum ambientem, quum de ingenti spatio dicendum sit, ad ipsam loci pariter atque muri magnitudinem amplificandam multo est eundi notio accommodatior. — In hac autem omnium rerum convenientia unum non satis est expeditum, quod quum ad grammaticam vocabuli rationem pertineat, gravissimam in hac causa habet auctoritatem. Etenim Hermannus, qui pridem eandem scripturam ingenio repertam commendavit *ad Orph. p.* 820., elisam esse dixit vocalem praepositionis finalem secundum Aeolensium morem. Nihil impedio equidem. At vellem tamen certius eiusdem rei

ex carminibus Hesiodeis proferri posset exemplum, quam ambiguum illud *περίαχε Theogon.* 678., a Quinto Smyrnaeo postea cum aliis vocabulis Hesiodeis decantatum. Illud enim vix dubitari potest, quin verius nuper a Buttmanno *Gr. gr. T. II.*, *p.* 355. et ab Choerobosco olim ad crasin fuerit relatum. Apponam eius verba, ab Etym. M. *p.* 92., 9. *sqq.* servata, tanquam memorabile veteris eruditionis documentum: αἱ εἰς φωνήεντα λήγουσαι προθέσεις δέχονται καὶ τὸν λόγον τῆς ἐκθλίψεως καὶ τὸν λόγον τῆς κράσεως. καὶ αἱ δεχόμεναι τὸν λόγον τῆς ἐκθλίψεως, οὐ δέχονται τὸν λόγον τῆς κράσεως. οἷον [προέστη, προύστη τέ μου], ἀναέρχομαι, ἀνέρχομαι. αἱ δὲ δεχόμεναι τὸν λόγον τῆς κράσεως, οὐ δέχονται τὸν λόγον τῆς ἐκθλίψεως. οἷον προέστη, πρόστη (leg. προύστη), περιίαχε, περίαχε πόντος ἀπείρων. Ubi quae seclusi verba contra auctoris consilium interposita sunt. — Deinde quamvis certa aliquot formarum Aeolicarum exempla exstant apud Hesiodum, admonendum tamen videtur, quo in loco versemur. Nempe in eo, ubi proxime antecedit forma in omni epicorum disciplina plane inaudita, quique non unum praeterea recentioris aetatis vestigium exhibet, quam cui vulgo reliqua carminis pars assignari solet. — Interim quum ad librorum auctoritatem prae ceteris dirigenda haec opera est, non immerito περοίχεται locum tenebit suum; neque enim aliunde verisimile est corruptelas codicum paullatim esse exortas. Nimirum in codice principe τεῖχος δὲ περοίχεται fuisse videtur; quemadmodum et in cod. Bodl. clare scriptum est ex Robinsoni narratione *p.* 484., et similiter in Ald. et Iunt. 1. expressum περ οἴχεται, eodem videlicet consilio, quo librarii codd. Cant. et Par. 1. περίαχε in περ ἴαχε distraxerunt. Hinc alii veram rationem perspexerunt, alii abierunt ad id, quod proximum erat sonorum aequalitate,

τεῖχος δὲ περίχειται.

Hoc exstat in codd. Schol. Bas. *p.* 262., Par. 1. et Med., nisi quod in hoc τοῖχος legitur, citra necessitatem introductum. Vide Dorvill. *Vann. crit. pag.* 619. Id deinde quum metro repugnet, facile ab aliis postea in eam speciem mutatum est, de qua diximus supra.

V. 850. Trincavellus ex Tricliniano, ni fallor, codice edidit τρέσσε δ' ἀΐδης, in Mediceo deinde codice est τρέσε δ' ἀΐδης. Hoc primarium fuisse videtur. Nam quod codex Par. 1. praebet τρέσσε δ' ᾄδης, aut quod Bodl. cum edd. Ald. et Iunt. habet, τρέσσε δ' ἅδης sive ἄδης, id dupplicĭter prodit indoctam manum emendatricem. Quippe haec nominis species Atticae et vulgaris consuetudinis

est propria nec ab epico poeta antiquo usquam adhibita. Contrarium temere affirmabat Heynius *ad Apollodor. T. I., p.* 6. Nam unum illud quod contra produci potest exemplum ex h. Hom. *in Cer. v.* 348.:

Ἀΐδη κυανοχαῖτα, καταφθιμένοισιν ἀνάσσων,

nec certum per se est et in ambiguo carmine legitur. Recentiorum deinde poetarum crebrior observatur usus, quamquam in loco saepius, quam in Deo significando. V. Theocrit. *Id.* 2., 33. 25., 271., Epigr. 6., 3., Asclepiad. *Anth. Pal. V.*, 85., Automed. *ib. V.*, 129., 8., Polyaen. *ib. IX.*, 1., 5., Pallad. *ib.* X., 88., 1., Meleag. *ib. VII.*, 476., 7. *VII.*, 13., 3. *VII.*, 468. 470., Leonid. *ib. VII.*, 67., 7., Antip. Sidon. *ib. VII.*, 423., 7., Tymn. *ib. VII.*, 433., 5. 729., 3., Parmen. *ib. VII.*, 183., 2., Ino. *ib. VII.*, 221., 5. *IX.*, 61., 5., Hymn. Orph. 18., 9., Maneth. *Apotel.* 4., 411., Orac. Sibyllin. *l.* 1., *p.* 79. *l.* 2., *p.* 273. *Gall.* De codicum Par. sec., Lond. et Cant. fide res incerta est, conferentium, puto, negligentia. Certum tamen est, variis editorum coniecturis fidem adhiberi non posse. Veram autem scripturam grammaticis servatam, sed a nemine dum usurpatam, legitimo loco expromam.

V. 823. 4. inde a primis temporibus editum est:

οὐ χεῖρες μὲν ἔασιν ἐπ' ἰσχύϊ ἔργματ' ἔχουσαι
καὶ πόδες ἀκάματοι κρατεροῦ θεοῦ.

Locus, ut nunc est, vix sanus est. Wolfius. Verissime monitum; sed frustra fuit in emendando, pariter atque Heynius, Clericus, Guietus. Interpretatio Vossiana nihil fere praestat Basileensi. Goettlingius ne verbum quidem. At quum in aperto positum sit, qualis sententiae species unice conveniat poetae consilio, verba facile in eam redintegrari poterunt. Scribendum autem duco, mutatione paene nulla:

οὐ χεῖρες μὲν ἔασιν ἐπ' ἰσχὺν ἔργματ' ἔχουσαι.

Manus roboris plenae ad res magnas perficiendas. Haec enim primaria est vocabuli ἔργματα notio. Sic h. Homer. *in Lunam v.* 18. 19.:

σέο δ' ἀρχόμενος, κλέα φωτῶν
ᾄσομαι ἡμιθέων, ὧν κλείουσ' ἔργματ' ἀοιδοί.

Convenit grandiloqua Pindari musa. Deinde quod praepositio ab substantivo seiuncta est, probis exemplis illustrare licet, *Odyss.* λ, 115.:

δήεις δ' ἐν πήματα οἴκῳ,

Od. ε, 154. 5.:

ἀλλ' ἤτοι νύκτας μὲν ἰαύεσκεν καὶ ἀνάγκῃ
ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ.

Vide Matth. *Gr. gr.* §. 595. *p.* 1191., Thiersch. *Gr. gr.* *p.* 486. Insuper quamquam ἐπὶ praepositio similibus locis cum dativo construitur, accusativus tamen nec ratione caret et ab exemplorum auctoritate est tutissimus. V. Bernhardy *Synt. ling. Gr. p.* 253. Denique ne quis hanc sententiae enuntiationem nimis simplicem esse censeat, eandem fere simplicius etiam expressam esse admoneo versu sequente: καὶ πόδες ἀκάματοι.

V. denique 196. et 199. si veteres critici Alexandrini tam numerosos accepissent traditos, quam nunc isti in rudioribus codicibus exstant, profecto eos non modo tanquam ἀμέτρους et κακοφώνους obelo cruciassent, sed etiam quam citissime de loco eiecissent. Nostrorum criticorum ingenia fuerunt lentiora. Dudum docuerat Gul. Canterus *Nov. Lect. VII.*, 17.: ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει — aut: εἴαρι πολεῖν —, versus facere nullos; his tamen locis eadem clades prope etiam nunc inflicta est. Atque *v.* 196. omnes codd. et is quoque, quem Gyraldus usurpavit *T. I.*, *p.* 386. *F.*, in mendo vulgari acquiescunt. In Etymol. enim M. *p.* 179., 5. et in cod. Triclin. quod τε desideratur, si consilio factum est, ut videtur, certe recentis hominis studio accidit. Alter deinde versus tam varias variis in libris induit formas, ut de primitiva eius specie vix certi quicquam affirmari possit. Sed unum saltem pro certo haberi potest, κυπρογένειαν fuisse in eo libro scriptum, ex quo reliqui deinceps originem traxerunt. Haec enim scriptura in omnibus aut integra servata, v. c. in edd. Ald., Trinc., Iunt., codd. Par. 1. 2. et Lond., aut obiter immutata est ad metri necessitatem, velut in Bodl.:

κυπρογένει᾽ ὅτι —,

sic enim Robinsoni notationem, quam praeteriit Gaisfordus, explicandam esse existimo, deinde in cod. Triclin.; simili modo Med. et Taur. habent κυπρογένεια, ὅτι —. Quam ob causam Schellershemianum illud:

κυπρογενέα δ᾽ ὅτι γέντο,

quod ex Vat. quoque protulit Goettlingius, non possum quin pro recenti grammatici prudentis emendatione habeam; praesertim quum in Schell. cod. tum *h. v.* aut κυπρογένειαν, quod tradit Thierschius *Gr. gr. p.* 283., aut κυπρογένεια de Werferi narratione *Act. Monac. T. II.*, *p.* 152., in margine sit positum, tum v. 196. vulgato mendo pariter sit deturpatus. Omnino autem codex iste, licet bonae notae, nihil tamen ab reliquorum omnium conditione recedit, et si quid proprii habet boni, diligentiori id grammaticorum curae unice tribuendum est. Confirmatur deinde iudicium nostrum v. γέντο, quod ad refingendum metrum eadem opera institutum

est. Idem apparet in cod. Bodl., h. e. in eo, qui ineptis et bonis grammaticorum mutationibus undique est refertissimus. Reliqui vero libri aut *γένετο* exhibent, v. c. cod. Med. et ed. Iunt., aut *γένοιτο*, quod versum septem metrorum efficit, et recentiorum Graecorum modo loquendi congruum est, v. c. codd. Par. 1. 2. et exemplaria Aldi et Trincavelli.

Quae reliqua sunt communis corruptelae exempla plurima, quum partim minorem habeant persuadendi auctoritatem, partim per editorum negligentiam nondum ex omnibus codd. prolata sint, hoc loco praetermittere satius duco.

3. Superest iam tertius argumentorum locus, qui eorum exemplorum numero constat, quae in omnibus codicibus certum aliquod nec prorsus ineptum genus discrepantiae exhibent ab aliorum testimonio diversum. Non opus erit omnia hic plene percensuisse; sufficit, ex magna locorum copia selegisse eos, qui rem facillime in clara luce ponant.

Primarium locum sibi postulant haec: *v.* 28. *μυθήσασθαι*, 91. *ἀνὰ ἄστυ*, 83. *ἀοιδήν*, 270. *καλλιπαρῄους*, 245. *Σπειώ τε Θοή*, *Θαλίη*, 144. *ἐπώνυμον*, 312. *πεντηκονταχέφαλον* aut *πεντηκοντοκέφαλον*, 326. *σφίγγ'*, 709. *ὄτοβος*, 714. *Γύγης*, 675. *στιβαράς*, 832. *ἄσχετον*, 991. *νύχιον*. Quorum si forte unum alterumve ab hoc loco alienum esse videatur, illustrabimus alibi.

Deinde studiose pervestigabam exempla ea, ubi codd. omnes ab Aldi et Trincavelli scriptura recedunt. Diversa ab utroque habent haec: *v.* 246. et 247. in Nereidum recensu ab Aldo editi sunt hoc ordine:

Καὶ Μελίτη χαρίεσσα καὶ Εὐλιμένη καὶ Ἀγαυή,
Πασιθέη τ' Ἐρατώ τε καὶ Εὐνείκη ῥοδόπηχυς.

Hunc sequutus postea est Trincavellus, nec diversum, puto, vidit Io. Diaconus *p.* 560. Invertunt tamen ordinem tum codd. et schol. Venet., quod alio loco a nobis demonstratum est, tum Schol. Cant.; deinde codd. Med., Paris. 1. 2., Taur., Bodl. et Lond. una cum ed. Iuntina. Nec minoris momenti est illud, quod *v.* 307. ubi vulgo ad Aldi Trincavellique fidem *ὑβριστὴν ἄνεμον* editur, codd. aut *ὑβριστὴν ἄνομον* aut *ὑβριστὴν ἄνομόν θ'* aut *ὑβριστήν τ' ἄνομόν θ'* exhibent scriptum: deinde quod *v.* 374. pro *ὑπεννηθεῖσα*, nonnullis suspecto, omnes in lectione *ὑποδμηθεῖσα* consentiunt. Leviora denique sunt haecce: *v.* 123. *νὺξ ἐγένοντο*, 145. *ἕεις*, 188. *ἀδάμαντι*, 213. *οὔτινι*, 436. *τοῖς*.

Contra Aldi auctoritatem conspirant *v.* 18. 19. permutandis, *v.* 24. *τόνδε δέ*, 238. *γαίῃ*, 258. *Αὐτονόη*, 267. *θ' Ἅρπυιας*, 333. *Φόρκυι*, 482. *πρώτην ἐς Λύκτον*, 574.

ἀργυφέῃ, 596. αἱ μὲν, 624. τε καὶ ἀθάνατοι. Deinde v. 228. Aldus edidit νείκεά τε ψευδέας τε λόγους, codices aut ψεύδεά τε λόγους aut ψεύδεά τε λόγους τ' exhibent. Denique v. 453. Aldi proprium est ῥείη δ' αὖ δμηθεῖσα, quem sequutus est Iunta. At contra Trincavellum haud parcius consentiunt: 151. ἄπλαστοι, 228. φόνους, 328. τόν ῥ', 417. ἔρδων, 503. ἀπεμνήσαντο, 658. σῇσι δ' ἐπιφροσύνῃσιν, 783. καί ῥ' ὅστις ψεύδηται sive ψεύδεται.

Multa denique exempla in eundem censum veniunt, ubi licet de scripturae depravatione aut bonitate non inter omnes libros conveniat, reliquorum tamen discrepantia certissime ex librariorum recentissimorum studiis derivari potest. Horum autem indolem atque copiam reliqua disputatio illustrat.

CAPVT IV.

CONTINVATIO.

Iam quum communis codicum nostrorum origo disputatione hac satis fuerit commonstrata, maiore fiducia ad eam disceptationis partem progredi licet, quae in origine lectionum discrepantiae indaganda versabitur. Quae quidem discrepantia quum varia sit et per singulos codices aeque ac per quasdam codicum affinitates perfusa, in ipso disputationis principio dubitationi cuidam video esse occurrendum. Aut enim negabunt multi, tot tantasque scripturae diversitates, quibus distincti sunt codices, recenti barbaraque aetate enasci, deinde mira perturbatione per libros disseminari potuisse. Aut si nihilominus plerasque istarum ad recentissimam originem ratione et consilio referri concedendum erit, in tanta grammaticorum sedulitate vitiorum communitatem servari non potuisse pertendent. Neutra quidem disputatio admodum est ad respondendum difficilis. Nam primum ut reliquis scriptoribus, sic Hesiodi carminibus media, quam dicunt, aetate non plena adhibita fuit cura nec exacta, sed levissima potius et in singulorum locorum curatione occupata. Deinde quum eadem non ab doctis viris fuerit administrata, sed ab sciolis rerumque gravissimarum ignaris, facile apparet, quomodo ingens vitiorum copia, quorum minime erat obscura conditio, nihilominus relinqui potuerit. Denique quicquid praeterea contra sententiam nostram proferre licet, eo tantum valet, ut vitii antiquitatem luculentius etiam commonstret.

Omnis autem scripturae discrepantia, sive per plures libros dispersa, sive in singulis obvia, ad tres fere species revocari potest: unam, quam ipsa rei gravitas aut certum testimonium ex docta antiquitate repetendam esse commonstrat; inferri autem in carmen poterat aut ex scholiorum farragine, aut ex scriptorum citationibus, aut ex vetustorum grammaticorum commentariis, quorum quidem magna copia Byzantinis magistris parata erat. Altera deinde iis deprehenditur exemplis, quae ingenio et doctrinae grammaticorum

recentioris aetatis plane congrua sunt. Utriusque autem vestigia plerumque internoscere facillimum est, ita ut perpaucis tantum locis dubitare possis, utrum de varia lectione genuina, ex antiquitate propagata, an de recenti coniectura iudicium sit ferendum. Tertium denique genus in solo errore positum est; sed quum grammaticorum istorum doctrina non ab omni parte iam cognita, aut eiusmodi interdum sit, ut vitiorum etiam patrocinium suscipiant, erit nonnumquam, ubi in his quoque rebus grammatici manum non iniuria agnoscere videamur. Ceterum satis probabiliter statuere licet, in codicibus nostris diversissimae aetatis varia coniuncta esse tentamina. De his rebus omnibus quum propter paucitatem librorum collatorum nondum ad umbilicum disputatio perduci possit, errorem non ubique me scio evitasse. Verum prima iecisse disputationis fundamenta, operae erit pretium.

In certas autem familias hodie codices nondum dirimi possunt. Ea est enim nostrorum codicum indoles, ut singuli cum reliquis omnibus de gravissimis rebus tum consentiant tum discordent quam maxime. Sed quum nonnulli tamen exstent loci, quibus prospere aliquis ad explorandas codicum familias uti se posse opinetur, accurata disputatione removebimus singulos. Eminet ex his in fine carminis versus, quo de Telegoni genere dicitur. Exemplaria enim Ald. et Iunt. atque codd. Med., Par. 2., Bodl., Lond. istum non agnoscunt. Contra Trincavellus versum edidit hunc:

Τηλέγονον δ' ἔκτιτε διὰ χρύσην Ἀφροδίτην.

Eundem habent, emendato tamen verbo, codd. Par. 1., Taur., et Schellersh. ap. Creuzerum *epp. myth. p.* 222. not. Dorvillius deinde *Obs. Misc. II.*, 3., *p.* 320. et *ad Charit.* p. 465. ex codice nescio quo protulit talem:

Τηλέγονόν τε ἔτικτε διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.

Nam Wolfius negligenter libros adhibuit. Idem autem versus genus repertum est in cod. Cant. Denique Ruhnkenius *ep. crit. I., p.* 102. versum reliquis exprompsit etiam nequiorem ex codice Parisino:

Τηλέγονον δ' ἔτεκε διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.

Convenit codex Vaticanus. — Quo de versu quum interpretes nondum accurate dixissent, ampliorem non aspernatus sum disquisitionem. Ac primum quidem quae de versus corruptela, de constructione inepta, denique de importuna sede disputari possunt plurima, quibus quidem argumentis insititium esse versum certissime intelligitur, omnia unicuique facillime deprehenduntur. Deinde codicum naturam consideranti et eorum qui versum exhibent et eorum qui eum omittunt prorsus aequalem, non ex antiquo illum exemplari in aliquot libros

transisse, sed recenti potius interpolatione indocti grammatici fuisse nonnullis intersertum, veri videbitur simillimum. Denique cumuli instar demonstrari potest, eundem non modo ab antiquis grammaticis, nedum ab Eustathio hic fuisse lectum. Nam primum Schol. Flor. et Paris. *ad Apoll. Rhod. III.*, 200., qui ob Circes memoriam usurpavit *vv.* 1011. 12. 13., vix praetermisisset istum, qui ad eandem pertinet, si in exemplari fuisset interpositus. Deinde inprimis fructuosa est in hanc disputationem egregia Eustathii diligentia, qui quum in antiquis commentariis doctissimam de omni Ulixis progenie annotationem repperisset, commode eam inseruit annotationibus suis *ad Odyss.* π, 118. p. 1796. *). Ex quibus nostram ad rem haec potissimum pertinent: *ἐκ Κίρκης υἱοὶ καθ' Ἡσίοδον Ὀδυσσεῖ Ἄγριος καὶ Λατῖνος, ἐκ δὲ Καλυψοῦς Ναυσίθοος καὶ Ναυσίνοος. Ὁ δὲ τὴν Τηλεγόνειαν γράψας Κυρηναῖος ἐκ μὲν Καλυψοῦς Τηλέγονον υἱὸν Ὀδυσσεῖ ἀναγράφει ἢ Τηλέδαμον, ἐκ δὲ Πηνελόπης Τηλέμαχον καὶ Ἀρκεσίλαον· κατὰ δὲ Λυσίμαχον **) υἱὸς αὐτῷ ἐξ Εὐίππης Θεσπρωτίδος Λεοντόφρων, ὃν ἄλλοι Δόρυκλόν φασι. Σοφοκλῆς δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς Εὐρύαλον ἱστορεῖ, ὃν ἀπέκτεινε Τηλέμαχος ***). Ὁ δὲ τοὺς νόστους ποιήσας Κολοφώνιος Τηλέμαχον μέν φησι τὴν Κίρκην ὕστερον γῆμαι, Τηλέγονον δὲ τὸν ἐκ Κίρκης ἀντιγῆμαι Πηνελόπην.* Doctae eiusmodi antiquitatis reliquiae quum ab Eustathio non ex ipsis illius thesauris colligi potuerint, sed ex scholiastarum copiis haustae sint, eo maiorem habent apud prudentes iudices auctoritatem. Itaque quum ad Alexandrinos grammaticos disputationis originem summo iure referre liceat, primum quid hoc in loco tum ab illis, tum ab doctoribus Byzantinis lectum fuerit, certo testimonio compeimus. Nam Eustathius licet Theogoniam multo rarius, quam Opera et Dies usurparit ac saepe eius praeterem fuerit immemor, legerat tamen eam et saepe omisso etiam

---

*) Eadem narratio, aliquot locis in compendium redacta et fine destituta, inserta est Eudociae Violario *pag.* 77. *s. v.* *Ἀρκεσιλάου γενεαλογία*, unde repetita est ab Phavorino *s. v.* *Ἀρκεσίλαος p.* 280. *ed. Bas.* Sed ex Eudociae libro, qualem nos legimus, certe non hausit haec Eustathius. Praeterea rem illa attigit *pag.* 394., qui locus magis etiam laborat.

**) Dicit Nostorum scriptorem, de quo v. Vossius *de hist. gr. III., p.* 180 186., Schellenb. *Antimach. p.* 26. *not.*

***) V. Parthen. *c.* 3.

recentioris aetatis plane congrua sunt. Utriusque autem vestigia plerumque internoscere facillimum est, ita ut perpaucis tantum locis dubitare possis, utrum de varia lectione genuina, ex antiquitate propagata, an de recenti coniectura iudicium sit ferendum. Tertium denique genus in solo errore positum est; sed quum grammaticorum istorum doctrina non ab omni parte iam cognita, aut eiusmodi interdum sit, ut vitiorum etiam patrocinium suscipiant, erit nonnumquam, ubi in his quoque rebus grammatici manum non iniuria agnoscere videamur. Ceterum satis probabiliter statuere licet, in codicibus nostris diversissimae aetatis varia coniuncta esse tentamina. De his rebus omnibus quum propter paucitatem librorum collatorum nondum ad umbilicum disputatio perduci possit, errorem non ubique me scio evitasse. Verum prima iecisse disputationis fundamenta, operae erit pretium.

In certas autem familias hodie codices nondum dirimi possunt. Ea est enim nostrorum codicum indoles, ut singuli cum reliquis omnibus de gravissimis rebus tum consentiant tum discordent quam maxime. Sed quum nonnulli tamen exstent loci, quibus prospere aliquis ad explorandas codicum familias uti se posse opinetur, accurata disputatione removebimus singulos. Eminet ex his in fine carminis versus, que de Telegoni genere dicitur. Exemplaria enim Ald. et *Iunt.* atque codd. Med., Par. 2., Bodl., Lond. istum non agnoscunt. Contra Trincavellus versum edidit hunc:

Τηλέγονον δ' ἔκτιτε διὰ χρύσην Ἀφροδίτην.

Eundem habent, emendato tamen verbo, codd. Par. 1., Taur., et Schellersh. ap. Creuzerum *epp. myth. p.* 222. *not.* Dorvillius deinde *Obs. Misc. II.*, *3.*, *p.* 320. et *ad Charit. p.* 465. ex codice nescio quo protulit talem:

Τηλέγονόν τε ἔτικτε διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.

Nam Wolfius negligenter libros adhibuit. Idem autem versus genus repertum est in cod. Cant. Denique Ruhnkenius *ep. crit. I.*, *p.* 102. versum reliquis exprompsit etiam nequiorem, ex codice Parisino:

Τηλέγονον δ' ἔτεκε διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.

Convenit codex Vaticanus. — Quo de versu quum interpretes nondum accurate dixissent, ampliorem non aspernatus sum disquisitionem. Ac primum quidem quae de versus corruptela, de constructione inepta, denique de importuna sede disputari possunt plurima, quibus quidem argumentis insititium esse versum certissime intelligitur, omnia unicuique facillime deprehenduntur. Deinde codicum naturam consideranti et eorum qui versum exhibent et eorum qui eum omittunt prorsus aequalem, non ex antiquo illum exemplari in aliquot libros

transiisse, sed recenti potius interpolatione indocti grammatici fuisse nonnullis intersertum, veri videbitur simillimum. Denique cumuli instar demonstrari potest, eundem non modo ab antiquis grammaticis, nedum ab Eustathio hic fuisse lectum. Nam primum Schol. Flor. et Paris. *ad Apoll. Rhod. III.*, 200., qui ob Circes memoriam usurpavit *vv.* 1011. 12. 13., vix praetermisisset istum, qui ad eandem pertinet, si in exemplari fuisset interpositus. Deinde inprimis fructuosa est in hanc disputationem egregia Eustathii diligentia, qui quum in antiquis commentariis doctissimam de omni Ulixis progenie annotationem repperisset, commode eam inseruit annotationibus suis *ad Odyss.* π, 118. p. 1796. *). Ex quibus nostram ad rem haec potissimum pertinent: *ἐκ Κίρκης υἱοὶ καθ' Ἡσίοδον Ὀδυσσεῖ Ἄγριος καὶ Λατῖνος, ἐκ δὲ Καλυψοῦς Ναυσίθοος καὶ Ναυσίνοος. Ὁ δὲ τὴν Τηλεγόνειαν γράψας Κυρηναῖος ἐκ μὲν Καλυψοῦς Τηλέγονον υἱὸν Ὀδυσσεῖ ἀναγράφει ἢ Τηλέδαμον, ἐκ δὲ Πηνελόπης Τηλέμαχον καὶ Ἀρκεσίλαον· κατὰ δὲ Λυσίμαχον* **) *υἱὸς αὐτῷ ἐξ Εὐίππης Θεσπρωτίδος Λεοντόφρων, ὃν ἄλλοι Δόρυκλόν φασι. Σοφοκλῆς δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς Εὐρύαλον ἱστορεῖ, ὃν ἀπέκτεινε Τηλέμαχος* ***). *Ὁ δὲ τοὺς νόστους ποιήσας Κολοφώνιος Τηλέμαχον μέν φησι τὴν Κίρκην ὕστερον γῆμαι, Τηλέγονον δὲ τὸν ἐκ Κίρκης ἀντιγῆμαι Πηνελόπην.* Doctae eiusmodi antiquitatis reliquiae quum ab Eustathio non ex ipsis illius thesauris colligi potuerint, sed ex scholiastarum copiis haustae sint, eo maiorem habent apud prudentes iudices auctoritatem. Itaque quum ad Alexandrinos grammaticos disputationis originem summo iure referre liceat, primum quid hoc in loco tum ab illis, tum ab doctoribus Byzantinis lectum fuerit, certo testimonio comperimus. Nam Eustathius licet Theogoniam multo rarius, quam Opera et Dies usurparit ac saepe eius praeter rem fuerit immemor, legerat tamen eam et saepe omisso etiam

---

*) Eadem narratio, aliquot locis in compendium redacta et fine destituta, inserta est Eudociae Violario *pag.* 77. *s. v.* *Ἀρκεσιλάου γενεαλογία*, unde repetita est ab Phavorino *s. v.* *Ἀρκεσίλαος p.* 280. *ed. Bas.* Sed ex Eudociae libro, qualem nos legimus, certe non hausit haec Eustathius. Praeterea rem illa attigit *pag.* 394., qui locus magis etiam laborat.

**) Dicit Nostorum scriptorem, de quo v. Vossius *de hist. gr.* *III.*, *p.* 180 186., Schellenb. *Antimach. p.* 26. *not.*

***) V. Parthen. *c.* 3.

nomine contrectavit. Itaque non praetermisisset certe si novisset discrepantiam, quippe quae omnem disputationis vigorem debilitet atque infringat. Deinde quibus potissimum auctoribus ab docta antiquitate Telegoni fabula fuerit attributa, accurate simul pernoscimus. Res autem est ab omni parte certissima, nec ullo argumento elevari potest. Ceteroquin non repugno, si quis Eustathii locum partim corruptum partim lacunosum esse pertendat. Sic verba ἢ *Τηλέδαμον* *) aut in *καὶ Τηλέδαμον* mutanda esse videntur, aut praeter rem certe sic dicta sunt, ut nominis ambiguitas poetae ascribi videatur: id quod alienissimum esset ab antiquo poeta. Cyrenaeus enim iste, quem appellat, est Eugamo, quem et Cyrenensem et Telegoniae cyclicae auctorem cum Proclo aliisque Eusebius nuncuparunt. V. Passow. *Mus.* *p.* 56. 57. Vixisse eum tradunt Solonis et Pisistrati temporibus. Unum est autem animadversione dignissimum, quod Eugamo, secundum Eudociae et Eustathii narrationem, non Circen, sed Calypsonem finxit Telegoni matrem. Quod si vere traditum esset, pugnaret totius antiquitatis consensus. Nam reliqui omnium ordinum scriptores cum in aliis, tum inprimis in hac fabula Telegonea ita sibi constant, ut maternum eius genus omnes appellent Circaeum. Lucianus *Ver. hist. II.*, 35. *T. IV.*, *p.* 295. Ulixem fingit Calypsoni scribentem: *ὕστερον ὑπὸ Τηλεγόνου τοῦ ἐκ Κίρκης μοι γενομένου ἀνῃρέθην.* Cll. *de saltat.* 46. *T. V. p.* 152., Dionys. Halicarn. *IV.*, 45. *p.* 753., Liv. *I.*, 49., Plutarch. *Parall. Min. T. II.*, *p.* 316., Schol. *ad Aristoph. Plut. v.* 303. Eustath. *Od. p.* 1713., 47. *sqq.*: *ὡς δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς μάλιστα ἔμελεν ἅπασι, δηλοῖ πρὸς ἄλλοις καὶ Εὔφαντος, οὐ μόνον Ὀδυσσέως εἰκόνα φασὶν ἐν τῇ σφραγῖδι περιφέρων, ἀλλὰ καὶ τέκνοις θέμενος κλῆσιν Ὀδυσσέως χάριν Ἀντίκλειαν ὁμωνύμως τῇ ἐκείνου μητρὶ καὶ Τηλέγονον καθ' ὁμωνυμίαν τοῦ ἐκ Κίρκης καὶ Ὀδυσσέως.* Deinde poetarum testimonia praeter tragicos commemoro pervulgatum Oppiani locum *Halieut. II.*, 497. Insuper Horatium *Epod. I.*, 30.:

ut superni villa candens Tusculi
Circaea tangat moenia.

---

*) Eadem verba Eudociae narrationi utroque loco interposita sunt. Quippe nomen olim erat compendio designatum, ita ut primae eius litterae nullo negotio legi potuerint, reliqua vero pars coniectura fuerit explicanda. Haec res multorum locorum integritati egregie obfuit. Sic Schol. *ad Apoll. Rhod. IV.*, 892.: *Θελξιόπη ἢ Θελξινόη.* Eudoc. *pag.* 299.: *Ἀλκιβίου ἢ Ἀλκιβιάδου.* Ead. *pag.* 268.: *Κτησιάρχου ἢ Κτησιόχου.*

Propert. *III.*, 28., 4. *s. Lachm.*:

Quid petis Aeaei moenia Telegoni.

Sil. Ital. *Pun. VII.*, 692. 3.:

Quod peperere decus Circaeo Tuscula dorso
Moenia, Laertae quondam regnata nepoti.

Hygin. *fab.* 125.: *Circe cum Ulixe concubuit, ex quo filios duos procreavit, Nausithoum et Telegonum.* Gravissima autem duo sunt grammaticorum testimonia, Scholiastae *ad Od.* λ, 134. *p.* 362. et Hygini *fab.* 127., quae quidem fabula etsi inter vetustissimas non est referenda, bonum tamen procul dubio habuit auctorem, qui Eugamonis narrationem erat sequutus. Denique singularem in hac causa dignitatem habent recentiorum Byzantinae aetatis scriptorum de Ulixis filiis testimonia. Sic Io. Pediasimus. Chartophylax *ad Theocr. Syring. p.* 223. *ed. Heins.*: ἐκ μὲν Κίρκης Τηλέγονος, ἐκ δὲ Πηνελόπης τῷ Ὀδυσσεῖ γεννᾶται Τηλέμαχος. Tzetzes *Chil. v. h. V.*, 566.:

ἐκ γὰρ τῆς Κίρκης Ὀδυσσεὺς τῆς πᾶσι θρυλλουμένης
Αὔσονα καὶ Τηλέγονον γεννᾷ καὶ Κασιφόνην,
ὡς πᾶς φησὶν ἱστορικὸς φροντίζων ἀληθείας.

Cll. *ad Lycophr. v.* 794. 798. et gramm. Paris. *in Boisson. Anecd. T. I.*, *p.* 424. Haec autem omnium auctorum convenientia maximam vim in hanc rem habet idcirco, quod si diversae inter Graecos de Telegoni parentibus ferebantur narrationes, eam verisimile est praevaluisse, quae carmine cyclico eoque antiquissimo fuisset recepta. Denique Procli testimonium, mancum illud et imperfectum, quod quum in alterutram partem trahi possit, in neutram tuto adhibere licet, speciose tamen et ipsum adversus Eustathium usurpari posse putarim. Etenim Proclus, ubi primum Telegoni facit mentionem, tradit haec: κἀν τούτῳ Τηλέγονος εἰς ζήτησιν τοῦ πατρὸς πλέων, ἀποβὰς εἰς τὴν Ἰθάκην τέμνει τὴν νῆσον. ἐκβοηθήσας δ' Ὀδυσσεὺς ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀναιρεῖται κατ' ἄγνοιαν. Τηλέγονος δ' ἐπιγνοὺς τὴν ἁμαρτίαν τό τε τοῦ πατρὸς σῶμα καὶ τὸν Τηλέμαχον καὶ τὴν Πηνελόπην πρὸς τὴν μητέρα μεθίστησιν. ἡ δὲ αὐτοὺς ἀθανάτους ποιεῖ· καὶ συνοικεῖ τῇ μὲν Πηνελόπῃ Τηλέγονος, Κίρκῃ δὲ Τηλέμαχος. V. Bekk. *praefat. ad Tzetz. Antehom. p. XIII.* et *ad Schol. Il. p. III.* Quae si ad Eustathii fidem explicantur, fabulam faciunt licet non ab omni parte ineptam, certe valde inconcinnam nec ullo modo probabilem. At si Eugamo reliquorum memoriae convenit, accidere poterat, ut Proclus vel quisquis ista coegit — id enim nihil refert ad hanc rem — matris nomen, quod erat in omnium notitia, in compendiario narrationis genere

praetermitteret. Contra si diversa fabulae ratio a poeta fuisset instituta, vel negligentissimum advertisset rei novitas. Quapropter omnia nos in eam ducere videntur sententiam, ut propter nominis vicinitatem aut Eustathii errore aut vetustioris librarii negligentia *Καλυψοῦς* nomen pro *Κίρκης* irrepsisse arbitremur. Ceterum omnis haec difficultas neminem advertit eorum, qui de Eustathii narratione cum olim tum nuper exposuerunt. Vide e. g. Wolfium *pag.* 141., Goettlingium *ad l.* et C. G. Muellerum de Telegonia ex professo disputantem *de poet. cycl. p.* 136. *sqq.*

Secundum testem de Telegoni parentibus, Circe et Ulixe, Eustathius *l. c.* produxit Nostorum scriptorem quendam Colophonium. Multos autem olim tum carmine tum soluta oratione Graecorum ex Troica expeditione reditum celebrasse, diserte Suidas testatus est *s. v. νόστοι.* Quorum quum nunc tenuissimae supersint reliquiae, Graecis grammaticis tanta aderat copia, ut iustam singulorum censuram agerent. Itaque quum alii alios amplecterentur, auctoris gravitate, carminis praestantia, rerum fictarum concinnitate aut alia causa publica privatave commoti, auctor huius de qua disserimus annotationis Colophonium illum Nostorum scriptorem prae ceteris probabat et ut facilis ab his esset distinctio, patrio cognomine appellabat. Quod quidem nisi idem plerorumque fuisset de hoc auctore iudicium, nullo modo fieri licuisset. Haec certe utpote verisimillima tenenda nobis sunt. Quo magis mirandum est, quae Muellerum *de cycl. ep. p.* 131. *sq.* incesserit confidentia, ut non modo hunc locum inter fragmenta carminis de *νόστοις* cyclici reponeret, sed demutare etiam auderet Eustathii verba, quum opinioni cuidam suae viderentur esse contraria. Cyclicum autem illud carmen, cuius auctorem Muellerus *p.* 127. post Thierschii disputationem ac Wuellneri notationem *p.* 95. veterato vitio Augiam *) appellavit, ad Hagiam aut Agiam Troezenium pertinere, Procli testimonio constat **).

---

*) V. Lobeck. *Aglaoph. pag.* 256.

**) De Agia Troezenio, oblata hac occasione, pauca liceat expromere non protrita. In Veneto codice deest nomini spiritus notatio uno in loco; alter ostendit asperum. Sed alioquin idem, quod multorum fuit, nomen prope constanter lenem tenere docuit Thierschius *Act. Mon. T. II., p.* 584., alterum tamen scribendi genus verum sibi videri significans. Vellem tamen rationem exprompsisset Thierschius. Haud enim scio, cur ab vulgari scriptionis usu sit recedendum, quippe qui comparato nomine *Ἅγιας* eximie confirmetur. *Ἄγιας* enim tantum distat ab *Ἅγιας*, quantum ab *Ἡγεσίλαος Ἀγεσίλαος*

His iam de prima fabulae origine positis et confirmatis, Hesiodo eam ab docta antiquitate non fuisse tribu-

---

aut ab Ἡγέλεως (v. Paus. *II.*, 21., 3.) Ἀγέλαος (*ibid. X.*, 7., 7.), aut Ἀγησίας ab Ἡγησίας, de quo nomine vid. Wesseling. *ad Diodor. XVII.*, 113., Strabon. *l. IX.*, *p.* 607. *A.* *XIV.*, *p.* 959. *A.* Originationis rationem distincte illustrant exempla nominum in ίας exeuntium simillima indicata ab Apollon. Dysc. *Synt. II.*, 31. *p.* 189., Etym. M. *p.* 606., 10. *sqq.* *p.* 582., 18. *sqq.*, Hesych. *T. I.*, *p.* 288. De nomine Ἄγις propinquo dixit Plato *Cratyl. p.* 394. *med.* Itaque quoniam dialecto tantum differunt nomina, veri non est admodum dissimile, Agiam Troezenium, cyclicum poetam, non diversum fuisse ab Hegia Troezenio, poeta epico, cuius fabulosa carmina usurpavit Pausanias *I.*, 2., 1. Reliqua quae supersunt Agiae poetae vestigia et paucissima sunt nec tam distincte expressa, ut ad eundem omnia referenda esse ab omni parte certum sit. Nam primum Thierschius *l. c.*, quod quum apud Clementem Alex. *Strom. l. VI.*, *p.* 743. Hagiae nomen in Augiam depravatum esse pronuntiasset, eiusdem memoriam ab cyclico poeta non discriminandam esse statuit, minus caute rem administrasse videtur. Nempe poetam eum, cuius nomen apud Clementem vitio obscuratum est, post Antimachi tempora, quem quidem imitando expressisse traditur, necessario vixisse oportet. Cyclicam vero poesin diu ante Antimachi aetatem defloruisse pervulgatum est. Deinde longe impeditius erit de Agia, Argolicorum scriptore, iudicium, quem Athenaeus, Scholiasta Euripidis, Clemens Alexandrinus singulis locis in testimonium vocant. Hunc enim et Vossius inter historicos recensuit *de hist. Graec. l. III.*, *p.* 218., et Thierschius a poeta cyclico accurate secernendum esse contendit. Contra Meinekius poetae conditionem alterius memoria illustrari censuit *Quaest. Scenic. III.*, *p.* 53. Hac autem in causa primum maximi momenti illud est, quod ab Argolicorum scriptore raro separatur Dercyli memoria, historici celeberrimi eiusdemque antiquissimi, de quo praeclare disputavit Valckenarius *ad Schol. Eur. Phoen.* 7. *p.* 596. *sqq.* et *ad Theocr. Adon. p.* 274. *A. B.* Intimam intercessisse inter utrumque necessitudinem, manifesto colligitur ex eo, quod non ob aequalem tantum rerum gestarum narrationem, verum etiam propter eiusdem vocabuli usum notata ab scriptoribus est. V. Athen. *l. III.*, *p.* 86. *F.* Quali vero inter se coniuncti fuerint propinquitatis genere, minime liquet. Sed illud tamen ratione nititur nulla, quod Vossius et Thierschius Agiam inter solutae orationis scriptores reposuerunt. Nam Argolica certe versibus fuisse conscripta, ex Eustathii testimonio efficitur *ad Il. p.* 879., 20. *sqq.*, quod apposuimus *l. I.*, *c. III.*, *p.* 53. Quippe Agiam poetam illic citari monstrant numerorum reliquiae; Argolicorum auctorem testimonium Victoriani scholiastae *ad eund. Il.* locum *p.* 327. *b.* 39.: Αὐγέας (vulgari corruptela) δὲ ἐν α' Ἀργολικῶν φησὶ τῶν Γηρυόνου βοῶν ἀφελέσθαι Νηλέα, ὅθεν Ἡρακλέα Νέστορι παραδοῦναι τὴν ἀρχήν. Hanc sine dubio ob causam Mei-

tam, abunde constat. Ergo insititius est versus; sed quando introductus in Theogoniam fuerit, ne eatenus quidem definire licet, ut post Eustathii aetatem id acciderit necessario. Id vero certo affirmaverim, versum non ex primario quod posuimus exemplari esse ductum, sed recentissimi alicuius critici cura videri procusum de vulgaris fabulae dignitate praeter rem solliciti. Quodsi statuendum non esset, versus in omnibus sine dubio, si bene novi librariorum ingenia, scriptus esset exemplaribus. Deinde indagandis codicum familiis non multum aptus est versus, certe cogi vix quicquam in ista causa inde potest. Nam simulatque in uno aliquo repertus esset exemplari, consequens erat, ut in alia diversissimae originis exemplaria transiret tanquam genuinum antiquitatis monumentum.

Accedimus iam ad locum alterum, qui indagandis codicum familiis prae reliquis aptus esse videtur, *vv.* 721—725. Aldus hanc eorum repraesentavit speciem:

ἶσον γάρ τ' ἀπὸ γῆς ἐς Τάρταρον ἠερόεντα.
ἐννέα γὰρ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων
οὐρανόθεν κατιὼν δεκάτῃ ἐς γαῖαν ἵκοιτο.
ἐννέα δ' αὖ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων
ἐκ γαίης κατιὼν δεκάτῃ δ' ἐς Τάρταρον ἵκοιτο.

Aldum sequuti sunt accurate Iunta et Trincavellus, nisi quod hic *v.* 721. *γῆς* mutavit in *γαίης* et *v.* 723. manifesto errore *οὐρανόθεν* substituit *v.* *ἐκ γαίης*. Deinde si Robinsoni Ruhnkeniique silentio quicquam tribuendum est, codices Bodl., Lond. et Paris. 2. nulla re gravi ab isto genere discrepant. Hi autem versus, si pauca excipias menda nullo negotio eluenda, ab genuina integritate nihil fere discedere videntur. Nam primum *vv.* 722—725. nulla egere defensione, ex concinno orationis genere perspicitur. Deinde eosdem et Io. Diaconus agnoscit *pag.* 589. *ed. Lips.*, et ad verbum fere rettulit Leontius Mechanicus *comm.* *πῶς δεῖ ἱστᾶν σφαῖραν*, *pag.* 265. *ed. Buhle.* Nam quod Leontius versu ultimo habet:

δεκάτῃ ἐς Τάρταρ' ἵκοιτο,

---

nekius Agiam Argolicorum auctorem inter poetas referendum esse censuit; qua in re vehementer approbandum duco eius iudicium. Sed quum Clemens Alexandrinus *Str. I.*, 21. *p.* 381. *cll. Euseb. Ev. Pr. X.*, *p.* 293. ad Agiae Dercylique auctoritatem tradat, captam fuisse Troiam *μηνὸς Πανήμου ὀγδόῃ φθίνοντος*, vereor tamen ne ab cyclico poeta Argolicorum auctor sit disiungendus: videlicet aliena videntur illa ab indole veteris narrationis epicae. Quamquam iam persentisco, ingeniose posse nihilominus defendi Meinekii sententiam.

aut verum est, aut longe saltem praestat vulgari emendandi modo: convenit enim aequalis *v*. 723. clausula. Praeterea quod idem pro *ἐκ γαίης* rettulit *γαίηθεν*, quamquam et ipsum valde blanditur praecedente *οὐρανόθεν* vocabulo, res tamen manet dubia iccirco, quod nulla assunt veteris usus exempla. Recentiores tamen poetae valde frequentant vocem: v. c. Oppian. *Hal. I.*, 39.:

ὃ καὶ γαίηθεν ἰδέσθαι
δεῖμα φέρει.

Lith. script. *v*. 111.:

ἄψ αὖτις γαίηθεν ἀναΐξας ἐδίωκον.

Orac. *ap. Euseb. Ev. Praep. IV.*, *p*. 116. *St.*:

ἄρατε φῶτα γαίηθεν ἀναστήσαντες ἑταῖροι,

qui versus dubito, an sic emendandus sit:

ἄρατε γαίηθεν φῶτ' ἀναστήσαντες ἑταῖροι.

Orac. *ap. eund. ib. VI.*, *in. p*. 139.:

ἐκφύεται γαίηθεν ὀδῶν ὅθι λείμακες ὄμβρου —.

Γῆθεν, usurpatum illud Aeschylo *Eum*. 830. aliisque, illustrat Etym. M. *p*. 13., 8. Denique propinquum est *γειόθεν*, de quo docte disputavit Apollonius *de adv*. *p*. 601. 2.; exstat hoc apud Callimachum *fragm*. *pag*. 582.:

γειόθεν ἀντέλλοντα.

Interim haec omnia ad vindicandam Leontii scripturam vix sufficiunt. — Denique *v*. 721., quem Ruhnkenius, Heynius et Wolfius damnarunt, utpote absurdum stolidi Grammatici emblema, quemque defendere saltem noluit Goettlingius, primum non negligendum est, quod manifesto respicitur ab Io. Diacono fusius locum explicante. Sic enim ait *p*. 589., 16.: *ὃ δὴ κάτω ἡμισφαίριον ἔοικε λέγειν Τάρταρον ἠερόεντα, εἰς ὃν ἀποπέμπονται οἱ Τιτᾶνες.* Deinde *ib. l*. 25.: *Τάρταρον οὖν ἠερόεντα δοκεῖ μοι λέγειν ὁ παρὼν ποιητὴς τὸ ὑπὸ γῆν ἡμισφαίριον.* Deinde Apollodori silentium, cui Ruhnkenius momenti aliquid tribuere videtur, nequaquam huc facit, nisi forte illud erat Apollodori consilium, ut omnem poetae narrationem soluto tantum metro apponeret. Sententia denique, quam versus comprehendit, tantum abest, ut inepta videatur ac langueat mirifice, ut et concinne dicta sit et prope necessaria ad absolvendum narrationis ambitum. Videlicet dixerat poeta, Titanas detrusos esse

ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Qualis vero his verbis descriptus esset locus, nec ab Hesiodo

erat hoc carmine significatum, neque ex Homero disci poterat, quippe qui paullo diversum novit Tartari situm:

τόσσον ἔνερθ' Ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Tota igitur narratio, nisi istum poeta addidisset versum, minime erat omnibus perspicua.

Convenit igitur, universum hunc locum secundum Aldi fere traditionem eodicibus aliquando fuisse propagatum. Deinde fuerunt, opinor, alii, qui v. 721. exhiberent in hanc formam:

τόσσον γάρ τ' ἀπὸ γῆς ἐς Τάρταρον ἠερόεντα.

Difficile autem est dictu, utrum scripturae genus genuinum sit; praebent enim eandem sententiam, ac neutrum quicquam habet offensionis.

His positis, varia reliquorum librorum corruptela facilem habet explicatum; prodiit autem universa ex utroque quod modo significavimus codicum genere eum in modum, ut primum ob similem versuum clausulam casu interdum errarent librarii, deinde varia accederet grammaticorum cura, haud admodum tamen salutaris illa. Ac primum quidem in Mediceo codice erratum ita est, ut versum 720. continuo excipiat v. 725. Eundem fere in modum Triclinius loco vv. 721 —725. scripsit hos:

ἐννέα γὰρ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων
ἐκ γαίης κατιὼν δεκάτῃ ἐς Τάρταρον ἵκοι.

Nisi forte ultimis verbis Goettlingii diligentia defecit. Deinde codex Taurinensis haec tantum exhibet:

ἶσον γάρ τ' ἀπὸ γῆς ἐς Τάρταρον ἠερόεντα.
ἐννέα γὰρ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων
ἐκ γαίης κατιὼν δεκάτῃ ἐς Τάρταρον ἵκοιτο.

Contra in codice Parisino 1. reperiuntur pro vv. 721—725. hi:

τόσον γάρ τ' ἀπὸ γῆς ἐς Τάρταρον ἠερόεντα.
ἐννέα γὰρ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων
οὐρανόθεν κατιὼν, δεκάτῃ δ' ἐς Τάρταρον ἥκοι.

Mombritiani quoque libri hac parte nostris nihil praestiterunt; is enim quum v. 720. exornasset uberius in hunc modum:

Hinc tanto refugis spatio telluris horizon
Editior, quanto polus a tellure recedit,

vv. 721—725. praetermissis, continuo pergit ad v. 726.

Ingens loci hiatus attentum librarium praeterire non poterat; itaque multi in eo redintegrando operam posuerunt. Hinc codex Cantabrigiensis loco v. 720—725. nactus est hos:

τόσσον ἔνερθ' Ἀΐδης, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.
ἐννέα γὰρ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων
ἐκ γαίης κατιὼν, δεκάτῃ ἐς Τάρταρον ἵκοι.
τόσσον δ' αὖ ἀπὸ γαίης ἐς Τάρταρον ἠερόεντα.

Longe argutius auctor codicis Vaticani, qui omnia discrepantiae genera miro iudicio copulavit:

τόσσον δ' αὖ ἀπὸ γαίης ἐς Τάρταρον ἠερόεντα.
ἐννέα γὰρ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων
οὐρανόθεν κατιὼν, δεκάτῃ δ' ἐς γαῖαν ἵκοιτο,
ἶσον δ' αὖ ἀπὸ γαίης ἐς Τάρταρ' ἵκοιτο.
ἐννέα γὰρ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων
ἐκ γαίης κατιὼν δεκάτῃ δ' ἐς Τάρταρον ἵκοι.

Idem fere institutum fuit in codice Parisino, de quo Ruhnkenius dixit obscure *ep. crit. I., p.* 98. Deinde ex simillimo codice profecit is, qui ad marginem Medicei posuit haec:

οὐρανόθεν κατιὼν δεκάτῃ ἐς γαῖαν ἵκοιτο.
ἶσον δ' αὖτ' ἀπὸ γαίης ἐς Τάρταρον ἠερόεντα.
ἐννέα γὰρ οἱ νύκτας.

Ad medium versum praeterea notatum est: *γρ. τόσσον δ' αὖτ' ἀπὸ* —.

Ex tota igitur hac disquisitione nihil fere in nostram caussam percipi potest utilitatis, nisi quod codicibus Tricliniano, Taurinensi, Cantabrigiensi et Mediceo quaedam similitudinis species comparatur. Quamquam non est tanta, ut singuli libri suam quandam propriam non habeant hoc ipso loco discrepantiam. Contra codicem Aldinum, Parisinum 2., Bodl. et Lond., qui hac parte non videntur esse luxati, ex una repeti familia, multo etiam minus est expeditum. Nam etiamsi editorum silentio certo constaret fides, tamen iidem codices tot locis consentiunt cum altera familia, ut nulla omnino unius alteriusve loci possit esse auctoritas.

CAPVT V.

CODEX MEDICEVS.

Haec quum in medio sint linquenda, ad singulorum codicum descriptionem progredimur. Quo vero clarius tam singulorum natura perspiciatur, tum quid inter eos intercedat necessitudinis, rem sic pertractabimus, ut primum quibus de locis inter singulos conveniat, deinde quid proprium eorum sit et singulare, adiuncta simul brevi scripturae censura, accurate exponamus. Exordium denuo fiat ab codice Mediceo, ad cuius normam ubi reliquos ab omni parte percensuerimus, de omnium indole et conditione plenius constabit. Permulta enim Mediceus habet omnium generum exempla, quorum communio ad codices Parisinos et Bodleianum, deinde item ad alios pertinet.

Atque eorum primum, quae Mediceus una cum Parisino 1. tenet, maxima pars eapropter memorabilis est, quod errore manifesto continentur. Veluti *v.* 273. Ἐννυώ, 336. τε καὶ Φόρκ., 584. θαυμασία, 605. ἐπιδεῆς, 617. ἐδύσατο, 720. γαίης, 799. τελέσφορον εἰς ἐνιαυτὸν pro μέγαν εἰς ἐνιαυτὸν, praegresso nimirum v. τελέσῃ sive τελέσει, 880. πιμπλεῖσαι, 884. Ζῆνα pro Ζῆν' in versus exitu. Deinde alia exempla licet item vitiosa, consilio tamen deberi probabile est, ut *v.* 399. pro περισσὰ δὲ δῶρα ἔδωκεν in utroque δῶρα δέδωκεν positum est. Erant enim librarii nimis de integritate metri sollicitati ingratiis sententiae. — *V.* 418. pro πολλή τέ οἱ ἕσπετο τιμή, Med. habet ἕπεται, Par. ἕσπεται, scilicet uterque *v.* 420. ὀπάζει exhibent. — Denique huc pertinet quod *v.* 806.:

> Στυγὸς ἄφθιτον ὕδωρ,
> ὠγύγιον, τὸ δ' ἵησι καταστυφέλου διὰ χώρου,

in Med. κατὰ στυφελλοῦ διὰ χώρου, et in Par. 1. κατὰ στυφελοῦ διὰ χώρου reperitur. Consilio autem id factum esse, si quis male credat, perspicitur e testimonio Etym. M. *p.* 732., 13. *s. v.* στυφελός: Ἡσίοδος ἐν Θεογονίᾳ στυφελοῦ διὰ χώρου ἀντὶ τοῦ σκληροῦ, τραχέος. Congemina ex lexico vetere produxit H. Stephan. *Thes. l. gr.*

T. III., *p.* 1120. Vix profecto credibile est, hoc scripturae genus cuiquam nostris temporibus placere potuisse. Placuit tamen Barkero *annot. in Etym. M. p.* 1038. *sq.* Mutatio autem videtur facta icoirco, quod καταστύφελος fuit ignotum, στυφελὸς vero et στυφλὸς poetarum usu, v. Quint. Smyrn. 11., 368. 466. 12., 409. cll. 449., Blomf. *ad Aesch. Prometh. p.* 140. *sq.*, notatione criticorum, v. c. Zenodoti *ap. Schol. Apoll. Rhod. II.*, 1005., denique ipsa vitae consuetudine valde erat celebratum. Sententia collato *v.* 786. quodammodo adiuvabat mutationem pusillam. Veram autem scripturam tum imitatione manifesta expressit Hymni Hom. in Mercurium auctor *v.* 124.:

ῥινοὺς δ' ἐξετάνυσσε καταστυφέλῳ ἐπὶ πέτρῃ,

tum ex vetustiorum doctorum commentariis notavit Hesychius *T. II.*, *p.* 187.: καταστυφέλου, καταξήρου. Idem aliunde hausit κατάστυφλον, κατάξηρον. Ceterum apud Euripidem *Iphig. Taur. v.* 1429. verissimo iudicio ἢ κατὰ στύφλον πέτρας ῥίψωμεν ab Reiskio repositum esse pro καταστύφλον, loci sententia commonstrat.

Reliqua denique exempla, ubi concordant exemplaria, quum partim sententiam pertineant, partim de grammaticorum praeceptis instituta esse videantur, gravioris momenti sunt; ut *v.* 24. ἔειπον, 50. αὖτις, 748. ἡμέρῃ. De forma εἰνάετες, quam *v.* 801. pro ἐννάετες reliquorum librorum scriptura exhibent isti, minus expeditum est iudicium. Nam vulgata scriptura defenditur vocabulo derivato ἐνναετήρῳ, quod apud Hesiod. *Opp.* 434. omnium ut videtur librorum, Eustathii *p.* 245. et Etym. Gudian. *p.* 232., 45. consensu firmatur. Sed pro horum librorum scriptura licet et codicum Homericorum constantiam antestari, v. c. *Il.* σ, 400. *Odyss.* ε, 107., et Grammaticorum notationem, v. c. Hesychii *T. I.*, *p.* 1111. — *V.* 499. tenent uterque Παρνησσοῖο, quod quum apud alios quoque scriptores sit optimorum librorum, ut codd. Vindobon. 5. 50. 133. Odysseae *ap. Alter. p.* 820. 821. 835. 974., tum vetustissimarum inscriptionum testimonio sat stabili confirmatur. — *V.* 826. pro lectione exemplarium typis exscriptorum λελειχμότες iidem libri praebent λελιχμότες, quibuscum de secunda syllaba plane consentiunt codd. Bodl. et Cantabr. Reliquorum codicum nulla facta est mentio. Sed dubium non esse potest, antiquorum grammaticorum praeceptis illud ad amussim convenire. Herodianus enim σχηματισμῶν Ὁμηρικῶν excerptis, quae Werferus produxit *annot. ad Etym. M. p.* 1005. *fin.*, sic de hoc verbo docuit: πεφυζότες, λελιγμότες, ἀπὸ τοῦ φυζῶ καὶ λιχμῶ λελιχμηκότες, πε-

φυζηκότες, εἶτα κατὰ συγκρότησιν. Quo loco *λελιγμότες* scribendum fuisse docet disputatio grammatici. Nolim tamen affirmare, alteram formam *λελειχμότες*, ab librorum auctoritate infirmam, sed probe illam a Buttmanno explicatam *Gr. gr. T. II.*, *p.* 17. 182., vetusta auctoritate prorsus fuisse destitutam. V. Aristoph. Byz. *ap. Schaefer. Greg. Cor. p.* 889. — *V.* 605. praebent ὅγ' pro ὅδ', sed in corrupto loco habet illud emendationis speciem. Contra v. 743.:

δεινὸν δὲ καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι

τοῦτο τέρας,

quod iidem codd. pro *δεινόν τε καὶ* — exhibent, praeclare saltem facit ad ligaturam enunciationum commodiorem. Deinde *v.* 347. *σὺν ἀπόλλωνι ἄνακτι* vulgata scriptura multo esse commendabilius, *v.* 380. *θεὰ θεῷ* aequare fortasse eandem, demonstravimus *l. I.*, *c. III.* — *V.* 703. isti habent:

τοῖος γάρ κε μέγας ὑπὸ δοῦπος ὀρώρει.

Quod quamvis res sit incerta, tamen magnopere vereor, ne propter quandam cogitandi insolentiam, quae in vulgata scriptura, praesertim ex recentiorum usu, inesse videatur, ab his commoditatis gratia confictum fuerit. Aristides certe *Tom. I.*, *p.* 549. *Iebb.*, quem locum Gaisfordus praetermisit, alteram scripturam agnoscit: *ὥσπερ δὲ Ἡσίοδος ἔφη τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς συμπεσόντων μέγιστον ἂν γενέσθαι κτύπον, ὡς τοῦτο ὂν μέγιστον τῶν ἀφ' ὑψηλοῦ πτῶμα, οὕτω τῶν ἐν γῇ Ῥόδος πεσοῦσα μέγιστον ἤχησεν.* — Denique *v.* 227. ubi pro *λιμὸν* isti habent *λοιμόν*, equidem in neutram partem certi quicquam pronuntiari posse affirmaverim. Utrumque et poetae invento convenit et ex Graecorum ingenio dictum est, quod hac in re certissimis indiciis tenemus. V. Hesiod. *Opp.* 241., Thuc. *II.*, 54., Ps. Lucian. *Philopatr. c.* 24. *T. IX.*, *p.* 262., Liban. *T. I.*, *p.* 621. *II.*, 114., Orac. Sibyll. *l. I.*, *p.* 25. 29. *l. XI.*, 46. 239. *XII.*, 114. *XIII.*, 10. 105. *XIV.*, 228. *ed. Mai.*, Orpheus *Aristobuli ap. Euseb. Evang. Praep. XIII.*, *p.* 389., Lobeck. *Agl. p.* 442. Itaque vix dubitari potest, quin utrumque iam olim in hoc carmine fuerit lectum. Interim ipsa vocabulorum similitudo in causa esse poterat, ut alterum in nostros libros consilio sive errore recenti aetate inferretur. Frequenter enim in his vocabulis olim fuit erratum. V. Hemsterhus. *ad Aristoph. Plut.* 31. *p.* 21. 431. *p.* 124. 627. *p.* 207., Casaubon. *ad Strab. T. I.*, *p.* 576. *B.*

2. Quae inter Mediceum codicem et Parisinum secundum intercedit communio, ea admodum est honorifica. Continetur enim maximam partem lectionibus iis, quae aut verae sunt, aut bonae atque auctoritate insignes. Huc refero

v. 30. ἔδον, 33. καί με κέλονθ', 249. Νησαίη τε καὶ —, 254. πρηΰνει, 270. Φόρκυι, 281. Χρυσάωρ, 328. et 442. κυδρή, 401. ἑοὺς, 480. τρεφέμεν Par. cum cod. Schol. Bas. p. 256., τρέφεμεν Med., 487. ἐγκάτθετο, 608. ἀρηρυῖαν, 696. ἄμφεπε, 801. ἀπαμείρεται, 889. τέξεσθαι. His accedat v. 560.:

οὐκ ἄρα πω δολίης ἐπελήθεο τέχνης,

ubi male cum reliquis editur ἐπιλήθεο, quae legitima est imperativi forma. V. Hes. *Opp.* 277.:

καί νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.

Libri autem Hesiodei in verbis compositis vix unquam augmentum syllabicum praetermittunt: raro unus alterve discedit, v. c. vers. 87. Trincavellus dedit κατάπαυσε et v. 158. Iunta ἐπετέρπετο, cui concedit cod. Med. fortasse euphoniae gratia. — Minus vera sunt v. 438.:

χαίρων τε τοκεῦσί τε κῦδος ὀπάζει,

et v. 501.:

λῦσε δὲ πατροκασιγνήτους ὀλόων ὑπὸ δεσμῶν.

Gravissimum deinde exemplum est v. 375. ubi Κρίῳ δ' Εὐρυβίη pro Κρείῳ exhibent, quamquam iidem libri v. 134. in vulgata scriptura Κρεῖον acquiescunt. Nimirum pleraque his in rebus olim regebantur casu. Inprimis autem in hanc rem facit locus Etym. M. p. 539., 20., ab interpretibus nondum adhibitus, qui vetustiorum grammaticorum de nomine Κρῖος tenet praecepta. Eadem fere disputatio exstat in codice Havniensi 1971. *ap. Blochium p.* 934., deinde paullo plenior in Gudiano p. 346., 44. in hunc modum: Κρῖος. ἔστι δὲ ὄνομα Τιτᾶνος παρὰ τὸ κεκρίσθαι. γράφεται δὲ διὰ τοῦ ῑ· προπερισπᾶται δὲ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ κριός (τοῦ προσηγορικοῦ)· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ τὸ κύριον ὀξύνει ὁμοίως τῷ προσηγορικῷ. ἄλλως τε διὰ τοῦ ῑ γράφεται τὸ Κρῖος· τὰ γὰρ δισύλλαβα ἀρσενικὰ ἀποστρέφει τὴν διὰ τῆς ει διφθόγγου γραφήν. Quo in loco caussam video nullam, cur memoriam Aristarchi potius ad iuniorem, cuius regularum thesaurum Etymologico insertum esse Bekkerus tradidit *Anecd. p.* 1400., quam ad antiquum grammaticum, criticorum principem, pertinere contendam. Utrumque autem, quod tetigit grammaticus, scribendi genus in libris veteribus, quibus utimur, adhuc comparet. Nam Κριός, quod Aristarcho placuit, praebent omnes fere codices Diodori *V.*, 66. *p.* 383., Clemens Rom. *Homil. VI.*, 2. *p.* 677. *Galland.*, et Cornutus *c.* 17. *p.* 177. *Gal.*, ubi principia Theogoniae Hesiodeae illustrat. Qui quidem locus etsi non liber sit ab interpolationis suspicione, valde tamen defenditur Artemidori verbis *Oneir. II.*, 12., quibus Albertius utitur

ann. ad Hesych. T. II., *p.* 343. Denique eadem nominis species reperitur in antiquis Pausaniae exemplaribus *VII.*, 27., 11. *p.* 454., 42. *ed. Wechel.*: ποταμοὶ δὲ ἐκ τῶν ὀρῶν κατέρχονται ὑπὲρ τὴν Πελλήνην, πρὸς μὲν Αἰγείρας καλούμενος Κριός· ἔχειν δὲ αὐτὸν τὸ ὄνομα ἀπὸ Τιτᾶνος Κριοῦ. Haec in nostris exemplaribus v. c. Bekkeriano mutata sunt in Κρῖος et Κρίου. Quod si sine librorum auctoritate insigni institutum est, immerito factum esse apparet.

Contra Κρῖος editum apud Apollodorum est tum *I.*, 1., 3. *p.* 4., qui locus geminus est Theogon. *v.* 134., tum *I.*, 2., 4. *p.* 10., ubi nostrum expressit. Praeterea legitur in Schol. Cant. *ed. Bas. ad h. v.* Atque haec quidem nominis forma sive etymologiae sive notionis rationem consideres, ab utraque, ut arbitror, egregie commendatur. Sed quoniam hoc loco non id agitur, ut operose exploremus, quale scripturae genus ab auctore carminis profectum videri possit, sed in id ante omnia inquirendum est, quid ad nos ex docta antiquitate sit propagatum, tertia forma Κρεῖος hoc loco minime praeteriri potest. Nempe ista, ne plurium codicum hoc loco, omnium altero consensum commemorem, Schol. Ven. *ad h. l.* confirmatum, grandi praeterea testium et numero et auctoritate sustentatur. Principem ex his affero Theogoniae Orphicae auctorem, cuius verba ex Proclo produxit Lobeckius *Agl. p.* 505. (v. *ed. Herm. p.* 468., 27.) *):

Κοῖόν τε Κρεῖόν τε μέγαν, Φόρκυν τε κραταιόν,
Καὶ Κρόνον Ὠκεανόν θ' Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε.

Secundum deinde Plutarchum *de plac. philos. I.*, 6. *Tom. II.*, *p.* 880. *C.*: Ἡσίοδος βουλόμενος τοῖς γεννητοῖς θεοῖς πατέρας συστῆσαι, εἰσήγαγε τοιούτους αὐτὸς (leg. αὐτοῖς sive αὐτῶν) γεννήτορας:

Κοῖόν τε Κρεῖόν θ' Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε.

Quocum consentiunt versum eundem apponendo Origenes *Philosoph. c.* 26. *pag.* 183. *Wolf.* et Cyrillus *contra Iulian. l. II.*, *p.* 53. *C. ed. Spanhem.* Praeterea Schol. Ven. A. (et D. *ed. Ald. p.* 234. *b.*) *ad Il.* ξ, 274. *p.* 397.: λέγει δὲ τοὺς Τιτᾶνας· οὗτοι δέ εἰσιν οἱ Οὐρανοῦ παῖδες, Κρόνος, Κρεῖος, Ὑπερίων, Ἰαπετός, Κοῖος. Eustath. *ad Il. p.* 948., 4.: τῷ μυθευομένῳ Κρείῳ. Gravissimum denique est Etym. Magni testimonium *p.* 523., 50. *sq.*, geminum illud Schol. Cant. *ad Theogon.* 134., unde haec

---

*) Locus exstat in commentariis in Timaeum scriptis *l. V.*, *p.* 295. *ed. Bas.* 1534., ubi exaratum est Κροιόν. Sed *ib. p.* 298. inter Titanas commemoratur Κρεῖος.

expromam: ἀλληγορία δὲ, Κοῖον τὸν ποιότητα, Κρεῖον δὲ τὴν κρίσιν, Ὑπερίονα κουφότητα, τὸν δὲ Ἰαπετὸν βαρύτητα. Ἡσίοδος ἐν Θεογονίᾳ *). Ostendit igitur simul antiquam fabulae explicationem, quae alteri nominis formae potius congruit, et scribendi genus ab his grammaticis valde probatum, sed diversae illud significationis. Nempe idem ab Scholiasta et ab Io. Diacono *Allegor. p.* 556. *et p.* 571. tum scriptum, tum explicatione confirmatum est, idem deinde in codice Diodori Vindobonensi LXXIX., qui saeculo undecimo scriptus est, reperitur *l. V. c.* 66. *p.* 383. Quamquam quum accentus ad reliquorum codicum Κοιόν exhibentium normam directus sit, scriptum enim est Κρειόν, nihil in hac scriptura video inesse, nisi docti librarii lusum.

His igitur in utramque partem dispositis, etsi nominis conditio nondum prorsus illustrata sit, tantum, arbitror, intelligitur, ut Alexandrinos grammaticos utramque formam in hoc carmine vidisse, Byzantinis autem alteram tantum Κρεῖος in eo fuisse traditam plurimisque unice comprobatam merito existimemus. Quod quum ita sit, forma Κρῖος his libris ex Apollodori bibliotheca forte fortuna illata est. Cuius quidem rei saepius a librariis institutae mox insignia proferam exempla.

V. 732.:

πύλας δ' ἐπέθηκε Ποσειδῶν,

codd. Med. et Par., quibus convenit lemma schol. Cantabr. *p.* 262. *ed. Bas.*, θύρας exhibent. Eaedem appellantur πύλαι *Theogon.* 811.:

ἔνθα δὲ μαρμάρεαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός,

et ab Homero *Il.* θ, 15.:

ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός.

Ac notae sunt poetarum fabulis Ἄιδου πύλαι. Verum θύραι vocabulum certe ab rei notione minime alienum est. Eadem autem discrepantia est in simillimo exemplo Homeri *Il.* μ, 131., ubi castrorum fores indicat. Etenim in libris nostris et ap. Eustath. *p.* 896., 2. reperitur:

τὼ μὲν ἄρα προπάροιθε πυλάων ὑψηλάων
ἕστασαν —,

accommodate ad *v.* 127. 145. 175. 223. 291. 445. 454. aliosque plurimos. Quod quum magno hoc exemplorum numero valde confirmetur, tamen ex Schol. Ven. A. testimonio

*) Ad quem locum mirifica est Sturzii annotatio *pag.* 926.; quippe non advertebat eum, alteram disputationis partem ab diverso auctore esse profectam neque cum priore arcte copulari posse.

πυλάων pro varia lectione erit habendum, contra *θυράων* ex antiquissimis exemplaribus in textu reponendum. Itaque in exemplo Hesiodeo res adhuc in medio relinquenda est.

Denique perpaucis tantum locis vitia manifesta Medicei et Parisini 2. sunt communia. Iis de quibus dictum antea est, accedant *v.* 94. *ἐκ γάρ τοι μουσάων.* *V.* 797. *ἀλλά γε* pro *ἀλλά τε,* illud etiamsi ex epicorum consuetudine esset (v. Koen. *Greg. Cor. p.* 88., Ruhnk. *ad h. Cer. v.* 495.), huic tamen loco minime esset accommodatum. *V.* 835. *ῥοίζεσκ', ὑπὸ —, v.* 600. *ὡς αὔτως, v.* 697. *ἠέρα δῖον.* Praeterea in hunc censum nonnulla exempla veniunt eam ob causam, quod quae in Parisino 2. exstant depravata in carmine, ad marginem ostendit Mediceus. Prospere autem accidit, ut lectiones huiusmodi omnes recentissimam originem sua natura satis prodant. Primum *v.* 593. in Paris. 2. sic legitur:

οὐλομένης πενίης οὐ σύμφοροι, ἀλλ' ἀκόρεστοι.

Mediceus autem in textu tenet vulgatum, in marginem pusillo scribentis errore venit *ἀκόρεστον.* Imposuit auctori emendationis pariter atque ei, qui *ἀλλ' ἀκόροιο* infelicius etiam excogitavit, — est autem illud in exemplaribus Aldi et Iuntae — dictionis quaedam insolentia. Nempe mulieres quod *κόροιο σύμφοροι* dicebantur, ab consilio poetae sententia illis videbatur deflecti et in contrariam etiam converti. Itaque quum probe persentiscerent iidem, id voluisse poetam, ut diceretur: mulieres paupertatem non posse pati, sed laute et affluenter vivere malle, non inscite hanc sententiam verbis accommodabant. Nam *σύμφοροι ἀκόροιο* aut *ἀκόρεστοι* nihil esse aliud volebant, nisi hoc: nunquam feminas ad satietatem et fastidium voluptatis et lautitiarum posse perduci. Attamen neque *ἄκορος* vocabulum ullo modo expiari potest, nec *ἀκόρεστοι* in hoc poeta aut debebat reponi, aut poterat ab grammatico non prorsus imperito. Vide Eustath. *Il. p.* 951., 39. *sq.*: *σημείωσαι δὲ, ὅτι κορέσασθαι μὲν λέγει ὁ ποιητής, τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ σύνθετον οὐ λέγει ἀκόρεστος, ἀλλὰ ἀκόρητος.* Haec autem observatio bonorum poetarum epicorum consuetudini tum antiquorum tum recentium apprime convenit. Seligam aliquot exempla. Hom. *Il. η,* 117. *ν,* 621. *ξ,* 479. *υ,* 2. *Scut. Herc. v.* 346. 433. 459., Apollon. Rh. *I.*, 616., Nonn. *Dionys.* 21., 179. 260. 32., 166., Tryphiodor. *v.* 7., Quint. Smyrn. 7., 603. 664. 12., 87. 279., Oppian. *Cyneg.* 4., 373., Carm. Sibyll. *XIII.*, 14. Sic explicari debet, quod haec tantum forma ab Hesychio et Etym. M. recepta et illustrata est.

Ceterum recentiores aliquot poetae, qui in seligendis vocabulis antiquorum exemplum haud religiose sequebantur, formam vulgarem vitaeque usu tritam non prorsus repudiarunt. V. Bion. *Adon. Epitaph. v.* 56.:

ἔχω δ' ἀκόρεστον ἀνίην.

Oppianus, ex quo similia produci possunt plurima, *Halieut.* I., 698.:

τερπωλὴν ἀκόρεστον —,

Palladas *Anth. Palat.* X., 56., 7. *pag.* 297.:

πολλὰς δ' ἐστὶ γυναῖκας ἰδεῖν
οὐχὶ καλὰς τὴν ὄψιν ὁπυιομένας ἀκορέστως.

Maneth. *Apotel. VI.*, 209.:

αὐτοὶ δ' αὖ μάχλοι τε καὶ ἐς φιλότητ' ἀκόρεστοι.

Itaque non indignum vocabulum iudico Lithicorum scriptore *v.* 731., cui Hermannus id attribuit commoda sententia. Frequentissimo autem usu ab ipsis grammaticis contritum est; itaque ad istos sat recentis memoriae, nec admodum eos doctos iure emendationem rettulisse videor.

Alterum eiusdem rei exemplum praebent *v.* 595. 601. ibi quum in Parisino 2. pro ξυνήονας legatur ξυνήορας, in Mediceo idem suprascriptum est. Sententia manet immutata, at dicitur tantum ξυνήορος, ον, aut si quis ad formam ξυνήωρ confugiat, validiore haec primum firmanda erit testimonio, quam oraculo illo, quod est ap. Eunapium *pag.* 27. *ed. Boiss.*:

Δὴ τότε σαυτὸν ἔλπε συνήορα καὶ μακάρεσσιν
ἔμμεναι ἀθανάτοισιν —;

aut Hesychio *T. II.*, *p.* 707. tradente: ξυνάωρ, εὐναία. δάμαρ. γυνή. ἄλοχος.

3. Minus honorifica inter Bodleianum et Mediceum librum cognatio intercedit. Plerumque enim in vitiorum communitate cernitur. Sic *v.* 31. uterque praebent θειητόν, quod ex simili codice transiit in Hesychium *Tom. I.*, *p.* 1686.: θειητόν, θαυμαστόν, et Moschop. *l.* περὶ σχεδῶν *p.* 187. *RSt. p.* 245. *Vind.*: θειητός, ὁ θαυμαστός. Reliqui autem magistri veram formam usurparunt. Deinde huc pertinent *v.* 32. ἵνα κλείοιμι, 277. ἀγήρως, 140. ὀμβριμος, 405. θεῶν, 518. πρόπαν, 557. βομμῷ, 764. σιδήρῃ, 812. ἀστεμφῆς, 864. ἠδέ, 968. γείνοντο, 983. ἀμφιῤῥύτῳ εὐρυθείῃ. Cll. *v.* 682. 972. Rarissime deinde iidem bonorum sunt participes, v. c. *v.* 153. ἄπλητος, (v. Gaisf.), *v.* 188. μήδεα δ', *v.* 195. ὑπαί, *v.* 375. τίκτεν ἐν, *v.* 669. ἐρίβεσφιν. Dubia sunt ab omni parte *v.* 273. Πεφρηδώ et *v.* 358. Τελεστώ.

Codex Londinensis semel cum solo Mediceo aliquid habet communitatis, idem tamen improbandum, v 533. *χόλον*, quod prodit usum recentem.

Denique in Medicei affinitatem admitti debet etiam Cantabrigiensis codex. Paucitatem enim notationum compensat earundem dignitas. Insignes enim sunt aut pravitate, ut *v*. 691. *ἀστραπῇ ποτέοντο*, 695. *ἔζεσε δὲ χθών*, 820. *ἐξ οὐρανοῦ*, aut bonitate, ut *v*. 787. *δέ θ' ὑπὸ* pro *δὲ ὑπό*, et *v*. 609. *τῷ δέ τ'*, quod in Mediceo tamen contra sententiae rationem in *τῷ δ' ἔτ'* depravatum est.

4. Continuo disputationis ordo ducit nos ad id affinitatis genus, quo Mediceus liber non cum singulis, sed cum duobus pluribusve coniungitur. In quo primum commemoro ea, quorum participes sunt codices Parisini, partim optimae notae, *v*. 28. *εὖτ' ἐθέλωμεν*, 240. *μεγήριτα*, 593. *οὐ σύμφοροι*, 980. *ἐν φιλότητι πολυχρύσου Ἀφροδίτης*. Sed minus expedita sunt *v*. 143. *ἐνέκειτο*, et fortasse *ἀκαμάτησι χέρεσσιν* *v*. 519. Nam illud quidem quum codices isti omnes grammaticorum recentium perpessi sint studia, ab novitiae correctionis suspicione vix sese tueri poterit. Quid enim magis est pervulgatum quam criticorum illud de aequabilitate orationis postulatum! Cui quidem in eo ipso, in quo versamur, loco recentiores quoque grammatici morem gesserunt, ut Natalis Comes *Mytholog. IX.*, 8. *p*. 984. *ed. Sylb.* Contra *ἐπέκειτο* tantum abest, ut debeat improbari, ut Graecorum illud dicendi generi vel maxime sit accommodatum. Eodem enim usus Theocritus est *Cyclope v*. 33.:

Ἧς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι,

et Apollodorus, qui antiquorum poetarum non fabulas tantum, sed saepe colorem quoque orationis refert, *Bibl. I.*, 1., 2. *p*. 4.: *ὧν ἕκαστος εἶχεν ἕνα ὀφθαλμὸν ἐπὶ τοῦ μετώπου.* Quapropter donec de plurimorum eorumque antiquissimorum librorum auctoritate non constet certius, nulla firmioris iudicii erit copia.

Deinde *v*. 519. *ἀκαμάτησι χέρεσσιν*, etsi *v*. 747., h. e. eodem, omnium librorum silentio confirmetur, tamen an pro genuino sit habendum, valde ambigere licet. Hesiodea enim carmina adiectivorum ad eandem normam compositorum tenent usum ab Homerico aliquantum diversum. Accidit hoc aut propter consuetudinem vitae popularem, aut quod carminum indoles liberiorem vocabulorum usum non concessit. Quicquid eius rei sit, in his, quae relicta nobis sunt, perpauca reperiuntur femininae adiectivorum compositorum formae exempla. Quae quidem omnia singularem et idoneum habent

explicatum. Sic *Theogon.* v. 349. inter Oceani filias appellat Ἀδμήτην, quae cur aliter appellari non potuerit, satis perspicuum est. Deinde ἀθανάτη, quod saepissime apud Homerum reperitur, in his carminibus non deprehenditur, nisi si in substantivi nominis notionem paene abiit. Sic *Theogon.* v. 1019. 1020.:

αὗται δὴ θνητοῖσι παρ' ἀνδράσιν εὐνηθεῖσαι
ἀθάναται γείναντο θεοῖς ἐπιείκελα τέκνα.

Ib. 967. 8.:

ὅσσαι δὴ θνητοῖσι παρ' ἀνδράσιν εὐνηθεῖσαι
ἀθάναται, γείναντο θεοῖς ἐπιείκελα τέκνα.

Ubi sic perspicuitatis gratia poni debebat. Eapropter deflexit etiam ab consuetudine eo, ut diceret *Opp.* 62.:

ἀθανάταις δὲ θεαῖς εἰς ὦπα ἐΐσκειν.

Quamquam Origenes et Clemens Al. h. l. ἀθανάτοις legerunt. His opponi non potest:

νίκην ἀθανάτης χερσὶν καὶ κῦδος ἔχουσα,

quippe ex recentiore carmine derivatum *Scut. H.* v. 339. Rem denique absolvunt exempla contraria *Theog.* v. 302.:

ἀθάνατος νυμφὴ —.

Ib. 277.:

ἡ μὲν ἔην θνητή, αἱ δ' ἀθάνατοι καὶ ἀγήρω.

Ib. 949.:

τὴν δέ οἱ ἀθάνατον καὶ ἀγήρω θῆκε Κρονίων.

Quamobrem mirum esset, si poeta in uno hoc adiectivo ἀκάματος ab more suo recessisset. Neque enim praeeunte Homero id factum esset, qui nusquam usurpavit femininum, et alio eiusdem carminis loco Hesiodus morem sequutus est eundem v. 39.:

τῶν δ' ἀκάματος ῥέει αὐδή.

Frustra igitur esset si quis ad defendendam formam femininam adhiberet exemplum Sapphicum *epigr. I.*, 2.:

φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα,

aut Sophocleum *Antig.* 338. 9.:

Γᾶν
ἄφθιτον ἀκαμάταν ἀποτρύεται,

aut Apollon. Rhod. *II.*, 661.:

νήνεμον ἀκαμάτῃσιν ἐπιῤῥώοντ' ἐλάτῃσιν.

Ceterum in omni huius rei pervestigatione non erit praetermittendum, primum quod Hesiodus similem sermonis constantiam in adiectivis cum εὖ et πολύ compositis servavit: nam cur *Theog.* v. 912.:

αὐτὰρ ὁ Δήμητρος πολυφόρβης ἐς λέχος ἦλθεν

non dixerit πολυφόρβου, in aprico est positum: deinde quod idem genus in his carminibus ad multa adiectiva simplicia

translatum est; quod nisi poetae audaciam certa quaedam vitae consuetudo adiuvit, nunquam admitti poterat. Quapropter hoc exemplo dum certius in genere de codicum auctoritate constabit, formam masculinam tenendam duco.

Praeterea paucis aliquot locis trium istorum codicum familia accessione aliorum amplificatur. Nam cum Bodleiano libro consentiunt v. 872. in scriptura *μὰψ αὖραι* et v. 890. in *ἐσκάτθετο*, deinde cum Cantabrigiensi v. 877. in *κείνῃσι*, v. 981. in *χάρτιστον*, nisi quod Med. *κράτιστον* errore vulgari ostendit, denique v. 986. in *φιτύσατο*. Idem qui ex antiquo codice commendavit Dorvillius *Misc. Observ. II.*, 2., *p.* 197., fortasse Mediceum appellavit. Cfr. Schrader. *ad Mus. p.* 224.*).

5. Deinde inprimis observatu digna est, quae inter Mediceum, Parisinum 1. et Bodleianum codicem deprehenditur lectionum convenientia. Continetur autem exemplis aut aequaliter aut sic depravatis, ut in uno libro curatio mendo adhibita iam sit, sed inepta. Eorum antea iam aliquot dedi exempla, v. 276. 323. 910. Nunc addam reliqua: inter quae eminet v. 384. *νείκην* pro *νίκην*, illud in edd. Iunt. quoque et apud Io. Diaconum *All. p.* 571. (quippe recentior ibi ad enunciationis rationem sublatum est Trincavellinum *νείκην*) reperitur. Altera scriptura *νίκην*, ex nullo dum codice diserte notata, sed ab Aldo Trincavelloque edita et Triclinio illustrata, ingenti totius antiquitatis testimonio utitur. Qua de re, ab editoribus et mythographis nunc prorsus neglecta, explicatius erit dicendum. Primum magnam in hac causa vim exserunt aliquot antiquissimorum scriptorum exempla, ubi Iovis et Victoriae memoria coniuncta celebratur, velut a Bacide oraculo, quo Herodotus utitur 8., 77.:

τότ' ἐλεύθερον Ἑλλάδος ἦμαρ
εὐρύοπα Κρονίδης ἐπάγει καὶ πότνια Νίκη.

Deinde Pausanias *l. I.*, 1., 3. memorat in Piraeo Iovis statuam sceptrum gestantem et *Νίκην*. Demonstrant enim haec diserte, Hesiodeam de Victoria fabulam receptam fuisse hominum consuetudine sive indidem derivatam. Deinde inexpugnabile vallum parat doctae antiquitatis consensus. V. inpr. Bacchylidem *Anth. Palat. VI.*, 313., 1. *p.*290.:

Κούρα Πάλλαντος πολυώνυμε, πότνια Νίκα.

Apollodor. *Bibl. I.*, 2. *p.* 12.: *Πάλλαντος δὲ καὶ Στυγὸς τῆς Ὠκεανοῦ Νίκη, Κράτος, Ζῆλος, Βία.*

---

*) *Notissimum est ἐφυτήσατο ex Theogonia Hesiodi.* Pavo *praefat. Phryn. p. LXI.* Nimirum confluxit istud scribendi genus omnibus inauditum, ne quid adversario esset concedendum.

Hyginus, qui dicitur, *farragine genealogiarum*, quae praefationis loco libro fabularum vulgo praemittitur, *p.* 10. *ed. Scheff.*: *Ex Pallante et Styge* [*Scylla*], *Vis*, *Invidia*, *Potestas*, *Victoria*, [*Fontes*, *Lacus*]. **Servius** *ad Virg. Aen. VI.*, 134. *p.* 1008.: *Victoria Stygis filia — bello gigantum* dicitur in fabulis *Iovi favisse*, *pro cuius rei remuneratione Iupiter tribuit*, *ut dii iurantes per eius matrem non auderent fallere.* Haec ad verbum propemodum transcripsit **Lactantius Placidus** *ad Stat. Achill. III.*, 83. *p.* 623. *Cruc.* Eadem deinde fabulae ratio, per multa saecula conservata, ab Graecis magistris deinceps Italis tradebatur. Itaque per **Paullum Perusinum**, qui **Barlaa** in Graecis utebatur adiutore, ad **Io. Boccatium** pervenit, aliquantum tamen, ut fit, in re levi immutata. Vide *ei. Geneal. l.* 3., *c.* 10. *p.* 25. *ed. Ven.* 1494.: *Victoriam dicit Paullus Acherontis fuisse filiam ex Styge filia sua susceptam, cui adeo Iovem fuisse gratum aiunt, ut cum ei favisset in pugna gigantium, sibi loco muneris exhibuisset, ut Dii per Stygem matrem eius iurarent, et si qui adversus iuramentum agerent, per certum tempus a nectare abstinerent.* **Boccatium** deinde sequuti sunt **Pylades Brixianus** *Deor. Geneal. l. 1.*, *p.* 445., **Gyraldus** *Hist. Deor. p.* 322. *A.*, **Natalis Com.** *Myth. III.*, 2. *p.* 194., **Vossius** *Idolol. II.*, 81. *p.* 719. *ed. Fr.* Sed fabula **Hesiodea** etiam reconditiores habet recessus. Ex eadem enim derivata primitus sunt, quae vetusti Theologi de quinta Minerva statuerunt. V. **Clem. Alex.** *Cohort. ad gent. p.* 24.: τὴν Πάλλαντος καὶ Τιτανίδος τῆς Ὠκεανοῦ, ἢ τὸν πατέρα δυσσεβῶς καταθύσασα, τῷ πατρῴῳ κεκόσμηται δέρματι, ὥσπερ κῳδίῳ. **Iul. Firmic.** *de error. prof. relig. p.* 33. *ed. Ouzel.*: *Quinta Pallante patre et Titanide matre orta est, quae patris appellata nomine, Pallas est ab hominibus nuncupata. Haec parricidalis amentia furoris et vesanae temeritatis instinctu patrem Pallantem crudeli morte iugulavit. Nec simplici patris morte contenta, ut diutius malis suis frueretur, et ut de morte patris crudelius triumpharet, exuviis corporis eius ornata est, ut parricidii facinus ex crudeli ostentatione publicaret.* Eandem narrationem exornavit **Arnobius** *adv. gent. l.* 4., *c.* 16. Homines Christiani quam apte et ad simulandum et ad dissimulandum fuerint parati, clare intelligitur ex Cicerone *de Nat. Deor. III.*, 23., 59.: *quinta Pallantis, quae patrem dicitur interemisse virginitatem suam violare conantem; cui pinnarum talaria adfigunt.* Adde **Tzetz.** *ad Lycophr. v.* 355. *p.* 553. 4. eadem tradentem. Haec omnia huc sunt referenda.

Etenim antiqui poetarum interpretes sive philosophi sive grammatici Homericum Minervae nomen *Παλλὰς Ἀθήνη* — neque enim indignum est observatu, quod apud Hesiodum bis tantum hoc nomen occurrit in suspectis quidem locis. *Opp.* 72. *Theog.* 577., nam *Scut.* 126. ad diversam originem pertinet — illud igitur quum vario modo explicare et illustrare anniterentur, recordabantur in tempore *Ἀθήνης Νίκης*, cuius sat celebrata ab antiquitate erat fabula. Huc quum accederet memoria loci, de quo agimus, Hesiodei, cum originationis ratione, ab nominum aequalitate derivata, nova reperta erat fabula, quae multum deinde exornabatur. Egregie autem huic invento apta sunt pinnarum talaria, ab Cicerone et Tzetza commemorata.

Contra haec auctoritatum pondera omnemque notionum convenientiam altera librorum scriptura *Νείκην* vix multum defendi poterit. Nam licet *φιλονεικίας* notio, quae fere inest in verbo *νείκη*, cum reliquo narrationis tenore concordet neque contra poetae mentem illata videri possit, tamen ne vocabulum quidem ipsum omni vacat novitiae originis suspicione. Frequentissima quidem eius fit apud grammaticos recentes commemoratio. V. Etym. M. *p.* 276., *init.*: *τὰ εἰς κη θηλυκὰ ἐνὶ φωνήεντι παραλήγεται, πλὴν τοῦ ἐρείκη, εἶδος φυτοῦ, Εὐνείκη, ὄνομα κύριον, νείκη, ἡ φιλονεικία, ἐκ τοῦ νεῖκος.* Quibus gemina aut relicta Herodiano aut subdita sunt *Epimer. p.* 227. *init.* Hinc *ibid. p.* 92. et apud Suid. *T. II., p.* 615.: *νείκη, ἡ φιλονεικία.* Cll. Hesych. *T. II., p.* 662. *not.* 28. Eustath. *Il. p.* 74., 1. *sq.*: *πολλὴ δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἡ διαφόρησις, ὡς καὶ ἡ νείκη δηλοῖ καὶ τὸ νεῖκος, καὶ ἡ δίψα καὶ τὸ δίψος καὶ ἡ βλάβη καὶ τὸ βλάβος.* Similia, ut solet, saepe lectoribus ingerit v. c. *ad Odyss. p.* 1771., 47. *sq.* et *ad Il. p.* 668., 32. *sqq.*, qui prae ceteris memorabilis est locus: *τὸ δὲ νείκει τῆς παλαιᾶς ἐστὶ χρήσεως. ὡς γὰρ βλάβος καὶ δίψος, οὕτω καὶ νεῖκος, ἐξ οὗ καὶ ἡ φιλονεικία. τὰ μέντοι κοινὰ ἡ βλάβη καὶ δίψα καὶ νείκη.* Familia saltem est honestissima. Nam *βλάβη* tritum est Atticorum consuetudine, *δίψα* etiam Homero usurpatum *Il.* λ, 642. τ, 166. Atque omnino si de analogiae ratione haec disputatio agitaretur, forma *νείκη* multorum exemplorum similitudine defendi ab omni parte videretur. Proximum est quod praeter *νίκη* exstabat *νῖκος*. V. *Reg. prosod. Herm. p.* 429., 39., Eustath. *p.* 668., 36., Dorv. *Charit. p.* 647., Valcken. *ad Theocr.* 22., 129., Herm. *ad Orph. p.* 821., Orac. Sibyll. *XIV.*, 335. *ed. Mai*, Ephraem. *Caesar. v.* 2471. *p.* 63. Quod quidem Aristarchus et Herodianus tantum aberat ut ab vetusto sermone

alienum ducerent, ut in Iliade illud reponerent. V. Schol. Ven. A. B. et L. *Il.* *μ*, 276. *p.* 347. Quamquam singulis locis cautio quaedam erit adhibenda, ne propter commodam notionis speciem vera scriptura obscuretur. Crebro enim recentissima aetate in hoc verbo peccatum esse docent Polybius *de barbarismis ap. Boissonad. Anecd. T. III.*, *p.* 231. et Theod. Gaza *Gramm. l.* 3., *p.* 126., qui inter barbarismos referunt περὶ χρόνον τε καὶ γραφήν: νῖκος τῷ ι, δέον τῇ κ. Alia deinde eiusdem analogiae exempla vera falsa usurpat Herodianus περὶ παθῶν, *ap. Etym. M. p.* 747., 28. (ubi verba καὶ πληθυντικῇ οὐδετέρου aut eiicienda aut mutanda sunt; v. *p.* 585., 16.), et ἐν ἐπιμερισμοῖς *apud eundem p.* 101., 32. *sqq.*, Etym. M. *p.* 597., 18. *sqq.* et Eustath. *p.* 668., 34. *sqq.* — Verum illud rem facit longe incertissimam, quod certa antiquae consuetudinis testimonia vix proferri possunt ulla. Primum enim non habeo, quod Wernickio opponam, νείκη apud nullum poetam epicum reperiri asseveranti *ann. ad Tryphiod. p.* 365. Deinde in Aeschyleis, quorum testimonio licet indiserto utitur Passowius, reperitur quidem illud, sed librorum auctoritate plane est destitutum. Quin vero *Eumen. v.* 906. ab sententia poetae alienum est, *Agam.* autem *v.* 1349. eadem certe non postulatur. Unum tamen negari non potest, certum esse vocabuli usum in Timonis Phliasii fragmento *ap. Clem. Alex. Strom. V. p.* 651. *Potter.*:

Νείκης ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη καὶ ἔριθος —.

Quo loco quum Sylburgius νίκης reponi iubeat, alterum tamen tum instanter flagitat sententiae modus et ratio, tum scripsisse Clementem monstrant verba proxime praecedentia: φιλονεικίαν τε αὖ καὶ φθόνον καὶ τὴν ἔριν αὐτὴν, τὴν μάχιστα ἐξ ἀνθρώπων ὀλομένην, ἀποῤῥίψαι χρὴ τέλεον. At Timonis exemplum multa suum in usum ingeniose effingentis vocabula haud quicquam in eiusmodi quaestione habet auctoritatis. Alia vero bonorum scriptorum testimonia licet studiose in hanc rem inquirenti nulla tamen sese obtulerunt. Quamobrem quum de communi recentium Graecorum consuetudine ex Eustathii narratione satis constet, hoc loco νείκη novitio correctori minime imprudenti tribuendum esse statuo. Fuit enim in caussa fortasse illud, quod apud plerosque scriptores Graecos diversissima circumferebatur Victoriae fabula, de qua v. interpr. *ad Soph. Philoct.* 134. et Creuzer. *Symbol. Tom. IV.*, *p.* 204. *sqq.*, Hesiodea autem parum accommodate ad eius originem ficta esse videbatur. Haec quidem ratio certe magis credibilis est, quam si quis ad aperiendam scripturae caussam vitium scribendi in hoc vocabulo

vetustum ac paene solenne commemoraret. V. Maittaire *de dial. p.* 229., Payne Knight *Prolegg. ad Homer. p.* 190., Etym. Gud. *p.* 483., 49. et cod. Paris. *ap. Bekk. Anecd. p.* 1415.

Iam persequar reliqua eiusdem generis exempla: *v.* 684. pro ἀλλήλοις ἴεσαν Med. et Par. 1. habent ἀλλήλοισιν ἴεσαν, unde natum est ἀλλήλοισιν ἔσαν cod. Bodleiani. Contra *v.* 972. ubi Med. et Bodl. omissa τε particula versum perverterunt in hunc modum: γῆν καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης, Parisinus ille infeliciter commentus est: ἐσθλόν· ὅς εἰσ' ἐπὶ γαῖαν καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης. Sed uno saltem loco his codd. etiam boni quiddam commune solis esse videtur, *v.* 446. ubi Paris. 1. et Med. veram scripturam offerunt:

θυμῷ γ' ἐθέλουσα,

Bodleianus eiusdem certe vestigia traxit: δὲ κ' ἐθέλουσα.

6. Reliqua variae affinitatis documenta paucis complecti licebit; nam quum nec multa sint nec magni momenti, parum habent ad conducendam familiam auctoritatis. Veluti *v.* 825. codd. Med., Paris. 1., Lond., Cant. et, ut arbitror, Ven. 1. 2. 3. pro δεινοῖο δράκοντος praebent κρατεροῖο δρ. Sed illud praestat, quum *v.* 824. praecedat κρατεροῦ θεοῦ. Interpolatio autem ex importuna memoria *v.* 822. oborta est:

ἡ δὲ χιμαίρης, ἡ δ' ὄφιος, κρατεροῖο δράκοντος.

V. 93. codd. Med., Par. 1., Bodl. et Lond. praebent οἷα τε sive οἷα τε. — *V.* 728. Med., Bodl., Lond., Cantab. πεφύκασι. — *V.* 617. Bodl., Cantab. et fere Med. Βριάρεω δ' ὡς τὰ πρῶτα. — *V.* 48. Med., Par. 2., Bodl. λήγουσί τ' ἀοιδῆς. — *V.* 875. iidem ἄησι aperto vitio. — *V.* 856. pro ἔπρεσε iidem ἔπρεε, in quo dubitandum semper erit, utrum vera insit scripturae discrepantia ex antiquitate propagata, an felix potius mendum. V. *l. I.*, *o. III.*, *p.* 48. — *V.* 800. pro χαλεπώτατος denique iidem cum Cantabr. praebent comparativum.

7. Ad absolvendam profusam hanc de Mediceo codice disputationem reliquum est, ut de iis dicatur locis, ubi codex singulare aliquod et proprium discrepantiae genus aut monstrat revera aut monstrare videtur. Videlicet magna in hac re cautio adhibenda est, ne silentio Dorvillii nimiam adhibeamus fidem.

Ac primum quidem non attingo amplissimam istam mendorum sentinam, ab librario Graece indocto coactam; quam si quis cupiat noscere, patet aditus apud Gaisfordum. — Ab hac deinde eximenda sunt exempla alia, quae licet vitiositate et ipsa laborent, tamen aut

variae lectionis aut vetustatis saltem prae se ferunt speciem. Huc pertinent tum alia vitiorum genera, tum illud, quod in formis poetarum sermoni propriis aut delendis aut ad vulgarem usum immutandis cernitur. Hanc ob causam notari debent haec *v.* 4. ὀρχοῦνται, 129. οὔρατα, 130. νυμφάων, 165. cum Iunt., ut videtur, πατρὸς δὲ et 268. ἔσσονται pro ἕπονται, permutatione frequenti. V. codd. Vindob. *ap. Alter. Odyss. p.* 690. 980. — *V.* 355. πλουτῇ, 379. ut Iunt. βορέην τε λαιψηροκέλευθον, 403. ἐξετέλεσεν, 415. τετιμημένη pro τετιμένη, ut in cod. Vind. 133. Od. *ap. Alter. p.* 938., 565. ἐξηπάτησεν.

Maioris momenti sunt haec: *v.* 55. pro λησμοσύνην Medic. habet nominativum. Subitarii erroris suspicionem redarguit Schol. Cantabr. consensus *p.* 219. *ed. Basil.* 1542. Cogitatio inde nascitur duppliciter vitiosa: nam primum hasce sententiarum argutias μνημοσύνη — λησμοσύνη spernit antiquae poeseos simplicitas; deinde a poetae sensu et ab omni summae antiquitatis genio alienissimae sunt istae libidinis nequitiae, quae ex mutatione prodeunt necessario. Quocirca ea aetate factam illam esse convenit, qua et verborum lusus placebant nec sententiarum nequitiae spernebantur, h. e. recentissima.

V. 140. pro ἄργην codex habet ἄρπην. Vitium translatum est ex codice aliquo Apollodori, in cuius *bibl. I.*, 1., *p.* 3. Heynius eandem illam librorum scripturam Ἄρπην ex edd. Hesiodeis correxit. Cfr. Nat. Com. *Myth. IX.*, 8. *p.* 991. Altera forma certissima est. V. Callim. *in Dian.* 68., Nonn. *Dionys.* 14., 60., Philostephan. *ap. Steph. Byz. s. v.* Ἀτρήνη, Pherecyd. *ap. Schol. Eur. Alcest. in. p.* 543. *ed. Bas.* 1544., Schol. Gregor. Naz. *ed. Montac. p.* 148., *ed. Bill. p.* 514. *B.* et *in Catal. Mss. Clark. Tom. I., p.* 54., Eustath. *ad Il. p.* 906., 47., *ad Od. p.* 1528., 37., *p.* 1622., 50. ubi fabula Hesiodea pertractatur. Diversa nominis forma Ἄργος, quam Athenagoras *ap. Lobeck. Aglaoph. p.* 504. adhibuit ex Orphica Theogonia depromptam, quaeque in scholio item *ad Aesch. Prometh.* 351. *p.* 26. *HSt.* doctissimo, in schol. *ad Eur. Alc.* 5. *p.* 543. *ed.* 1544. et ap. Eustath. exstat *ad Il. p.* 157. *init.*, eandem notionem comprehendit, nec pro falsa et fictitia ullo modo haberi debet.

V. 454. pro Δήμητρα ex vulgari consuetudine suppositum in Medic. est Δήμητραν, vitio antiquissimo, sed quod ab unoquoque committi poterat. Idem certe est in codd. Ammonii *p.* 33. hunc locum laudantis, et Eustathii, qui Ammonii disputationem fecit suam *ad Odyss. p.* 1564., 34. Ceterum forma Δήμητρα ab poetis minus antiquis pa-

riter atque ab scriptoribus interdum adhibita fuit. Vid. Epigr. *ap. Pausan. I.*, 37. *p.* 69. *Wechel.*:

ἐνθάδ' ἄναξ ἥρως Φύταλός ποτε δέξατο σεμνὴν
Δήμητραν, ὅτε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν.

V. Sylburg. *p.* 717., 43., Orac. *ap. Euseb. Evang. Praep. l.* 5. *p.* 136. *ed. Steph.*, Athanas. *contra gent. Tom. I.*, *p.* 11. *D. p.* 20. *D.*

V. 468. pro:

ἀλλ' ὅτε δὴ Δί' ἔμελλε θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν τέξεσθαι

Mediceus exhibet ἀλλ' ὅτε δί' ἔμελλε. Qua in re etsi librarii oscitantiam culpare esset expeditissimum, videndum tamen est, ne vetus hic lateat ulcus, sic fere sanandum:

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἤμελλε —.

Cfr. *v.* 888. 478. 898. Accedit enim praeter morem insignis numerorum debilitas Iovis maiestati parum apta.

Bréviter complectar haec partim recentis partim recentissimae mutationis documenta: *v.* 29. μοῦσαι pro κοῦραι, 227. 8. permutatos, 429. ἐθέλῃ, 451. πολυδερκέων, 465. πατρός, 469. λιτάνευσε, cll. Musaeo *v.* 320. c. not. Schraderi. 622. ἕζεται, 626. φραγμοσύνῃσιν, cll. Schow. *Supplem. Hesych. Alb. p.* 775. 671. ἀΐσσονται, 866. τήκετο δ', 870. ἀργέσταο ζεφύρου τε, 1011. ὑπερηνορίδαο, proximum Trincavellino ὑπερηνορίδαο, 1019. ἀθανάτοις. — Deinde propter Dorvillii silentium Mediceo codici haec eiusdem generis imputanda sunt: *v.* 49. φέρτερος pro φέρτατος. Infringit sententiam; frequens mutatio. V. Alter. *Odyss. p.* 1002. 61. μέλλεται pro μέμβλεται, qua de re valde tamen dubito. — *V.* 108. εἴπετε pro εἴπατε. Multis in codd. vulgaris forma poeticae substituta est. V. Alter. *Odyss. p.* 980. Constat autem de usu epicorum tum antiquorum tum recentium. V. Bekk. *ad Coluth. p.* 5. — *V.* 384. πολύσφυρον pro καλλίσφυρον fortasse ad alteram scripturam νείκῃν accommodate effictum est. — *V.* 336.:

τῶν οὐκ ἔστ' ἀπάνευθε Διὸς δόμος οὐδέ τις ἕδρη

Med. cum Iunta δρόμος. Male. Docet tum sequens versus, tum res ipsa. Est autem ex recentiorum poetarum usu derivatum. V. Nonn. *Dionys.* 32., 48.:

Ζεῦ πάτερ, ἄλλος ἔχει με φίλος δρόμος —.

Praeterea ex hoc genere sunt *v.* 44. αἰδοίων pro αἰδοῖον, 283. γένεθ', 370. ὅσοι περιναιετάουσιν, 150. ἐπ' ὤμων ἀΐσσοντο. Cfr. *Il.* ψ, 627. 628.

Separatim vero de aliquot rebus grammaticis erit dicendum gravissimae auctoritatis. Omnia autem prope

exempla Medicei exemplaris et Iuntini alterius propria esse videntur.

V. 290. pro βουσὶ παρ' εἰλιπόδεσσιν reliquorum librorum scriptura praebent βουσὶν ἐπ' εἰλοπόδεσσιν. Primum hac in re Gaisfordus apte commemoravit Homerum *Il.* ζ, 423. 424.:

πάντας γὰρ κατέπεφνε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς
βουσὶν ἐπ' εἰλιπόδεσσι καὶ ἀργεννῇς ὀΐεσσιν.

Unde derivata fortasse praepositio est. Sed gravius quid inest in forma adiectivi insolita εἰλοπόδεσσιν. Eandem Lobeckius in Hesychii lexico exstare narrat *Par. ad Phryn. p.* 671. Quod si verum est, me enim sedulo ac diu quaerentem praeteriit locus, dupplic iter grammatici de hoc vocabulo decreverunt. Et exstat sane forma eadem in libris Sibyllinis *l. I.*, *v.* 59. *p.* 37. *ed. Bas.* 1555. *p.* 30. *Gall.*; quem locum non usurpavit Lobeckius. In causa fortasse fuit aequalis syllabae praecedentis pronunciatio. V. Orus *in Et. M. p.* 669. *in.* Contra vulgarem formam diserto praecepto tuentur Etym. M. *p.* 245., 20. *p.* 299., 23., Et. Gud. *p.* 165., 50. *p.* 166., 2.

Huic geminum est, quod eadem fide nititur, ἀγροκύδοιμον *v.* 925. Nam non plane in mendo cubare illud, monstrat Nicetae Serrariensis testimonium, qui inter Minervae cognomina rettulit ἀγρεκύδοιμος. V. eum in Creuzeri *Meletem. T. I.*, *p.* 23. 24. Is autem vixit saeculo undecimo exeunte. Ceterum ἐγρεκύδοιμος hoc loco est sine dubio genuinum. Hoc enim tum grammatici antiquiores Etym. M. *p.* 312., 17. et Gudian. *p.* 158., 33.: ἡ ἐγείρουσα κυδοιμὸν τοῖς ἐναντίοις, ad ipsum hunc locum apte illustrant, tum poetae multo varioque usu in imitationem traxerunt. Ex his primo loco auctor hymni in Minervam appellandus est, quem ad Stesichorum alii, alii ad Phrynichum Lamprocleme ve referunt, *ap. Kleinium Stesichor. p.* 136.:

δεινὴν θεὸν ἐγρεκύδοιμον.

Frequentissimus deinde vocabuli usus est apud recentes poetas epicos. V. Orph. *Lith.* 580.:

γλαυκὴν δ' ἐγρεκύδοιμον ἀταρβέα Τριτογένειαν.

Nonn. *Dionys.* 36., 21.:

κούρη δ' ἐγρεκύδοιμος ἐπαΐξασα καὶ αὐτὴ
σύγγονον ἔγχος ἄειρεν ἐπ' Ἄρεϊ Παλλὰς ἀμήτωρ.

Ad Martem transtulit Maximus περὶ καταρχῶν *v.* 268. cll. Tzetz. *Exeg. in Iliad. p.* 28., Maneth. *Apot.* 4., 355. et Nonnus *Dion.* 32., 164. 33., 156. 43., 1. Ad Eridem Quint. Smyrn. *Paralip.* 1., 180. Ad quasvis denique res

Nonnus v. c. 35., 95. πάρθενος ἐγρεκύδοιμος, 23., 218. ῥόος, 34., 140. θρόος, 36., 206. κτύπος, 20., 193. ἀπειλή. Deinde Hesiodum imitatus est auct. h. Hom. *in Cer.* *v.* 424.: *Παλλάς τ' ἐγρεμάχη* et Orph. *ad Mus.* *v.* 38.: *Παλλάδα τ' ἐγρεμάχην.* Ad quorum exemplum exigendum erit oraculum apud Diodorum Maii *Collect. nov. Vatic.* *T. II.*, *p.* 13.:

Παλλάδι τ' ἐγρεμάχῃ γλαυκώπιδι.

Codex ἐγριμάχης. Hesychius *T. I.*, *p.* 1076. notat ἐγρεμάχας, ἐγερσιμάχας. Ad haec exempla factum est vocabulum ἐγρέμοθος, quod et ipsum ad nauseam usque recurrit in Nonni *Dionysiacis*, v. c. 20., 43. 291. 23., 147. 24., 335. 34., 175. 35., 50. 88.

V. 178. pro λοχεοῖο Iuntina habet λοχίοιο, nec Dorvillius discrepantiae quicquam notavit, ceteroquin circa hunc locum satis diligens. Quod quum nihili sit vocabulum, ex λοχίοιο depravatum esse coniicio. Hoc certe olim plerisque placuit. Feliciter quippe factum est, ut antiquissimorum et recentium grammaticorum de hoc verbo iudicia simul conservata nobis sint. Illorum enim disputationem expressit Schol. A. *Il.* ψ, 160. *p.* 609.: τὰ εἰς ος λήγοντα ὀνόματα, παρὰ ῥῆμα γινόμενα, καθαρεύοντα καὶ τῷ ε παραληγόμενα ὀξύνεσθαι θέλει, φωλεύω, φωλεός, — καὶ παρὰ τὸ λοχεύω δὲ ὁ λοχεός ἔσται, κατ' ὀξεῖαν τάσιν· ὁ δ' ἐκ λοχεοῖο πάϊς. ἀλλ' οὖν γε βαρυτόνως οἱ πλείους ἀνέγνωσαν, πλεονασμὸν ἐκδεξάμενοι τοῦ ε, ὥστε παρὰ τὴν λόχου γενικὴν λόχοιο γενέσθαι καὶ λοχέοιο. Atque priorem sententiam prae ceteris Aristonicus asseruisse videtur, Alexandrinus grammaticus. Hunc enim appellat Schol. Cant. *ad h. l. p.* 235. *ed. Bas.*: Ἀριστόνικος λοχεοῖο φησὶ ὡς θυρεοῖο. λοχεός γὰρ λέγει. Eadem deinde sententia inter recentiores Grammaticos regnavit, sive casu, sive quod magna analogiae vi nititur. Tradunt eam Schol. B. *ad Il. l. c. p.* 608.: ὀξυτόνως τὸ κηδεός, παρὰ τὸ κηδεύω, ὡς λοχεύω, λοχεός. Methodius, grammaticus Byzantinus, *in Etym. M. p.* 59., 43.: ὥσπερ παρὰ τὸ λοχεύω λοχεός καὶ κελεύω κελεός, σωρεύω σωρεός, οὕτως καὶ ἀλεύω ἀλεός. Alius *ibid. p.* 742., 31.: σωρεός, ὡς ὀχεός, λοχεός. Analogiam deinde illustrant Orio *p.* 148., 13. *sq.*, Et. Gud. *p.* 520. 560., Et. M. *p.* 130., 49. *sq.* 509., 47. 636., 27., Eustath. *p.* 1682., 36. 1293., 41. *sqq.*

V. 5. quum Dorvillius ad scripturam Iuntinam Τερμήσσοιο taceat, neque in ipso operis principio eum negligentiae culpare ausim, eandem Mediceo asserendam duco. De

forma quum explicatius a nobis iam dictum sit, hoc loco inprimis de accentu erit exponendum. Reliqui enim libri aut *Περμησσοῖο* aut *Περμησοῖο* aut *Τερμησοῖο* exhibent. Iuntinae autem accentus convenit Hesychio *T. II.*, *p.* 942.: *Πέρμησος, ποταμός*, et Crateti *apud Schol. Ven.*, ubi *Πάρμησος* nomen inter accolas fuisse flumini traditur. Videtur autem accentus ab librario aliquo doctiore ad praecepta Aristarchea de vocab. *Κάρησος* impositus esse. Eustath. *ad Il. p.* 890., *in.*: *τὰ εἰς σος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τῷ η παραληγόμενα ἔχοντα καὶ ἕτερον σ, ὀξύνεται, Ἁλικαρνησσός, Λυκαβησσός, Ταρτησσός, Λυρνησσός. τὸ δὲ Κάρησος μὴ δισσὸν ἔχον τὸ σ ἐξηλλάγη κατὰ Ἀρίσταρχον, εἰ καὶ ὁ Τυραννίων οὐ βούλεται.* Coll. Schol. A. *Il. μ*, 20. *p.* 335. Ad hanc igitur doctrinam Arcadius ex codd. Havn. et Paris. 2603. est corrigendus *de accent. p.* 77., 4.

V. 149. *Γύης* exstat in Iuntina pro *Γύγης*, adstipulante, ut videtur, codice Mediceo. Mutationem, immo novitatem mutationis, prodit illud, quod uno ea loco eoque primo, quo legitur nomen, fuit instituta. Simile quid accidit in cod. Parisino primo et Taurinensi *v.* 618. Nec dubito, quin idem discrepantiae genus in plures codices pervenerit. Illud vero incertum est, an eiusmodi libros viderit Muretus. Nam quod appellat hac in re *quaedam optimae notae exemplaria* (*Var. Lect. VI.*, 13.), nihil impedit, quominus Iuntina eum dixisse arbitremur. — Neutra autem nominis species criticis olim fuit ignota; nec fugit illos, formam simpliciorem commodius traduci posse ad originem rei convenientem. Haec tamen res, quantum quidem ex reliquis eorum monumentis intelligere licet, non valuit adeo apud eos, ut *Γύγης* formam reiicerent ac damnarent. Quod quamquam nullo discrimine fieri poterat, factum tamen non est iccirco quod nequaquam diversa illius fuit origo. V. Passow. *Tom. I.*, *p.* 298. *a.* Ac primum *Γύγης* nomen praeter *Scholia ad v.* 148. 617. 639. et *Io. Diaconum Allegor. p.* 585. usurpavit Athenagoras *ap. Lobeck. Aglaoph. p.* 504., ex Orphei Theogonia desumptum. Deinde Hygin. *praefat. p.* 7.: *Titanes*, *Briareus*, *Gyges*. Palaephat. c. 20.: *Κόττος καὶ Βριάρεως καὶ Γύγης, οἱ ἑκατοντάχειρες.* Schol. Flor. et Paris. *ad Apoll. Rh.* 1., 1165.: *Βριάρεως δὲ καὶ Αἰγαίων καὶ Γύγης ὁ αὐτὸς λέγεται συνωνύμως.* Schol. Platon. *p.* 452. *Bkk.*: *Οὐρανὸς ἐκ Γῆς πρώτους γεννᾷ Κόττον, Βριάρεω, Γύγην.* Gregor. Naz. *Orat.* 3., *p.* 104. *A.*: *Κότος, Βριάρεως, Γύγης*, ubi Hesiodum perstrinxit. Cfr. Eliam Cretens. *ad Greg. l. c. T. II.*,

p. 382. *D. ed. Bill.* et Eudociam *pag.* 29. 91. 144. Deinde Etymol. M. *p.* 768. et Suid. *s. v.* *Τριτοπάτορες*: *ὁ δὲ τὸ ἐξηγητικὸν ποιήσας Οὐρανοῦ καὶ Γῆς φησὶν αὐτοὺς εἶναι, ὀνόματα δὲ αὐτῶν Κόττος, Βριάρεως καὶ Γύγης.* Quo de loco dixit Siebelis *ad Clitodem. p.* 43., quem Lobeckius commemorare debebat *Aglaoph. p.* 754. Schol. *ad Nic. Ther.* 633.: *ἢ τὴν Γυγαίαν λίμνην λέγει ἀπὸ Γύγου τοῦ ἑκατόγχειρος.* Cui adhibendus tamen est Schol. *Il. υ,* 391. Apollodori denique codices *Bibl. I., in. p.* 3. et *Γύην* exhibent et *Γύγην*, quibus addendus erit is, quem exscripsit Schol. *ad Aesch. Prom.* 351. *p.* 26.: *καὶ τοὺς τρεῖς ἑκατόγχειρας, τὸν Κοῖον, τὸν Βριάρεων καὶ τὸν Γύγην, οἵτινες καὶ οὗτοι παῖδες τοῦ Οὐρανοῦ καὶ τῆς Γῆς ἐχρημάτιζον.* Latinorum praeterea testimonia coegit Bentleius *ad Horat. Carm. II.*, 17., 14. Haec omnium prope testium convenientia minime sic potest explicari, ut regium nomen magis pervulgatum indoctis hominibus alterius mutandi ansam obtulisse dicatur. V. Buttmann. *Lexilog. II.*, *p.* 271. Quod quum per se satis ineptum sit in summa exemplorum copia, tum praeclare redarguitur eo, quod sicubi aliorum nomen *Γύης* apud scriptores occurrit, nunquam similis depravatio reperitur. V. Virgil. *Aen. V.*, 118. 152. 160. 167. 169. 184. 223., Stat. *Thebaid. II.*, 610. Vix igitur negari poterit, nomen *Γύγης* probatissimorum grammaticorum consilio fuisse in Theogonia sive scriptum seu potius ex antiquissimis exemplaribus conservatum. Iam videndum erit, si forte diserta criticorum praecepta hanc disputationem confirment.

Primum apud Arcadium *de accent. pag.* 23., 16. *sqq.* quamquam *Γύγης* inter nomina *εἰς γης δισύλλαβα* repositum est, tamen ad regem an ad Centimanum pertineat ambiguum est. Nisi forte quis ad alterum referendum esse testimonium ea ratione probatum iverit, quod in eodem libro *p.* 25., 6—9. alterius formae *Γύης* nulla facta est mentio. Facta autem fuisset, si probasset eam Herodianus, propterea quod nomen appellativum *γύης* eodem loco commemoratur. Nam pro *γύνης δὲ οὐ κύριον* scribendum fuisse *γύης δὲ οὐ κύριον*, res ipsa monstrat. Contra si quis *Κύης* nomen praecedens in *Γύης* mutandum esse contendat, illud luculentis testimoniis constat Nonni *Dionys.* 32., 236. aliorumque; et nego equidem orationem omnem Arcadium in istum, quem vidimus, modum concinnaturum fuisse.

Deinde sicuti haec res non ab omni parte expedita est, quippe agitur de disputatione vel maxime in compendium redacta et multas temporum vicissitudines experta; sic minus

etiam certa esset coniectura, si quis in vexatissimo Hesychii loco *T. I., p.* 864. *s. v.* *Γύης*, Salmasii emendationem reliquis praeferret iccirco, quod aliquantum ea codicis Marciani scriptura adiuvatur. Codex habet: *Γύης. Διονύσιος αὐτὴν Γύτης εἴρηκε.* Salmasius, reiecta Musuri coniectura *Γύτις*, scribi iubebat *αὐτὸν Γύγης.* Dionysium autem grammaticum aliquoties commemoravit Lexicographus; deinde Dionysius aliquis olim est in Hesiodum commentatus. V. Suid. *T. I., p.* 601. Sed citra levissimam veri speciem in hac re progredi non licet.

Pergamus ad ea, quae minus sub dubitationem cadunt. Prolata enim tum olim sunt ab Lascari, tum nuper a Bekkero excerpta quaedam simillimae de nominibus in *ης* iambicis commentationis. Utraque autem eatenus discrepat, quod Bekkeriana *Γύγης* nomen exhibet, altera *Γύης*. Quippe Lascaris incerti auctoris commentationem apposuit admodum compendifactam *Gramm. l. III., fol. B. III. vers.*: *τὰ εἰς ης βαρύτονα ἰαμβικὰ ἀπὸ ἐνεστῶτος γιγνόμενα, οὗ τὸ σύμφωνον φυλάττουσιν, εἰς τος ποιοῦσι τὴν γενικήν· οἷον λείβω, ὁ λέβης, τοῦ λέβητος, λήχω, ὁ λάχης, τοῦ λάχητος, πένω, ὁ πένης, τοῦ πένητος, πλανῶ, ὁ πλάνης, τοῦ πλάνητος καὶ ὁ πλανήτης, τοῦ πλανήτου, κρατῶ, ὁ κράτης, τοῦ κράτητος. Ὁ δάρης δὲ δάρητος καὶ δάρου, ὁ κόμης τοῦ κόμητος καὶ κόμου, ὁ γύης τοῦ γύητος καὶ γύου, ὁ μύκης τοῦ μύκητος καὶ μύκου, ὁ πύδης τοῦ πύδητος καὶ πύδου, ὁ χάρης τοῦ χάρητος καὶ χάρου, ὁ πύλης τοῦ πύλητος καὶ πύλου, ὁ μύνης τοῦ μύνητος καὶ μύνου, ὁ μέγης τοῦ μέγητος καὶ μέγου.* Bekkerus contra frusta quaedam apposuit dapium, quas praebent Choerobosci in Theodosium commentarii largissimas. V. *Anecd. p.* 1359.: *Γύγης Γύγου καὶ Γύγητος. ἐπὶ δὲ τοῦ γίγαντος. ὅτε δὲ ἐπὶ τοῦ βασιλέως τῆς Λυδίας λέγεται, σπονδειακόν ἐστι καὶ ἰσοσυλλάβως κλίνεται.* Quibuscum copulari debent, quae ex iisdem copiis deprompsit *ib. p.* 1399. (cll. Gaisford. *fragm. Archiloch.* 92. *p.* 122. 123.) de v. *μύκης, μύκου καὶ μύκητος*, et de v. *μύνης, μύνου καὶ μύνητος, pag.* 1416. de v. *πύδης, πύδου καὶ πύδητος*, denique de v. *κόμης, κόμου καὶ κόμητος pag.* 1186. Omnis haec Choerobosci commentatio ad antiquorum grammaticorum auctoritatem sine dubio composita est. Primum enim apud reliquos quoque harum rerum auctores eiusdem observationis quasi quaedam semina ac laeti deinceps proventus advertuntur. Velut de v. *μύκης* in hac causa dixit Hesych. *T. II., p.* 630.; Schol. A. *Il. o,* 302. *p.* 422. et Eustath. *p.* 1017. *in.* de v. *μέγης, μύκης, μύνης,* Schol. A.

Il. ε, 9. *p*. 145. de v. δάρης et χάρης, Etym. M. *p*. 527., 35. cll. Sext. Empiric. *adv. Grammat. XI. p*. 266. de v. κόμης. Praeterea similia attigit multis locis Arcadius, Theod. Gaza *Gramm. l*. 2., *p*. 34. aliique. Accedit, quod quae de singulorum vocabulorum usu ab Choerobosco disputata sunt, reconditiorem doctrinam produnt, quam quae illius aetate Byzantii potuit coacervari. Quid multa? Choeroboscus transcripsit Herodiani disputationem, ex libris de prosodia aut de nomine excerptam. Tenemus rem ex Prisciani testimonio, quod iamiam undique communitum, a nemine in suspicionem interpolationis adduci poterit. V. *Instit. Gramm. l. VI., c. XI. p*. 257. *Kr*.: *Λάχης Λάχητος, Laches Lachetis et Lachis. Sic et similia in τος terminantia genitivum Graecum. Nec mirum, duplicem terminationem haec habuisse apud Latinos, cum apud Graecos quoque multa inveniuntur huiuscemodi ancipitem habentia declinationem, teste Herodiano: Γύγης, nomen gigantis, Γύγου et Γύγητος, Κώμης proprium* (leg. *Κόμης*), *Κώμου et Κώμητος, Μύκης, Μύκου et Μύκητος, Μήνης* (leg. *Μύνης*), *Μήνου καὶ Μήνητος, et Πέλης* (leg. fort. *Πύλης*), *Πέλου καὶ Πέλητος, Μίγης* (leg. *Μέγης*), *Μίγου et Μίγητος, Πύλης* (leg. fort. *Πύδης*), *Πύλου Πύλητος*. Haec quidem etiam in Krebsiano exemplari pariter atque in antiquissimis depravata leguntur.

Confirmavimus itaque Γύγης nomen insigni grammatici antiquissimi auctoritate, cuius ingenium sobrium et circumspectum eximie ab omnibus laudari solet. Deinde eadem forma ex limpidissimo hoc fonte pervenit ad grammaticos Byzantinos, quorum non ultimus profecto fuit Choeroboscus, ob accuratam doctrinam summopere concelebrandus. Longe vero inferior est alterius formae conditio: ita ut ne certum quidem ab omni parte sit, Alexandrinis grammaticis eam fuisse cognitam. Facile autem accidere poterat seriore aetate, ut ab iis, qui physicam carminis enarrationem susceperant, commode ista effingeretur. Exinde ab Lascari in Choerobosci Herodianique disputationem illata est, aliorum studio in paucos quosdam pervenit Hesiodi Apollodorique codices. Quicquid eius rei est, hoc saltem effecisse nobis videmur, ut de omni utriusque formae conditione et auctoritate verius iudicandum sit, quam vulgo fieri solet. Ceterum criticis nostris, formam Γύης Hesiodo vindicantibus, dudum praeiverunt viam Lambinus *comm. in Hor. Carm*. 2., 17. *p*. 162., Schottus *ad Procli Chrestom. p*. 415. aliique.

Supersunt alia eiusdem generis exempla, quae quum diserte ab Dorvillio ex cod. Mediceo notata sint, nullam dubitationem admittunt. Levius in his est v. 405. δ' ἠλεκτα (sic), quod veri habet vestigia; gravissimum ἄλειφα v. 553., quod supra ex ed. Trincav. prolatum satis atroxi-mum. Praeterea eodem pertinet inprimis, quod v. 888. pro reliquorum librorum omnium scriptura ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἤμελλε — ex Mediceo prolatum est ἀλλ' ὅτε δή ῥα ἔμελλε —. Quod quum e Galeni quoque libris prolatum sit, nanciscitur aliquam antiquitatis speciem. At certus tamen est et nulli dubitationi obnoxius formae ἤμελλεν in Hesiodeis carminibus usus. Nam nulla machina, qualem fabricatus est Buttmannus *Gramm. T. I.*, p. 324., versui succurrere licet huic *Theogon.* 478.:

ὁππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι.

Quapropter etiam vers. 898. non erit attentandus:

ἤμελλεν τέξεσθαι —.

Deinde ab ipsis grammaticis antiquis per quasdam sermonis ambages quodammodo idem usus apud Hesiodum agnoscitur. V. Schol. Flor. *ad Apoll. Rhod. I.*, 1309.: κοινὸν δὲ ἁμάρτημα πάντων τῶν μεθ' Ὅμηρον ποιητῶν, τὰ ἀπὸ συμφώνου ἀρχόμενα ῥήματα κατὰ τὸν ἐνεστῶτα χρόνον διὰ τοῦ η ἐκφέρειν ἐπὶ τοῦ παρατατικοῦ. Quin apud ipsum Homerum genuina forma ab Aristarcho demum ubique reposita ac lege sancita fuisse videtur. Nam ex Zenodoti exemplaribus uno certe in loco *Il.* μ, 34. ἤμελλον ab Schol. Ven. A. adducitur, licet acerba addita castigatione. Ait enim: ἔστι δὲ βάρβαρον. — Reliqui deinceps poetae epici quo recentiore vixerunt aetate, eo frequentius admittunt formam. V. Theognid. v. 905. 906., Callim. *in Del.* 58.:

Ζηνὶ τεκεῖν ἤμελλε.

Apollonius Rhod. *Arg. I.*, 1309.:

καὶ τὰ μὲν ὣς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι.

Qua in re sicut in multis Zenodotei Homeri auctoritatem sequutus fuisse videtur. Sed quicquid contra dicat Weichertus *de Apoll. Rhodio* p. 55., non sine causa Callimachei ingenii notam versui apposuerunt scholiastae. Recentissimi denique poetae saepissime admittunt, v. c. auct. certam. Hom. et Hes. p. 483. *Loesn.* in versu Homero tributo, Epigr. *in Append. Iac.* 257., 7. p. 837., Nonnus *Dionys.* 4., 419. 5., 124. 7., 183. 20., 142. 21., 160. 41., 211. 44., 118., *Paraphr. Ioann.* c. 6., 59., Quintus Smyrn. 1., 203. 3., 17. 4., 58. 330. 8., 350. 9., 24. 10., 347. 352. Qui quidem ad hoc exemplum ausus est adeo efformare plane novum et Graecis inauditum augmenti genus 14., 172.

καί σφιν ἄρ' ἀμφοῖν
δάκρυ κατὰ βλεφάρων ἠλείβετο ἡδὺ γοώντων.

A quo omnis vitii suspicio plane debet abesse. Interim quum critici veteres plerique formam ἤμελλον tanquam vitiosam proscripsissent, satis est credibile, fuisse postea, qui ex Hesiodeis quoque versibus, quoad eius fieri posset, eam exstirpatum irent. V. *comm. nostr. Il.*, *V.*, 7. *p.* 202. Sed horum consilió strenue erit resistendum. Medela enim impeditior est, quam id ipsum cui medetur.

Reliqua exempla magis sententiae quam grammaticae rationem spectant. Sic *v.* 1010. pro vulgata scriptura:

Ἴδης ἐν κορυφῇσι πολυπτύχου, ὑληέσσης,

Mediceus habet ἠνεμοέσσης. Illud si verum est, ut verum videtur, convenit Hesiodo cum Homero *Il.* φ, 449.:

Ἴδης ἐν κνημοῖσι πολυπτύχου ὑληέσσης.

Eodem pertinent Latinorum poetarum imitationes, v. c. Virgilii *Aen. V.*, 252.:

Intextusque puer frondosa regius Ida,

Ovidii *Art. Am. I.*, 289.:

Forte sub umbrosis nemorosae vallibus Idae,

et *Heroid. Epist.* 16., 53.:

Est locus in mediae nemorosis vallibus Idae.

Ἠνεμοέσσης autem, etsi nullis in hoc exemplo testimoniis illustrari potest, tamen praesertim quum πολυπτύχου ei sit copulatum, non videtur inconsiderate institutum.

V. 459.:

καὶ τοὺς μὲν κατέπινε Κρόνος μέγας, ὅς τις
ἕκαστος —,

mutato ordine vocabulorum in Med. verius scriptum est μέγας Κρόνος. Sic *v.* 473.:

παίδων, οὓς κατέπινε μέγας Κρόνος ἀγκυλο-
μήτης,

coll. v. 168. 495. Nihil enim erat causae cur molestum correptionis genus iniungeretur versui. Ceterum ne quis forte Mediceam scripturam eam ob causam aspernetur, quod reliquis exemplis omnibus μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης, vers. autem 459. Κρόνος μέγας tantum inter se coniuncta sunt, exstant eiusdem collocationis exempla plane gemina. Sic *Theog.* v. 176.: ἦλθε δὲ Νύκτ' ἐπάγων μέγας Οὐρανός, *coll.* *v.* 208.

V. 650. pro ἐναντίοι habet Mediceus ἐναντίον cum Trincav. Eadem varietas in plurimis Homeri locis observatur; veteres autem critici, si fides constat scholiographis, in hac re firmum et stabile iudicium non sequebantur. Sic

Aristarchus ἀντίον praetulit *Il.* λ, 219. 553. μ, 44. π, 70. Contra adiectivum *Il.* ζ, 54. ο, 694.

V. 924. pro vulgato:

Αὐτὸς δ' ἐκ κεφαλῆς γλαυκώπιδα Τριτογένειαν,

Mediceus habet γείνατ' Ἀθήνην, qua in re denuo concordat cum Galeni libris. Aut igitur plerosque libros invasit turpis corruptela, aut, quod propter omnem codicis indolem veri est similius, ex Galeno in hunc prudentis grammatici consilio vera scriptura illata fuit. Vulgaris certe ob defectum verbi defendi nullo pacto potest; quod nec omisit usquam in his genealogiis poeta, nec omittere licuit hoc ipso in loco. Res autem est maximi momenti ad illustrandam librorum nostrorum corruptelam. Initium huius versus respicit Schol. B. L. *Il.* ε, 880., non item finem.

Seriem honestam iam nequissimo claudam exemplo *v.* 795. ubi codex pro νήυτμος exhibet νήννεμος, suprascripto tamen νήποτμος. Accidit illud aut subitario librarii errore, aut per quandam recentis consuetudinis perversitatem. Nam in sermone vetusto ac probo nunquam accidere potuit, ut translatio fieret in isto vocabulo ab mari et aethere ventis non turbato ad Deum aegrum sine spiritu misere iacentem in lectulo.

Denique veritatem sine ulla dubitatione attingunt haec: *v.* 398. σφοῖσιν παίδεσσι, 554. ἵκετο θυμόν, 159. στεναχίζετο, 97. φιλῶνται h. e. φίλωνται, 107. νυκτός τε, 153. ἰσχύς τ', 974. πολὺν δέ. Quorum nonnulla pertinent etiam ad Iuntinum exemplar.

Finem faciat disputationi eorum locorum memoria, ubi in Mediceo codice ad marginem aut inter lineas aliquid annotatum est lectionis. Magna horum pars pertinet ad corrigendos librarii errores. Pauci cum aliorum codicum memoria coniuncti sunt, v. c. *v.* 593. 595. 601. cum Parisino 2., *v.* 178. ἐδέξατο licet contra metri legem apertissimam cum Iunt. 2., *v.* 986. φυτήσατο cum ed. Ald. et Iunt., *v.* 669. φάος cum Cantabr., 721. τόσσον δ' αὐτ' ἀπὸ fere cum Parisino Ruhnkenii *ep. crit. I.*, *p.* 98. Deinde memoratu dignum est κρατεροῖο *v.* 657. ascriptum. Quod licet nullius sit usus, ubi ἀρῆς illo versu legitur, cum ἄρεω tamen sive ἄρεως veterum grammaticorum scriptura praeclare copulari potest. Itaque honestam originem illi vix denegaverim. — Quicquid praeterea correctum legitur, coniectorem prodit recentem, indoctum illum et opiniosum. Sic reposuit *v.* 491. ἐξελάσαι, 629. πόθον, 726. στύξ, 662. ἡμὸν de grammaticorum farina. V. Passow. *Lex. I.*, *p.* 726. Magis denique reconditum est, quod *v.* 706. ascripsit ἀράβιζον. Hoc

O 2

enim voluit librarius, non ἀράβυζεν, quod notavit Dorvillius. Est autem id pro interpretamento habendum. Vox praetermissa est ab lexicographis nostris; fuit autem recentissimae consuetudinis. V. Tzetz. *Posthomer.* v. 242.:

ἀράβιζε δὲ τεύχη,

quod repetitum est v. 319. Videlicet verbum compositum ἀμφαραβίζω reperitur apud Hesiodeum poetam, auctorem *Scut.* v. 64.:

ἅρματα δ' εὐποίητα καὶ ἄντυγες ἀμφαράβιζον.

Idem hoc voluit fortasse primus istius emendationis auctor: at structurae ratio aliena ab loco est.

CAPVT VI.

CODEX PARISINVS I.

Codex Parisinus 2708., de quo proxime dicendum est, speciem prae se fert diversissimam. Insunt tum menda vetusta, tum insignia discrepantiae exempla, quorum communio ad libros reliquos, praesertim ad familiam Medicei pertinet. Sed cum his coniuncta sunt tum alia scripturae genera huic propria, quibus antiquam originem haud denegaveris, tum manifesta recentis curae vestigia, tum foedissima vitia, quorum bona pars non huic tantum ascribenda est.

Atque de iis quidem rebus, quae ad Mediceum quoque codicem pertinent, abunde est modo expositum. Deinde quae huic cum secundo Parisino communia sunt, etsi bona pleraque ac laudabilia, non sunt tamen magni momenti. Velut *v.* 31. *ϑηητόν*, 107. *οὖς ϑ'*, 140. *ὀβριμόϑυμον* cll. 148., 165. *πατέρος γε*, 283. *γείνεϑ' ὅδ' ἄορ* —, 358. *Τελεσϑώ*, 375. *τίκτεν*, 430. *ἔν τ'*, si res certa, 563. *μελίοισι*, 617. *Βριάρεω δ' ὡς πρῶτα*, 669. *ἐρέβευσφιν*, 682. *ποδῶν αἰπεινά τ' ἰωή*, 691. *ἀστεροπῇ ποτέοντο*, 728. *πεφύασι*, 870. *καὶ ἀργέστεω ζεφύροιο*, 188. *μήδεά ϑ'*, 233. *Νηρέα τ'*. Sat nequam est *v.* 398. *σὺν σφίσι παίδεσσι*, unde *σφίσι* fortasse desumptum est ap. Hesychium *T. II.*, *p.* 1325.

Memoratu magis digna sunt ea, de quibus Parisinus 1. concordat cum Bodleiano. Scilicet rara profecto vitia sunt haecce: *v.* 107. *νυκτὸς δέ*, 254. *πραΰνει*, 696. *ἀμφείπετο*, 705. *ἔπλειτο*, 742. *φέρει*, cll. Med., 889. *τέξασϑαι*. — Deinde nonnumquam recentium grammaticorum agnoscitur manus: velut *v.* 281. cll. 287. *χρυσάορ*, quod pariter apud Aldum et in aliis procul dubio codd. multis exstat, quemadmodum idem comparet saepenumero cum in aliis libris antiquis tum in Tzetzarum commentariis Lycophroneis. Ubi minime illud mutari oportebat, si quidem in eo cernitur munus critici, ut manum auctoris quam proxime redintegret. Atqui probatam formam Ioanni Tzetzae fuisse, clare demonstrant *Posthomerica v.* 181.:

Κνῆμις καὶ Θωρήκη, Χαλκάορ Εὐρυλόφη τε.
Neque enim triplex vitium in eiusmodi poeta audeo corrigere, quamvis facilis sit emendatio:

Κνῆμις, Θωρήκη, Χαλκάωρ Εὐρυλόφη τε.
Deinde ne quis nihilominus rem in dubitationem adducat, propterea quod grammatici nostri eam non attigerunt, exstat disertum antiquorum praeceptum apud Lascaris *Gramm. l. III., Δ. II. f. r.*: σημειώση δὲ καὶ τοῦτο, ὅπερ λανθάνει πολλούς, ὅτι τὰ εἰς ωρ πάντα διὰ τοῦ ω μεγάλου γράφονται. πλὴν τοῦ ἄνορ. κάλορ. ἄορ. ἦτορ. ὅθεν καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν μόνα σύνθετα διὰ τοῦ ο μικροῦ γράφονται, οἷον χρυσάορ, μεγαλῆτορ. Ad quam doctrinam accommodate Lascaris *l. III., B. III. f. v.* scripsit *v.* 287. *Theogon.* Ac de quattuor quidem istis generis neutrius vocabulis res est satis pervulgata ex aliorum grammaticorum notatione. V. Theod. Gazam *Gramm. III.*, *p.* 95., Theodos. *Gramm. p.* 135., Ps. Herodian. *Epimerism. p.* 192. 240. Ubi quod apponuntur Γύμορ, Χοδολλογόμορ (sic enim pro Χολοδογόμορ aut Χοδογόμορ scribi oportet; v. Maittaire *de dial. p.* 192.), Ναβουχοδονόσορ, prodit cum aliis recentissimae memoriae magistrum. Verum ad composita masculina translatio praeter rationem instituta est nec antiquis grammaticis deberi videtur. Nam quamquam in hanc rem testimonium non possum proferre disertum, documento tamen sat luculento est Hesychii lexicon. In quo primum *Tom. II., p.* 553. post μεγαλήτορι iusto ordine subiunctum est μεγαλήτωρ. Deinde *T. II., p.* 1566. licet expressum sit χρυσάορ, χρυσοήλιος, tamen librario id deberi ista doctrina imbuto, commonstrat legitima vocabulorum continuatio; quippe quae χρυσάωρ postulet scribi. — Praeterea ad idem curae grammaticae genus referenda duco *v.* 30. ἔδων, 850. τρέσσε δ' ἅδης et *v.* 200., ubi uterque codex inhonestam labem traxit. Nam quum vulgo legatur ἠδὲ φιλομηδέα, in Bodleiano est καὶ φιλομηδεία, quod ab librario Parisino, scilicet ne constructio laberetur, mutatum est in καὶ φιλομηδειαν (sic). Accentus praetermittitur; nempe sensit librarius vitium. Ceterum utriusque lectionis primordia aperienda sunt in aliis codicibus, velut in eo, quo utebatur Lil. Gyraldus *Deor. hist. p.* 393. *C.* Affert enim ex hoc loco ἡ δὲ φιλομμήδεια. Prius etiam fuit ἠδὲ φιλομμήδεια. Omnis haec depravatio coniuncta arcte fuit cum *v.* 199.

Accedo ad ea scripturae exempla utriusque communia, quae aut vera sunt aut bona. Sic *v.* 33. Parisinus exhibet *καί μ' ἐκέλονθ' —*, unde ortum est Bodleianum *καί μ' ἔθέλον θ'* (sic). *V.* 375. in forma Κρείῳ consentiunt; *v.* 328.

et 442. in *κυδνή*, quam scribendi rationem licet Hemsterhusius satis fuerit tutatus, non est tamen praetermittendum, quod *Opp.* 255. codices Lanziani prope omnes (v. *ed. p.* 282.), Dorvillianus deinde et Paris. 2771. ap. Gaisfordum, denique Elbingensis bonae notae in altera forma *κυδρή* mirum in modum consentiunt. — *V.* 401. iidem exhibent:

παῖδας δ' ἤματα πάντα ἑοῦ μεταναιέτας εἶναι,

pro *ἑούς*. Singularis autem est discrepantia, quae vix dubito, quin criticorum antiquorum auctoritati ascribenda sit. Formam pronominis insolitam commemoravit Apollon. Dysc. *de pron. p.* 98. *C. de synt. II.*, 17. *p.* 130. Quam quum *τῇ τεοῦ ἀκόλουθον* esse tradat, item Doriensium usui tribuendam esse putarim. Quicquid eius rei sit, certum est, eandem olim exstitisse in Homeri exemplaribus Zenodoteis. V. Schol. A. *Il. β,* 239. *p.* 64. *Il. τ,* 384. *p.* 528. Deinde semel ab Apollonio fuit adhibita *Argon. IV.*, 802. 3.:

τῷ καί σε λιλαιόμενος μεθέηκεν
δείματι, μή τις ἑοῦ ἀντάξιος ἄλλος ἀνάσσοι
ἀθανάτων.

Denique notio formae plane congrua est poetae consilio. — *V.* 795. praebent *νήποτμος* et *νηπότμος* pro *νήυτμος*. Illud suprascriptum est in Mediceo. De re diximus *l. I.*, *c. III.* — Denique *v.* 748. singularis item obversatur discrepantia; Parisinus enim emendate habet *ἡμέρη ἄσσον ἰοῦσαι*, Bodleianus ex Robinsoni narratione *p.* 485. *ἡμέρα τᾶσσον ἰοῦσα.* Illud quum et ipsum habeat aliquem antiquitatis candorem, pro varia scriptura exinde propagata habendum esse censeo.

Cum codice Londinensi solo perpauca communia sunt Parisino 1., velut *v.* 32. *θείην ἵνα κλύοιμι* — sic enim Robinsoni testimonium *p.* 484. explicari debet —, *v.* 48. *λήγουσαί τ' ἀοιδῆς* et *v.* 433. *παύσθη*, quamquam in Parisino $\overline{σ}$ erasum est. Sed quod iisdem libris *vv.* 1020. 1021. omissi sunt, qua de re eis cum pluribus convenit v. c. Laurentinis duobus saeculi tertii decimi et sexti decimi, de quibus Bandinius dixit *Catal. Tom. II.*, *p.* 95. 142., poterat id a diversis hominibus eodem consilio institui.

Sed ubi codicibus Parisino 1. et Londinensi adiunxeris Bodleianum, mirum quantum adaugetur affinitatis gravitas. Convenit enim inter hos de rebus memoratu maxime dignis. Bonam speciem habent *v.* 94. *ἐκ γάρ Μουσάων*, *v.* 493. *ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν*, ubi Mediceus fere consentit, omissa quidem particula, *v.* 732. *πύλας,* 847. *ἔζεε δὲ χθών.* At pessima exhibent *v.* 178. et *v.* 249. Illo enim loco ex Lond. et Bodl. *ἐκ λοχοῖο* notavit Robinson. *p.* 484., ex

Parisino ἐκ λόχοιο Zalycus. Huic autem convenit accurate lemma Schol. Cantabr. *p.* 235. *ed. Bas.* Illud fuit primum, et indoctum correctorem prodit; imposuit tamen Heynio *ap. Wolf. p.* 148. Deinde *v.* 249. cum damno versus Lond. et Bodl. habent νησαίη καὶ —, idem, geminata ex vulgi pronuntiatione littera sibila, Parisinus.

Denique perventum est ad communem possessionem codicum Parisini 1. et Cantabrigiensis. Neque est ea admodum locuples. Sic *v.* 678. contra diserta recentium grammaticorum praecepta positum est δέ περ ἴαχε. — Deinde *v.* 856. ubi Cantabr. ἔπερσε, Parisinus ἔπρεπε ostendit, utrumque ex ἔπρεσε depravatum esse apparet. — *V.* 774. in utroque libro omissus est, *v.* 845. πυρός τ' aeque correctum, *v.* denique 903. in illo ὠρεύουσι, ὠρεύουσι in altero ex scholiastae narratione repositum exstat. Talia exempla sententiam nostram de communi omnium codicum conditione nequaquam impugnant. Immo confirmant eandem; uterque enim codex curam recentem prodit luculenter.

2. Parisinus vero inprimis tot novitiae emendationis per plura saecula deinceps repetitae ostendit documenta luculentissima, quanta in nullo fere codice deprehenduntur. Valde igitur esset e re critica, si quis diversas codicis recensiones quodammodo disiungeret et singula discrepantiae genera ad certam aetatem revocaret. Quod quamquam in hac codicum paucitate perfici a me non potest, admoneo tamen, hanc in rem prae reliquis adhibendum esse Venetum illum de quo diximus Paullinum. Est enim verisimillimum, Parisinum codicem ex recensione grammatici recentissimi esse ortum, qui quidem pro fundamento emendationis codicem Paullino cognatum assumpsit. Res primum certissime ex iis locis deprehenditur, quorum collatio ex Paullino codice a Morellio publicata est. Convenit enim inter utrumque de rebus gravissimis: *v.* 5. Περμησσοῖο, 6. ἵππου κρήνης, 9. πολλῇ, 18. 19. ordo permutatur, 24. ἔειπον, 30. ἔδων, 31. θηητόν, 32. θείην ἵνα κλύοιμι, 33. καί μ' ἐκέλονθ', 48. λήγουσαί τ', 49. ὅσσον, 50. αὖτις, 65. 67. praetermissi in utroque sunt, 72. βρόντην, quod invitavit continuo Parisinum librarium, ut reponeret αὐτὸν ἔχων βρόντην. *V.* 79. ἥδε — ἁπασάων, 83. ἀοιδήν, 96. ὅ δ', 524. ἴσον, 532. πανθῃ, 554. θυμῷ. Ex his quae vera falsa, consilio errore instituta sunt, nullo negotio intelligitur. Recentem mutationem prodit inprimis *v.* 66. 67. defectus; quamquam rem manifestam non perspexit Schoellius *Hist. litter. Graec. T. I., p.* 132. *not. ed. Germ.* — Si quid utrique codici intercedit diversita-

tis, plerumque corruptela aut reapse aut de librarii sententia suberat. Sic v. 28. Paullinus habet εὖτ' ἂν ἐθέλωμεν, Parisinus recte ἂν omisit. *V.* 29. Paullinus διὸς μεγάλου, vere Paris. redintegravit ordinem. *V.* 61. ille μεμήλεται, hic μέμβλεται, quod ex codice alio sive ex scholiis petere licebat. *V.* 94. praetermissus errore in Paull., adiectus in Paris. *V.* 537. Paull. Ζηνὸς contra metrum, Paris. reposuit Διός. — Huc deinde singularia quaedam recentis emendationis documenta refero: v. 31. δρέψασαι in Paris. scriptum pro δρέψασθαι cod. Paull., v. 43. δώματά τ' pro δώματ', 543. περιδείκετ' pro ἐριδείκετ', 82. ἐπίδωσι pro ἐσίδωσι. Quibus quidem exemplis codicis conditio egregie illustratur. Reliquis deinde locis aut mutationis ratio minus aperta est aut Paullinus potius codex recentem curam expertus est. Sic v. 28. Paullin. γηρύσασθαι ex schol., μυθήσασθαι Parisin., 41. θεῶν Paull. cum Triclinio, θεᾶν Paris., 97. φιλῶνται Paull., φιλεῦνται Paris., ib. ille ῥέεν cum Bodl., Paris. ῥέει, 537. Paull. ἐξαπαφίσκων, Parisinus ἐξαπατίσκων.

His iam confirmatis, in reliqua carminis parte sine magno plerumque discrimine definire licebit, quid iam paullo antiquius fuerit lectum quidve recentissima memoria accesserit grammaticorum interpolatione. Iustam enim in plerisque normam praebet tum textus Trincavellinus ex Paullino potissimum codice repetitus, tum scholiorum lemmata itidem ex parte deprompta. Itaque primum propter consensum textus Trincavellini cum Parisino codice haec fere singularis discrepantiae exempla pro antiquioribus haberi debent: v. 144. ἔσαν, 163. θρασύνουσα, 189. ἐπ' ἤπειρον πολὺν —, 193. ἔπλητ', 438. τοκεῦσιν, 691. ἴκταρ. Deinde propter lemmatum cum codice convenientiam: v. 171. πατέρος γε, 295. οὐδὲ ἐοικός, 297. σπῆι ἐν γλαφυρῷ, 451. πολυκέρδεον, 453. Ῥείη δ' ὑποδμηθεῖσα, 799. ἐπεὶ νοῦσον τελέσει, 913. ἣ τέκε Περσεφόνειαν, 916. ἐξ ἧς οἱ Μοῦσαι, 922. ἠδ' Ἥβην καὶ Ἄρην, 940. Καδμὶς δ' ἄρα οἱ Σεμέλη, 982. Γηρυονῆα. — Haec quamquam falsa multa et inepta comprehendunt, non sunt tamen bonis plane privata. V. v. 193. 916. His deinde annumerari debent alia, quae quum in Parisino tantum legantur, aut ex alio codice derivata sunt aut doctiori librario debentur: v. 351. Ῥόδεια, quod legit et expressit etiam Pylades Brix. *Genealog. l. III.*, p. 469. et Gyraldus *hist. Deor.* p. 175. *A.* Probarunt Ruhnk. *h. in Cer.* 419., Spitzner. *vers. hom.* p. 29., Gaisfordus. — *V.* 352. Πεισιθόη, quod commemoratur

etiam ab Schol. Cant., non caret explicatu idoneo. — *V.* 273. *Πεφριδώ* debetur Scholiastae, qui idem explicat. Praeterea idem Io. Diaconus et scripsit *Allegor. p.* 562., quamquam editores nunc locum ad vulgarem modum reformarunt, et interpretatus est. Deinde aliis pariter illud praeplacuit. Vide Eudociam *p.* 105. et *p.* 288., Schol. Paris. *ad Apoll. Rhod. IV.*, 1515. eil. Schol. *Aesch. Prom.* 766. *p.* 48. Codd. Tzetz. *ad Lycophr.* 838. *p.* 824. Praeterea breviter complectar *v.* 277. ἀγήρῳ, 480. τραφέμεν, 487. ἰσχάτθετο, 680. δὲ τινάσσετο, 747. ἑστεώς, ut τεθνεώς, 800. χαλεπώτατος, 873. αἱ δ' ἤτοι, 875. ἀεῖσι, 909. Ἀγλαΐην τε καί, 1013. μυχῷ.

Contra quae supersunt exempla cod. Parisini, eorum vix ullum ab temeritatis crimine vindicare licet. Sic *v.* 324. omissus est, qui offendit librarium praecedente *v.* 321. *V.* 153. positum est ἄπλαστος, scilicet ne diversa vocabuli forma intra paucorum versuum intervallum esset adhibita. *V.* 245. legitur in Parisino Κυμοθέη, nempe accommodata videbatur vocabuli ratio ad exemplum nominis Πασιθέη. At specie falsa deceptus fuit librarius. Πασιθέη analogiam habet exemplorum Ἀμφιθέα, Εἰδοθέα, Λευκοθέα, Δεξιθέα, Πραξιθέα, quibus non congruit Κυμοθέη. Contra Κυμοθόη illustratur nominibus his: Ὠκυθόη, Ἀμφιθόη, Εὐρυθόη, Ἱπποθόη, Ναυσιθόη, Ἀνδροθόη, Λαοθόη, Προθόη. Hinc clare intelligitur, quid intersit inter Πασιθέη *v.* 247. et Πασιθόη *v.* 352. — Ex turba reliquorum exemplorum, ad quae unicuique datus est in Gaisfordi libro aditus, seligam potiora: *v.* 419. οὗ pro ᾧ, 308. τέτοκε, 334. ἐρεμνοῖς κεύθεσι γαίης, 378. καρτερόθυμος, 610. τεύξῃ, 622. ἐσχατιῇ μεγάλῃ, 659. ἄψορον, 663. ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ, 830. ὄφ' ἐεῖσαι, 835. ῥοῖζος γ', 836. ἤματ' ἐκείνῳ, 870. νόσφι νότου τε βορέου τε, 1001. ἔτεκε. *V.* autem 454. ubi idem, ut videtur, librarius plura scripturae genera in unum locum coegit, ἑστίην recenter illatum ex Apollodoro, ἠθείην autem ex errore nescio quo enatum est. Nam pro vera scripturae diversitate non video, quo pacto possit accipi. Denique secundam quoque aliquam curam codex expertus est recentiorem, cuius unum exstat documentum *v.* 617. τῷ Βριάρεῳ, ab L. Dindorfio accurate notatum.

CAPVT VII.

CODEX PARISINVS II.

Alterius codicis Parisini indoles, quum alieno consilio sit instituta collatio, minus plene et accurate designari potest. Interim demonstratum iam prius est, codicem multorum exemplorum convenientia trahi et ad universam Medicei, Parisini 1. et Bodleiani familiam et ad Medicei et Parisini 1. singularem. Demonstratio plena non esse potuit numero exemplorum; sed dignitas paucitatem adiuvit. Idem pertinet ad reliquorum librorum similitudinem; amplissima est ea, quae in Bodleiani convenientia cernitur. Sic Paris. et Bodl. *v.* 446. tenent verum *εἰροπόκων ὀΐων*, *v.* 733. Paris. habet *τεῖχος δὲ περοίχεται*, quod alibi satis illustravimus; proximum est Bodl. *περοίκεται*. V. Robins. *p.* 485. Reliqua peiora sunt; eminet *v.* 851. *Κρόνου ἀμφὶς ἐόντες*, cui equidem genuinam originem non concesserim. Vulgatam scripturam antiquitate celebratam fuisse, docet, ne notissima quaeque proferam, unus Lucianus *Saturnal. c.* 5. *Tom. IX.*, *p.* 5. 6. *cll. de saltat. c.* 37. *T. V.*, *p.* 147. 155., Pallad. *Anthol. Pal.* X., 53., 3—6. Altera fabulae species, secundum quam Saturnus non esset una in Tartarum coniectus (v. Voss. *ad h. Hom. Cer. p.* 30.), ab homine recentis doctrinae in Hesiodum illata est, quum accurata illius rei narratio in hoc carmine desideraretur. Idem passus est Homerus apud Etym. M. *p.* 94., 21. De antiquitate corruptelae eiusque origine haud quicquam affirmaverim. Sed immerito Blochius idem depravationis genus obtrudit Herodiano *περὶ μονήρους λέξεως p.* 45., 24. *sqq. cll. praef. p. XXIII.* Vulgata enim in illo loco scriptura grammatici disputatione pulchre defenditur. — *V.* 877. uterque cod. exhibet *συναντῶντες*, quippe ortum ex creberrimo librariorum errore, de quo v. Bast. *comm. pal. p.* 764. 926. — *V.* 880. *πιμπλῆσαι* ab iisdem effictum fortasse ex aliorum scriptura *πιμπλεῖσαι*, quam supra notavimus. Nulla certe frequentior est et expeditior vocalium permutatio.

Cantabrigiensi codici de duobus tantum locis cum solo Parisino secundo convenit; quorum unum *v.* 595. *βόσκωσι* pro *βόσκουσι* incongruum est reliquae enunciationis rationi, alterum verissimum *v.* 692.:

φλόγα εἰλυφόωντες,

omissa particula copulativa, quam epicorum sermo non admittit. Cfr. *Il. υ,* 492., Hermann. *ad Orphic. p.* 815.

Praeterea multa scripturae genera, contraria eis, quorum familias pertractavimus antea, huius libri auctoritate fortasse defendere licebit. Certum in hoc genere est *v.* 227. *λιμόν,* ab Ruhnkenio commemoratum. Reliqua nituntur in eiusdem silentio, ita ut nullam pleraque habeant fidem: *v.* 23. *ἔειπαν,* 32. *ὥστε κλύοιμι,* 93. *οἷα τοι μουσάων,* 420. *ὀπάζοι,* 446. *γεθέλουσα,* 574. *ἀργυφεῖ* (?), 153. *ἴσχυς δ' ἄπλατος,* 171. *πατρός γε,* 178. *ἐκ λοχεοῖο,* 229. *ψευδέας* (?), 276. *Σθειrώ,* 277. *ἀγήρω,* 347. *Ἀπόλλωνι ξὺν ἄνακτι,* 379. *βορέην τ' αἰψηροκέλευθον,* 380. *θεῷ θεὰ,* 384. *νίκην,* 451. *πολυδερκέος,* 826. *λελειχμότες.* Denique *v.* 721. *sqq.* Quorum tamen magna pars, si Robinsoni diligentiae tantum tribuere licet, pertinet etiam ad codd. Bodl. et Lond.

Itaque ut redeat oratio ad res certas, superest, ut de iis dicatur discrepantiae exemplis, quae reliquis codicibus omnibus adversantur. Ex quo genere quamquam multa commemorari possunt, perpauca tamen aut bonitate sese commendant aut antiquitatis habent notam. Optima tamen sunt haec: *v.* 991. ad marginem repositum fuit *μύχιον,* de quo dicemus libro tertio. *V.* 493. *ἐπιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ,* ut *Odyss. λ,* 248. — *V.* 287. *τρικάρηνον* recenter introductum; nam *v.* 312. vulgaris forma mansit. Similem olim tractabat codicem Budaeus. V. Gul. Canter. *V. L. IV.*, 13. — *V.* 655. praebet *πιφαύσκεο,* geminum fere lemmati Schol. Trincav., ex codice Triclinii, ut arbitror, desumpto, *πιφαύσκεαι.* Exemplaria edita omnia nec non codices reliqui consentiunt in *πιφάσκεαι,* quod placuit adeo grammaticis nostris. V. Passow. *Lex. T. II., p.* 476. Attamen multum equidem vereor, ne hóc errori tantum debeatur. Quippe librarii quum verbum *πιφαύσκω* ab vulgari consuetudine plane esset seiunctum (vide Eustath. *Il. p.* 1225., 58.), exigebant illud ad notioris vocabuli normam. Communis autem hic fuit olim plurimorum error. Vid. optim. Odyss. codd. Vindob. *ap. Alter. p.* 626. 744. 759. 782. 837. 841. 843. 852., Orionis Et. *p.* 135., 7. contra ipsum grammatici praeceptum, Apoll. Rhod. *I.*, 1097. *III.*, 606. 1165. *IV.*, 1346., Nicand. *Ther.* 411. 637., Nonni *Dionys.* v. c. 18., 34., Maximi

περὶ καταρχῶν v. 533. aliorumque, quibus augeri possunt exempla ab Schaefero prolata *Gregor. Cor. p.* 964., ut tandem in vulgus fiat notum, quam crebro fuerit in hoc vocabulo ab librariis erratum. Eustathius autem, qui veram verbi rationem saepe illustravit, v. c. *p.* 821., 42. *p.* 905., 2. *p.* 1728., 25., communi labe tamen vacare non potuit. V. *p.* 1693., 29. 1654., 29. Ceterum quod genuinum est, constat praeceptis Philoxeni *Etym. M. p.* 673., 49. *sqq.* et Schol. Ven. A. *Il.* κ, 202. Alterum ne commemoratur quidem unquam a bonis auctoribus. Neque enim inter hos rettulerim Maximum Planudem *de grammat. p* 15., 8. *sqq.*: τό τε θῶ τιθῶ λέγουσι καὶ τὸ φάσκω πιφάσκω καὶ τὸ χρῶ κιχρῶ. Neque quod in *Hort. Adon. p.* 136. *b.* (*p.* 366. *ed. Dind.*) disputationi, quam memorabam, Philoxeni adiectum legitur: ἔστι δὲ καὶ πιφάσκω, in Etymologico exstat aut apud Orionem, sed est ex additamentis Guarini, qui in multis illud scriptorum exemplaribus reppererat. Ceterum πιφαύσκεο quum sermonis nativitati minus quam πιφαύσκεαι congruum sit, prodit iterum recentem emendationem. Cum hoc exemplo fortasse coniungenda sunt *v.* 243. Εὐκράντῃ et 282. παρὰ πηγάς, quibus codex magis etiam in familiaritatem Triclinii pervenit.

Reliqua denique omnia vix dubium est, quin ad recentiorem originem referre oporteat. In his pauca insunt paullo exquisitiora et quae ferri adeo possunt; pleraque tamen aut nimis argute aut prorsus indocte instituta sunt. Sic *v.* 139. praebet ὑπέρβιον ὕβριν ἔχοντες pro ἦτορ, coll. *v.* 896. *V.* 148. 149. transpositi sunt. *V.* 273. dedit librarius Πεμφρηδώ, quippe obversabatur animo πεμφρηδών. Quamquam latius haec corruptela serpsit et ex mythologorum libris in codicem illata videri potest. Exstat autem in libris Apollod. *Bibl. II.*, 4., 2. *p.* 137., Hygini *praef. p.* 9., Schol. Flor. *Apoll. Rhod. IV.*, 1515. — *V.* 554. dedit ἀμφὶ δέ μιν χόλος, quod multis prae Gerhardi explicatione vulgatae probatum fuerit. — *V.* 695. ἔζει δὲ χθὼν et 764. καὶ χάλκεον ἦτορ propter versum instituta sunt. Aliquantum peiora deinde sunt haec: *v.* 141. κεραυνούς, 205. μειλιδήματα, 265. θυγατρῶν, 431. ἣν δέ ποτ' — θωρήσσοιντο, 458. πελεμίζετο, 471. οἱ φράσασθαι, 563. ἀθανάτοιο, 597. ἡμάτιον, 600. κακόν, 636. συνεχέες, 693. φερέσκιος, 760. ἐπιδέρκει, 892. τὼς γὰρ ἐφρασάτην, 969. ἀθανάτοις, cll. Medic. *v.* 1019.

CAPVT VIII.

CODEX BODLEIANVS.

Bodleianus codex 109., ad quem proximo ducimur disputationis ordine, quam arctis vinculis cum omnibus de quibus exposuimus codicibus contineatur, luculenter a nobis commonstratum est. Simili deinde modo cum reliquis cohaeret. Eiusmodi autem consensus quum faciat interdum ad confirmandam vulgaris lectionis auctoritatem, maximam partem comparet in interpolatione manifesta, ducta illa ut plurimum ex mendoso scripturae genere.

Primum Londinensis codex saepe pessimorum quorumque est particeps, v. c. *v.* 28. utrumque commaculat ἴδμεν δ᾽ αὖτ᾽, ἂν ἐθέλωμεν, ductum illud ex εὖτ᾽ ἂν ἐθέλωμεν cod. Paullini. Iidem tenent *v.* 165. πείθεσθε, 229. ψεύδεά τε λόγους τ᾽ ἀμηλογίας τε, 230. ἀλλήλησιν. Contra si Robinsono non omnis deneganda est fides, interdum consentiunt in vulgatis, ut *v.* 143. ἐπέκειτο, 240. μεγήρατα, 519. ἀκαμάτοισι, 877. κείνοισι, 986. φυτήσατο.

Deinde inter Bodleianum et Cantabrigiensem codicem pauca intercedunt convenientiae exempla. Quorum unum, levius tamen illud, verum est Ζεῦ κύδιστε *v.* 548. Graviora quidem, sed falsissima sunt *v.* 574. κατα-θῆκεν pro καταχρῆθεν, 538. τοῖς μὲν pro τῷ μέν, 826. λελιχμότος, quod satis, opinor, redarguimus supra *l. I., c. XII.*

Ex magno denique numero eorum exemplorum, ubi Bodleianus ab reliquis codd. omnibus discedit, primum ea segregari debent, quae in antiquis exemplaribus typis exscriptis simul comparent. Sed illud in hac re inprimis mirationem facit, quod quum magnam codex et vitiorum et lectionum cum Aldo habeat communitatem, nihilo minus eidem cum Trincavello similis intercedit necessitas. Haec quidem ex Paullino codice orta est. Tenemus rem in *v.* 97. ubi Bodl. et Paull. soli ῥέεν exhibent pro ῥέει. Leviora huius generis exempla cernuntur *v.* 119. μυχῶν, *v.* 397. ἄφθι-

τον, utrumque pessimum est. Deinde *v.* 491. ἐξελάειν, *v.* 377. ubi Trincavellus edidit ὅς πάσαισι, Bodleianus aut ὅς τε πάσῃσι praebet, quod Robinsonus refert, aut quod Gaisfordus ὅς γε πάσῃσιν. Utrumque satis refutavimus *l. I.*, *c. III.* Praeterea in hac causa non est praetereundum quod *v.* 345. ubi Ἄρδησκος reliquorum codd. auctoritate nititur, isti libri eatenus consentiunt, ut Bodleianus praebeat Ἄρδισκον, Trincav. Ἄλδισκον. Illud certe in solo scribentis errore versatur et acceptum olim est ab Pylade Brixiano *Deor. Geneal. l. III.*, *p.* 467. Sed gravissimum exemplum praebent *v.* 140.:

Βρόντην τ' Ἀστερόπην τε,

pro τε Στερόπην. Viderint alii, num illud docta antiquitate satis dignum sit; equidem falsissimum esse si evicero, satis fecisse videbor. In carminibus Hesiodeis utraque forma nominis primitivi reperitur et στεροπή et ἀστεροπή, ita tamen ut illa, utpote versui condendo longe aptior, saepius usu veniat. Ac prae reliquis placuit poetae eiusmodi ordinum continuatio:

βροντήν τε στεροπήν τε —.

V. *v.* 286. 707. 854. 845. cll. 699. 505. Alteram autem formam, quae singularem nonnumquam efficit numerorum gravitatem, aliquot locis apte ad hanc rem ad usum vocavit Hesiodus. Sic *v.* 690. 1.:

οἱ δὲ κεραυνοὶ
ἴκταρ ἅμα βροντῇ τε καὶ ἀστεροπῇ ποτέοντο.

Scut. 322.:

εἴκελος ἀστεροπῇ.

Nomen deinde ἀστεροπητής ob eandem versus commoditatem unice placuit. V. *Theogon.* 390. — Utriusque deinde formae in Homeri exemplaribus non exstat diversus ab hoc usus. V. *Il.* ν, 242. λ, 66. τ, 363. Interdum quidem vetus notatur discrepantia, sed nullius contra Hesiodeum usum auctoritatis. Nam v. c. *Il.* λ, 184. ubi vulgo et apud Eustath. *p.* 839., 10. editur:

οὐρανόθεν καταβάς· ἔχε δὲ στεροπὴν μετὰ χερσίν,

quod Aristarchus posuerat ἔχε δ' ἀστεροπήν, eo factum est consilio, ut maiores nervos haberet versus clausula. V. Schol. A. *ad l. p.* 308. Reliquorum denique poetarum epicorum quos appellare in hac causa licet omnium eadem constat consuetudo; quippe plenam formam inprimis ad augendam numerorum dignitatem adhibent. Quod quum in pluralem numerum plerumque cadat, tamen in singulari quoque nonnumquam propriam quandam habet vim. V. e. g. Nonnum *Dionys.* 27., 94.

Itaque ob solam hanc consuetudinis in primitivo vocabulo auctoritatem versum *Theog.* 140. ab indocto homine interpolatum fuisse apparet. Nunc rem ab altera parte adoriamur. Etenim res ipsa nihil vetabat, ne ab utraque vocabuli forma nomina propria derivari potuerint. Et exstat sane in libris scriptis v. c. et Στερόπη et Ἀστερόπη. V. Heyne *ad Apoll. Bibl. III.*, 12., 5. *p.* 332., Dionys. Halic. Maii *Collect. Nov. Vat. T. II.*, *p.* 487., Arnob. *adv. gent. l.* 4., *c.* 26., Stephan. Byz. *s. v.* Ἀκράγαντες, *pag.* 80. Sed haec nonnunquam immerito praelata est alteri. Res pulchre declarari potest in Sterope Pleiade. Hoc enim nomen constat illi tum poetarum usu, v. c. Arati *v.* 262., Nonni *Dion.* 3., 337., Ovidii *Fast. IV.*, 172.; tum vario scriptorum testimonio, Hellanici *ap. Schol. A. Il.* σ, 486. *et apud Eudoc. pag.* 339., Hygini *fabul.* 192. aliorumque. At occurrit Germanicus *v.* 262. *ed. Buhle.*:

Asterope et Taygete simul famosaque Maia.

Locus est misere corruptus: sed quum per editorum negligentiam de codicum lectione nihil constet, ratio emendationis non est expedita. Interim licet eadem nominis species apud scholiastam Germanici reperiatur, tamen ad certum Arati exemplum versus sic censeo esse reformandos:

Electra, Alcyoneque Celaenoque Meropeque
Taÿgete Steropeque simul famosaque Maia.

Sterope nomen in Arati imitatione servatum etiam ab Avieno est *v.* 581.:

Et Sterope Meropeque simul famosaque Maia.

Depravationi autem ansam dedit fortasse illud, quod Arati quoque exemplaria nonnulla similem nominis interpolationem experta fuerunt. Nam Eudocia *p.* 17. versum Arateum affert hunc:

Ἀστερόπη καὶ Ταϋγέτη καὶ πότνια Μαῖα.

Sed prae ista auctoritate consummatam codicum nostrorum fidem non puto neglectum iri. Quod quum ita sit, unicus, qui iam superest, Asteropes Pleiadis auctor *apud Schol. Pind. Nem. II.*, 16.:

Ἀλκυόνη τε καὶ Ἀστερόπη δίη τε Κελαινώ,

si fuit ex antiquissimis, reliquorum assensum non tulit; si recentiori aetati assignandus est, ab communi usu descivit iccirco, quod nec Arati exemplum accurate sequi voluerit, et aegre ceteroquin Dearum nomina paucis versibus comprehenduntur.

Parata via pervenimus ad rem nostram. Itaque Cyclopis Στερόπης nomen primum magno nititur poetarum consensu, v. c. Theogoniae Orphicae *ap. Lobeck. Aglaoph. p.* 504., deinde Callimachi *h. in Dian.* 68.;

Ἄργην ἢ Στερόπην —.

Nonni *Dion.* 14., 59.:

Βρόντης τε Στερόπης τε —.

Eiusd. 28., 187.:

Καὶ Στερόπης κεχόρυστο.

Cfr. *ib.* 27., 93. 39., 340. Ex Graecorum consensu nomen transiit ad Latinos poetas, quorum idem constans est usus. Aliquot exempla congessit Spanhem. *ad Callim. Dian.* 68. *p.* 216. Multa praesertim recentiorum poterunt adiungi, v. c. Valerii Flacci *Argon. I.*, 446.:

ingrato Steropen quod fuderat arcu.

Claudiani *de rapt. Proserp. I.*, *fin.*:

Nec Steropes construxit opus.

Eiusd. *de tert. cons. Honor. l. V.*, *p.* 113. *ed. Elzev.*:

Festinat Steropes —.

His deinde egregie conveniunt reliqua scriptorum gravissimae auctoritatis testimonia, Apollodori *I.*, *p.* 1., Schol. *ad Aesch. Prom.* 351. *p.* 26., Schol. Par. *Apoll. Rhod. I.*, 730., Schol. *Eur. Alcest.* 5., Schol. *Gregor. ed. Bill. p.* 514. *B.* 517. *C.*, *ed. Mont. p.* 148. 153. *et in Catal. Codd. Clark. Tom. I.*, *p.* 54., Hygini *praef. p.* 7., Eudociae *p.* 92., Eustathii *p.* 1622., 50., ubi fabulam Hesiodeam attingit.

Omnia in hoc genere reguntur poetarum usu antiquissimorum; a quibus quum primum una nominis species esset usu recepta, consequens erat, ut et ab ipsis eadem ubique servaretur, nec ab aliis scriptoribus ad levitatem arbitrii immutaretur. Apparet autem, alteram formam, quae choriambum efficit, prae anapaestica ab epicis esse neglectam iccirco, quod minus est ad versus facilitatem commoda. Eandem ob causam contrarium accidit in nomine *Ἀστερόπεια*, quod aliter nunquam adhibitum fuisse comperimus, et in viri nomine eiusdem originis *Ἀστεροπαῖος*. V. Hom. *Il. μ*, 102., Nonn. *Dionys.* 22., 382. Quid? quod hoc ipsum nomen, si Heynio credimus, ab quibusdam ad Cyclopem translatum fuit. Is enim apud Euphorionem illius usum sibi videbatur repperisse *ann. ad Apollod. T. I.*, *p.* 4. Etenim in fragmento, quod exstat apud Schol. *ad Nic. Ther.* 288.:

ἢ Αἴτνην ψολόεσσαν, ἐναύλιον ἀστεροπαῖον,

de sua quadam opinione scribendum coniecit:

ἢ Αἴτνην ψολόεσσαν, ἔναυλόν τ' Ἀστεροπαίου.

Felicior saltem fuit Schneiderus, qui eodem consilio reposuit: *ἐναύλιον Ἀστεροπαίου*. V. *ed. Nic. p.* 190. Verum licet nomen nec inepte confictum sit, et magnam habeat commoditatem, certum tamen est, temere poetam mutatione

P

ista esse infestatum. Nihil enim Euphorionis ingenio convenit aptius, quam ἐναύλιον ἀστεροπαῖον dici Aetnam, fulgurum domicilium. Alterum deinde istius formae exemplum, ab ipso Heynio neglectum, licet fortasse ex Schol. *ad Eur. Alcest. v.* 1. depromere, qui ex Pherecydis auctoritate tradit: ὅτι κτείνει (Apollo) τοῦ Βρόντεω καὶ Ἀστεροπαίῳ καὶ Ἀργέῳ παῖδας. Sic verba expressa sunt in exemplari antiquissimo Basileensi a. 1544. *p.* 543., καὶ Στερόπεω, quod habet etiam Sturzius *Pherecyd. p.* 82., recentium quorundam editorum studio condonandum est. Verum hoc exemplum vix est altero certius. Nam quum Ἀστεροπαίῳ duppliciter corrigi possit, Ἀστερόπεω vel propter reliquorum nominum similitudinem longe est praestabilius.

Hac ratione iam prodit Asteropes Cyclops, sat antiqua, ut videtur, auctoritate stabilitus. At non pervertet ea calculos nostros. Constat enim abunde, quantum sive Arsenius sive alius quis paullo vetustior in istis scholiis componendis digerendisque sibi permiserit licentiae. Hoc autem in loco feliciter accidit, ut optimi codd. Florentini duo veram nominis formam Στερόπεω servarent. Statuendum igitur erit, recentissimos grammaticos, studio etymologiae deceptos, productiorem horum vocabulorum speciem tanquam genuinam et comprobasse et, ubi fieri posset, scriptoribus audacter intulisse. Tenemus rem apertis vestigiis, in nomine Στερόπη a me copiose declaratis. Accedit, quod Schol. Cantabr. *ad Theog. v.* 140. *p.* 232. *ed. Basil.* Ἀστερόπης formam ingerit eo in loco, quo Venetus genuinam ostendit, hac parte longe et plenior et emendatior.

Gravior tum numero tum indole exemplorum est Bodleiani codicis cum Aldo convenientia. Fidem faciunt vitiosissima quaeque: *v.* 49. τόσσον, 228. μάχας, ἀνδροκτασίας τε, 282. ὅτ' ἂν —, 582. ἤπειρος τρέφει, omisso πολλά, 691. ἀστεροπῇ εὖ ποτίοντο, 748. τᾶσσαν ἰοῦσαι et ἰοῦσα, 887. καὶ θνητῶν, 815. κλειτοί τ' ἐπίκουροι, 895. πρώτην μὲν γὰρ κουρήν, reliqui enim γὰρ omittunt omnes. — *V.* 199. consentiunt in πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ, quod non errori tribuo, sed consilio. Scilicet intellexerunt, vulgarem versus scripturam ab genuina Hesiodi narratione discedere. Quamquam reliquam versus partem nihil curarunt. Mirum autem profecto esset, ni alii illam quoque similem in modum demutassent, Ποντογένειαν substituendo. Nam et hoc traditum est a poetis Veneris nomen, ut ab Oppiano *Cyneget. I.*, 33.:

ἐχθαίρω, τὰ λέγουσιν ἀθύρματα Ποντογενείης.

Orph. *h. in Ven.* 55. *p.* 319.:

οὐρανίη, πολύυμνε, φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη,
ποντογενής.

His paullo meliorem conditionem merentur v. c. *v.* 9. *ἠέρι πολλῷ*, 593. *ἀσύμφοροι*, 733. *τεῖχος δὲ περοίκεται* et *περ οἴκεται*, 781. *ἀγγελίης*, 811. *λάϊνος*, 981. *κάλλιστον*.

His igitur exemplis, quorum aut Aldus aut Trincavellus sibi vindicant communionem, ab reliquorum agmine seiunctis, duo inprimis supersunt discrepantiae genera Bodleiani propria, quorum unum aut ad veram carminis emendationem pertinet aut reconditam librarii eruditionem monstrat, alterum egregie facit ad illustrandam ineptam grammaticorum curiositatem.

Illud autem praeclaras aliquot comprehendit lectiones, v. c. *v.* 63. *σφὶ λιπαροί τε*, 438. *τοκεῦσι δέ*, *v.* 83. *ἐέρσην*, sed in margine est *ἀοιδήν*. V. Gaisford. His non impar est quod *v.* 15. Robinsonus enotavit *γενόχον*. Librarius autem *γεήοχον* aut voluit scribere aut scripsit. Quamquam facile intelligitur, locum esse corruptum, nulla tamen aperta est emendandi via, qua sine ullo discrimine ingredi liceat. Aliis fortasse placebit:

Ἠδὲ Ποσειδέωνα γαιήοχον ἐννοσίγαιον.

Goettlingius ausus est reponere:

Ἠδὲ Ποσειδάω γαιήοχον ἐννοσίγαιον.

Hermannus *Epist. ad Ilg. p. XIII.*, codicis vestigia sequutus, admisit:

Ἠδὲ Ποσειδάωνα γεήοχον ἐννοσίγαιον.

Denique quoniam inveteratum admodum est mendum, haud erit reprimenda eorum audacia, qui olim hic traditum fuisse coniiciant:

Ἠδὲ Ποσειδάωνα καὶ Ἥφαιστον κλυτοτέχνην,

vel simile quid. Ad mulcendos animos in memoriam revoco ea, quae de *vv.* 845. 846. 924. verissime disputasse nobis videmur. Profecto scriptura Hermanni aut potius codicis, praesertim quum accedat eiusdem formae apud Pindarum usus *Olymp. XIII.*, 113. (78.), non est ab omni parte spernenda. Nec dissimilem Pindari cum auctore prooemii convenientiam advertimus supra de mensura *ἀοιδή* vocabuli. Sed praetereundum tamen in hac causa non est, quod veteres grammatici formam *γεήοχος* aut non noverant aut non probabant: quam in sententiam Eustathii verba certo licet interpretari *ad Od. p.* 1392., 23.: *σημείωσαι δὲ ὡς γαιήοχος μὲν μοναχῶς διὰ διφθόγγου, γεοῦχος δὲ καὶ γηοῦ-*

χος· καθ' Ἡρωδιανὸν μὲν καὶ Δίδυμον διὰ τ̄ε̄ ψιλοῦ παρὰ τὴν ψιλογραφουμένην γέαν, ἧς συναίρεμα ἡ γῆ. ἄλλοι δὲ διὰ τῆς ᾱῑ διφθόγγου κατὰ τὴν λοιπὴν γαῖαν ἐξ ἧς καὶ ὁ γαιήοχος. V. praeterea Moschopul. περὶ σχεδ. p. 86. Quod quum ita sit, quartum emendandi genus ratione verissimum duco.

V. 270. pro Φόρκυι reliquorum codicum scriptura in Bodl. exaratum est Φόρκυ. In quo quamquam librorum auctoritati accedunt testimonia Draconis *p.* 94., 14. et Lascaris *Gr. l. III., B. VIII. f. v.*, qui ad Herodiani fortasse fidem disputarunt, nulla tamen vitii suspicio insidere debet. Apponam gravissima in hanc rem ipsius Lascaris praecepta, quae hodie fere ignorantur, *Gramm. l. III., B. VII. f. v. VIII. f. r.*: τὰ εἰς ῡν̄ προσθέσει τοῦ ο̄ς̄ ποιοῦσι τὴν γενικήν. οἷον — Φόρκυν. Φόρκυνος. Φόρκυνι. Φόρκυνα. καὶ ὁ Φόρκυς. τοῦ Φόρκυος. τῷ Φόρκυι. τὸν Φόρκυν. καὶ ὁ Φόρκυς. τοῦ Φόρκυ. τῷ Φόρκυ. ὅθεν καὶ Ἡσίοδος ἐν Θεογονίᾳ· (*v.* 333.)

Κητὼ δ' ὁπλότατον Φόρκυ φιλότητι μιγεῖσα.

τὸν Φόρκυν. — καὶ ὁ Φόρκος. τοῦ Φόρκου. Vid. P. Antesign. *ad Clenard. Gramm. p.* 38., 3. Haec omnia antiquitatem redolent. Nam forma ultima, licet minus nota et recenti potius consuetudine pervulgata, tamen antiquissimos et ipsa habet auctores. V. Pind. *Pyth.* 12., 24.: τό τε θεσπέσιον Φόρκοιο μαύρωσεν γένος, Phanocl. *Stob. t.* 64. *p.*400., Apollon. Rh. *IV.*, 828. cum Brunck. *annot.*, Nonn. *Dionys.* 43., 364. et Lobeck. *Aglaoph. p.* 863. Deinde firmato iam ab hac parte testimonio, altera quoque quae nova videtur observatio antiquis magistris ignota non fuit. Neque enim alio modo verba Etym. M. *p.* 798., 38. explicare licet tradentis: τὸ δὲ Φόρκυν τρεῖς κλίσεις ἐπιδέχεται. Nam Eudocia, exemplari lexici antiqui usa paullo nostris uberiore, accurate docuit haec *p.* 419.: δεῖ δὲ εἰδέναι ὅτι τὸ Φόρκυν τρεῖς κλίσεις ἐπιδέχεται· Φόρκυν γὰρ Φόρκυνος, καὶ Φόρκυς Φόρκυος, καὶ ὁ Φόρκυς, τοῦ Φόρκυ, τῷ Φόρκυ. Ceterum quidni ea, quae solus nunc tradit Lascaris, — ut plurima solus tradidit, egregie nunc aliunde confirmata — pro veris habere licet, quum nulla prohibeat ratio altius repetita? Convenit autem simplex ista nominum declinandi species inprimis antiquissimae Graecorum consuetudini, quae in multis diu obtinuit nominibus tum apud poetas, tum in vita communi obviis. V. Buttm. *Gramm. gr. T. I., p.* 203. Cum hoc autem exemplo apte potest comparari nominum diminutivorum usus, quem notavit Choeroboscus Bekkeri *Anecd. p.* 1195., v. c. Διονῦς, Διονῦ. Ubi

distincte praeceptum est de dativo: ταῦτα δὲ τὰ ὑποκοριστικὰ οὐκ ἔχουσι τὸ ι ἐν τῇ δοτικῇ τῶν ἑνικῶν, quamquam ratio obscura est: ἐπειδὴ οὐδέποτε ἐν τέλει λέξεως ἡ ϊι δίφθογγος εὑρίσκεται. Praeterea eadem flectionis species simili exemplo illustrari potest item Hesiodeo, quod commemorat Choeroboscus *l. c. p.* 1183.:

ἡ δὲ Θόαν τέκεν υἱόν,

aut Alcaico apud eundem *l. c.*:

Αἶαν τὸν ἄριστον.

Nam haec exempla ad idem illud genus referri debent. Ceterum interest aliquid inter utrumque quod protulimus Φόρκυ formae exemplum; nam hoc secunda syllaba in arsi posita est, altero in thesi. Quam ob causam Lascarinum antiquitati, Bodleianum recenti grammaticorum studio attribuendum esse putaverim.

V. 352. ex Bodl. Εἰδυῖα notatum est pro Ἰδυῖα, deinde codex ex eorum numero est, qui *v.* 960. βουλῇσιν Εἰδυῖαν praebent. Eadem in omnibus scriptoribus reperitur discrepantiae species. V. Heyn. *ad Apoll. T. I.*, *p.* 94. *sq.*, Wellauer. *ad Apollon. Rh. III.*, 243., *cll.* 269. Ex antiquorum grammaticorum iudicio Ἰδυῖα in hoc poeta est praestabilior. V. Schol. A. *Il. α,* 608. Alii alteram agnoscunt, v. c. Etym. Gud. *p.* 162., 39.: Εἴδυια κυρίως. ἡ μετοχὴ εἰδυῖα. Ubi aut altero aut utroque loco vulgaris accentus est restituendus.

V. 293. Ὄρθρον solus habet Bodleianus pro Ὄρθον, quae quidem discrepantia utrum ad reliqua nominis in hoc carmine exempla pariter pertineat nec ne, Robinsoni socordia reliquit incertum. Id tamen eo erit diligentius perscrutandum, quod reliquorum codd. auctoritas totius propemodum antiquitatis consensu firmatur. V. Eustathium *Il. p.* 1352., 11.: ὁ δὲ χαρακτὴρ τοῦ τόνου τοιοῦτος κατὰ τοὺς παλαιούς· (v. Arcadium *p.* 79., 9.) τὰ εἰς ος δισύλλαβα ἔχοντα πρὸ τέλους τὴν ορ συλλαβὴν ἀπαρασχηματιστα θηλυκῷ γένει βαρύνονται, χόρτος, φόρτος, ὅρκος, πόρνος, Ὄρθος, τὸ μονογενές, ἣν δὲ κύων Γηρυόνου, πτόρθος. Idem praeceptum qui repetit Etym. M. *p.* 591., 28., repetit etiam exemplum. Deinde Eustath. *Od. p.* 1967. item docet: καὶ Ὄρθος μὲν κύριον καὶ κύων, ὃν ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς, ὀρθὸς δὲ τὸ ἐπίθετον. Iam quod denuo Eustathius ad veterum auctorum praecepta rem se illustrasse affirmat, id aliorum testimonia plurima egregie comprobant. Schol. A. *Il. χ,* 29. *p.* 588.: οἱ κύνες πολλάκις

ὀνομάζονται μετὰ τῶν κτητόρων, οἷον Κέρβερος Ἅιδου, Ὄρθος Γηρυόνου. Schol. Platon. p. 427. Bkk.: εἶχε δὲ βοῦς φοινικᾶς, βουκόλον Εὐρυτίωνα, κύνα φύλακα Ὄρθον δικέφαλον, τὸν Ἐχίδνης καὶ Τυφῶνος. Cfr. Eudoc. pag. 214. 5. 159. 256. 376. — Deinde Schol. Pind. *Isthm.* *I.*, 15. aliosque maiore cum fiducia appellarem, nisi immaturum recentium editorum studium eorum auctoritatem magnam partem subornasset. Interim Ὄρθρος in quibusdam scriptoribus mythologicis profecto praebent aliquot codices. Sic variatur in Apollodori *Bibl.* *II.*, 5., 10. p. 186. *cll.* *Tom.* *II.*, p. 160. et Schol. Plat. *l. c.*; Schol. *ad Apollon.* *IV.*, 1399. ubi Ὄρθρος est in Parisinis, alterum in Florentinis; Tzetz. *ad Lycophr.* 651. *cll.* *Gaisf. ad Theogon.* 293. et Tzetz. *Chiliad.* *II.*, 36., 333. Sed in his scriptoribus nondum certa exstat critices factitandae regula. In Palaephato autem c. 40. p. 50. *Gale.*, ubi male vulgo legitur Ὧρος, optimi libri cum schol. B. *Il.* θ, 368. praebent Ὄρθος.

Quum disertum supra a nobis exprromptum sit grammaticorum de hac forma praeceptum, statuendum fortasse est, alteram ex librariorum errore originem traxisse causisque palaeographicis illustrandam esse. V. Schaefer. *ad Schol. Apoll.* p. 327., V. L. *ad Hes. Opp.* 568. p. 291. *Lanz.*, Etym. Gud. p. 433., 38. *sqq.* Sed quamvis ratione hoc fieret et consilio, tamen fortasse non ab omni parte tutum est. Certum enim est, scholiorum auctores de hac re iam in diversas partes abisse. Alii enim vocabulum Ὄρθος diserte repetunt ab ὁρμᾶν, ὄρθαι. V. Schol. Ven. et Cant. *Theogon.* 293.; quippe explicant: τὴν ὁρμὴν καὶ ἀνάδοσιν τῶν ὑδάτων ἢ τὴν εὔμορῆ ῥύσιν τῶν ὑδάτων. Alii contra referunt distinctius ad ὄρθρος. V. Schol. Ven. *Theogon.* 327.: παρόσον ἐν τῷ ὄρθρῳ σφοδροτέρα ἡ ψύξις (leg. ψῦξις). Utrorumque deinde doctrinam complectitur Allegoriarum corpus Io. Diaconi, quamquam codices et magis etiam exemplaria nostra recentia ad libidinem illic nomina permutarunt. Illam autem originationem respicit scriptor *pag.* 563., 32. p. 565., 15., alteram p. 567., 27. *cll.* p. 564., 9. Sed si quis universam istam allegoriarum doctrinam accuratius fuerit perscrutatus, sine magno negotio intelliget, alteram interpretandi rationem recentiorum ingeniis esse enatam, utpote quae reliquo illorum apparatui pulcherrime conveniat. Quod quum ita sit, forma Ὄρθος, nunc ab omnibus fere neglecta et damnata, in pristinam dignitatem restitui debet. Hoc autem dudum fieri debuisse eo minor est dubitatio,

quod utraque nominis forma ad unam eandemque originem pertinet.

Alterum discrepantiae genus Bodleiane codici propriae, futile illud et abiectum nulliusque prope ad carmen emendandum utilitatis, non licet tamen hoc loco praeterire, propterea quod mirum quantum facit ad illustrandam codicis originem et conditionem. Satis autem erit, breviter pleraque attigisse. Veluti quod *v.* 217. νηλεοποίνας exhibet, licet idem in Iuntina et in lemm. schol. Cantabr. *p.* 239. *Bas.* appareat, tamen ab suspicione emendationis novitiae vindicari nequit. *V.* 186. omissus est; quippe offendit hominem, gigantas nasci, splendentes armis hastisque longis. *V.* 398. σφήσι παίδεσσιν, quod in simili codice legit Moschopulus περὶ σχεδ. *p.* 14., 17. *R. St. p.* 16. *ed. Vind.*, natum est ex corrupto σφίσι. Videlicet inter liberos numerantur *Νίκη* et *Βίη*. Deinde *v.* 32. θείαν ἵνα κλείοιμι, scilicet ob versum; *v.* 42. κάρη νιφόεντα Ὀλύμπου, nimirum ne totus nive obrutus fuisse diceretur; *v.* 73. εὖ δὲ ἕκαστον (sic recte Robinsonus; praeter consilium critici ἕκαστα apud Gaisford.) ἀθανάτων διέταξεν ὁμῶς, ἐπέφρασδε δὲ τιμάς, ad recentem verbi usum accommodatius. *V.* 107. οὓς pro οὕς θ᾽, 116. γίνετ᾽, 160. ἀπεφράσατο, 255. καὶ ἐϋστέφανός θ᾽ εἰλιμήδη, 259. φυὴν ἐρατή, 300. ζαθέοις ὑπὸ κευθμόσι, pessime, v. Eur. Hippol. *v.* 732.; 303. ἐν δ᾽, 307. νύμφῃ, 310. φαεινόν, 321. τῆς δ᾽ αὖ τρεῖς κεφαλαί pro ἦν, exemplum recentis curae luculentissimum, quod placere quodammodo potuit Heynio *Comm. Gotting. p.* 144. *not.* Vera scriptura grammaticorum disputationibus nobilitata est. Wolfius adhibuit iam Eustath. *Il. p.* 1110. et Schol. *Soph. Trach.* 517. Accedant per spatia legitima Moschopul. περὶ σχεδ. *p.* 229., Eustath. *p.* 634. 1892., 47. 1885., 58., Choeroboscus *Bekk. Anecd. p.* 1293., Schol. *Ap. Rhod. II.*, 65., Heraclides Alex. *ap. Eustath. p.* 1759., 31. *sqq.* (*Hort. Adon. p.* 75. *a.*), Herodianus denique περὶ μον. λέξ. *p.* 45., 5., περὶ σχημάτ. *p.* 60., 16. et, ut arbitror, *apud Schol. A. Il.* δ, 222. In his igitur testibus sat locupletibus iam licebit acquiescere. Cfr. Schaefer. *Plutarch. Tom. V.*, *p.* 142. — *V.* 381. Robinsonus attulit ἑωσφόρος, Gaisfordus τίχθ᾽ Ἑωσφόρος, sed vereor, ne quid etiamnum fuerit praetermissum. — *V.* 388. ἑδριόωνται, 409. ἥν ποτε Περσεὺς ἠγάγεθ᾽ ὡς μέγα δῶμα, 431. θωρήσσοντο, cll. Par. 2.; 456. εὐρύκτυπον, 483. ζαθέοις ὑπὸ κεύθεσι, 487. ἐκάτθετο, e vulgari nimirum consuetudine; sed alienum ab hac re est, idem olim fuisse in Homero Zenodo-

teo. — *V.* 489. *ἀνήκεστος* pro *ἀνίκητος*, recentissimae mutationis exemplum. — *V.* 499. *Παρνάσσοιο*, cll. Eustath. *p.* 1872., 50.: *Παρνησός, ὃ ἡ κοινὴ χρῆσις διὰ τοῦ ᾱ λέγει Παρνασός.* — *V.* 513. *ἐπέδεκτο*, 610. *ὃν δέ κε τέμνῃ*, 748. *ὅτι* pro *ὅθι*, 858. *ἐστέναζε* pro *στενάχιζε*, 922. ubi Robinsonus edidit:

ἡ δ' Ἥβην καὶ Ἄρηα καὶ —,

in *varr. lect. p.* 485. ex Bodl. indistinctius notatum est: *Τ' Ἄρηα* (sic). Gaisfordus, ut saepe in re dubia, tacet.

CAPVT IX.

CODEX LONDINENSIS.

Codex Regiae Societatis Londinensis, quamquam vix triginta locis eius accepimus notationem, adeo tamen inde notus est, ut Robinsoni negligentia non magni sit aestimanda. Vellem tamen miram istam quam supra singulatim consignavimus codicis cum reliquis libris convenientiam uberius illustrari a me et distinctius definiri potuisse. Sic enim satis ea tenuis est nec in re critica certum admittit usum.

Copiosior fuit Robinsoni diligentia iis in locis, ubi singulare aliquod nec prorsus spernendum eum adverterat scripturae genus. Ex his tamen vix unus eximi potest, quin certissima aut erroris aut recentissimae mutationis vestigia prae se ferat. Erroris enim arguo *v.* 356. *Περσηΐς τ' ἐρόεσσα* pro *Περσηΐς τ' Ἰάνειρά τ'*, librarius aberrabat ad vers. sequentem *Πετραίη τ' ἐρόεσσα.* Deinde *v.* 220. *ἀφεποῦσαι* pro *ἐφέπουσαι* et *v.* 303. *ἀγήνορος* pro *ἀγήραος*, illud enim vix Graecum est: certe Brunckiana *ann. Soph. Ant. v.* 962. ad defendendum non sufficiunt.

Emendatio adhibita codici fuit varia; partim ad Homericorum exemplorum similitudinem, v. c. *v.* 228. codex habet hunc:

ὑσμίνας τε μάχας τε, φόνους ἀνδροκτασίας τε,

sic enim notatum est ab Robinsono *p.* 484. Homerus nimirum *Od. λ,* 612.:

ὑσμῖναί τε μάχαι τε φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε. —

Alterum exemplum est *v.* 974.:

τὸν δ' ἀφνειὸν ἔθηκε, πολὺν τέ οἱ ὤπασε λαόν

pro ὄλβον. Quippe importune librarius meminerat *Il. ι,* 483.:

καί μ' ἀφνειὸν ἔθηκε, πολὺν δέ μοι ὤπασε λαόν.

Reliqua recentis emendationis exempla sic poterunt coargui, ut aut in conformatione sententiae aut in singulorum vocabulorum usu aliquid critico displicuisse commonstretur. Luculentissimum in hoc genere illud est, quod *vv.* 532. 3. in unum coaluerunt hunc:

ταῦτ' ἄρ' ἁζόμενος παύσθη χόλον, ὃν πρὶν ἐπεῖχεν.

Similem audaciam illustrant alia, ut *v.* 435. ubi positum est *ἐσθλοί δ' αὖθ' ὁπότ' ἄνδρες* — *ἀεθλεύωσιν* pro *ἐσθλῇ*, arguta sane mutatione. — *V.* 239. placuit *Εὐρυβίην τ' ἀδάμαντα ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἔχουσαν*. Nempe *ἀδάμαντος θυμός* aut non intelligebatur aut nimis ardue dictum videbatur. V. Hes. *Opp. v.* 149.:

ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν.

Poeta *ap. Plutarch. T. II.*, *p.* 91. *A.*: *κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν.* — *Vers.* denique 270. *Γραίας τέκε καλλιπαρήους* vulgato errore et plus semel a nobis notato abiit in *καλλιπαρῄας*.

His exemplis omnibus ad unam considerationem revocatis, quid de uno qui iam superest emendationis loco ferendum sit iudicii, nullo negotio perspicitur. Quippe *v.* 594. codex pro *ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι* habet *ἐν σίμβλοισι κατηρεφέεσσι*. Fraus deprehenditur in eo, quod ex *v.* 598. *ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους*, primum hoc versu *σίμβλοις* explicationis gratia suprascriptum, deinde, ut fit, in carmen ipsum illatum est. Explicandi modum eundem praebent in hoc vocabulo scholia *ad Theocr.* 5., 46. *p.* 54. *et* 1., 106. *p.* 19. *Heins.* Amplissimus autem hic est interpolationis locus, in quo apud poetas inprimis multa adhuc illustrari poterunt exempla. Speciminis loco apponam quaedam ex codice Phocylidis deprompta, cuius penes me sunt notationes. Nam *v.* 55. pro *ἀμέτρους* exhibet is, ceteroquin perbonus:

ἡ πολλὴ δὲ τροφὴ πρὸς ἀσέμνους ἕλκει ἔρωτας,

scilicet propter *v.* 61.:

σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς, ὁ δὲ Κύπριδος αἶσχος ὀφέλλει.

Simili modo *v.* 94.:

μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς —

pro *φθιμένων* — hoc autem, non *φθιμένου*, praebent exemplaria antiqua Aldi, Iuntae, Farreae, Neandri et codd. Bekkeri — suppositum est *νεκύων*. Nempe praecessit *ἀταρχύτοις νεκύεσσι*. Nostro codici in utroque loco convenit cum Parisino ap. Boissonad. *Anecd. T. I.*, *p.* 446. —

Ceterum quae ab Schaefero pro scriptura *σίμβλοισι*, quam suopte ingenio repperit, docte aliquando disputata sunt *Meletem. p.* 136., nullam habent persuadendi vim. Nam primum quod Hesychium affert *T. II.*, *p.* 1188.: *σίμβλοι, τὰ σμήνη*, non video, quemadmodum ex hoc testimonio aliud quid effici possit, quam quod per se est certissimum, potuisse *σμήνη* ab glossatore alteri vocabulo substitui. Deinde quod ab aequabilitate sermonis epici repetit argumentum, primum iccirco nullum est, quod dictorum aequalitas efficitur nulla, nisi simul *κατηρεφέεσσι* ad idem exem-

plum fuerit immutatum. Praeterea concedenda epicis erit eadem, quae omnibus data est vita communi, sermonis potestas, ut ubi eaedem res proxime bis terve appellandae sunt, diversis earum nominibus uti liceat. Denique si quid contra reliquorum librorum auctoritatem superest dubitationis momentum iccirco quod diversus vocabuli σμῆνος usus a plerisque olim frequentatus fuit (v. Blomf. *Aeschyl. Pers. v.* 133.), elevabitur illud facile tum poetarum, tum grammaticorum auctoritate. Primum appello Theocritum *Idyll. V.*, 46. *et I.*, 107.:

ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι.

Id. *Idyll. VIII.*, 45. 6.:

ἔνθα μέλισσαι
σμάνεα πληροῦσιν —.

Quint. Smyrn. *XI.*, 383.:

οἷον ὑπὸ σμήνεσσι περιβρομέουσι μέλισσαι.

Apollonidas *Anth. Pal. VI.*, 239., 1. *p.* 264.:

σμήνεος ἔκ με ταμὼν γλυκερὸν θέρος.

Nicias *Anth. Planud. l.* 4., 189. *p.* 683. *T. II. Iacobs.*:

φρουρὸς ἐπὶ σμήνεσσι Περιστράτου εἵνεκα μίμνω
ἐνθάδε. —

Quibus accedat Tzetzes *Chil.* 4., 128.:

καὶ ἠρεμεῖ τὸ σμῆνος —

instar grammatici. Ad hos iam pergam recensendos. Primum Schol. *Theocr. I.*, 107. *p.* 19. et explicationem Hesychianam et genuinum Hesiodi versum apposuit. Deinde rem confirmant Schol. *Theogon. v.* 594. et *v.* 598., quae in exemplaribus perperam copulata, segreganda sunt ad exemplum Etym. M. *p.* 713., 22., in quo altera scholii pars item exstat. In utroque pro τὰ κύθηρα aut τὰ κύθρα reponi debet τὰ κύβεθρα. V. Phot. *Lex. p.* 182., 16.: κύβεθρον, θήκη μελισσῶν. Praeterea affero Porphyrium *de ant. Nymph. p.* 2. *ed. Ald.*: ὅτι ἐν αὐτοῖς ὡς ἐν σμήνεσι τιθαιβώσσουσι μέλισσαι. Insuper Eustath. *p.* 178., 18.: τὸ σμῆνος οὐ μόνον ἐπὶ πλήθους λέγεται μελισσῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ σίμβλον ἤτοι τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὸ μέλι ἀποτιθέασιν αἱ μέλισσαι, σμῆνος καλεῖται. Hesych. *T. II.*, *p.* 1229.: σμῆνος, τὸ μελισσῶν καὶ σφηκῶν ἄθροισμα. τὰ δὲ ἀγγεῖα σμήνη. Idem alii pro σμῆναι reponi iubebunt. Denique Lex. Rhetor. *Bekk. p.* 301., 11.: σμήνη, ὁ τόπος, ὅπου αἱ μέλιτται καὶ κηρία καὶ τὸ μέλι ποιοῦσιν. Haec igitur usquequaque idonea esse videntur ad elevandam Polluc̄is auctoritatem *Onomast. I.*, 15., 254. *p.* 150.: ἑρεῖς μελισσῶν ἑσμὸς καὶ σμῆνος τὸ πλῆθος τῶν μελισσῶν· ὁ δὲ τόπος σίμβλα καὶ σίμβλοι.

CAPVT X.

CODEX CANTABRIGIENSIS.

Codex Cantabrigiensis Gaisfordi quatenus cum reliquis libris in bonorum ac pravorum communionem veniat quum supra idoneis exemplis deinceps demonstratum sit, superest unum illud, ut paucis complectar, quid de iis, quae singularia sibique habet propria discrepantiae genera, singulatim statui debeat.

Primum commemoranda ea sunt discrepantiae exempla, quorum notitia iam aliunde ad nos pervenit. Sic *v.* 593. praebet codex ἀσύμφορα, quod ex Iunt. 1. apposuit Gaisfordus; in quo tamen principium certe vitiatum fuit. Deinde *v.* 749. cum ἄσσον ἰοῦσαι habet ἀλλήλοις, geminum illud Trincavellino ἀλλήλαις, quod recentis originis iam arguimus. Denique *v.* 606. ubi codd. reliqui διὰ κτῆσιν δατέονται tenent, Cantabrig. cum Stobaeo intulit ζωήν. Alteram tamen scripturam tum illud confirmat, quod in ipso versus principio antecedit ζώει, tum corroborat Homeri usus *Il.* ε, 158.:

χηρωσταὶ δὲ διὰ κτῆσιν δατέοντο.

Ceterum mutatio tamen et ipsa ad Homeri exemplum facta est *Odyss.* ξ, 208.:

τοὶ δὲ ζωὴν ἐδάσαντο
παῖδες ὑπέρθυμοι καὶ ἐπὶ κλήρους ἐβάλοντο.

Proxime ad horum dignitatem accedunt pauca quae ex solo iam Cantabrigiensi petita sunt: *v.* 622. codex habet μεγάλοις ἐν πείρασι γαίης pro μεγάλης. Emendatio petita est ex *v.* 334. 5. ὅς ἐρεμνῆς κεύθεσι γαίης, πείρασιν ἐν μεγάλοις et multorum assensum tulerit. — *V.* 781. pro ἀγγελίης aut ἀγγελίη Cant. praebet ἀγελίην (h. e. ἀγγελίην) πωλεῖται. Sic Homerus *Il.* δ, 384. λ, 140. et secundum exemplaria Zenodotea *Il.* ο, 640.:

ἀγγελίην οἴχνεσκε βίη Ἡρακληείη.

Denique pertinet huc quodammodo *v.* 673. ἐπὶ στιβαροῖσι μελέεσσιν. Debuit librarius aut ἐπὶ στιβαροῖς μελέεσσιν scribere, quod *Hes.* *Opp.* 148. in exempl. Ald., Iunt., Trinc.

et in aliquot codd. exstat, aut ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσι, quod et hoc loco praeter hunc tenent omnes et in *Opp.* *v.* plerique. In eodem tamen loco alii, velut cod. Elbingensis, eundem illum errorem admiserunt στιβαροῖσι μελέεσσιν ponendo. Idem deinde error obfuit aliis exemplis, v. c. *Opp.* 188. ubi exemplaria Ald. et Trincav. habent βάζοντες ἐπέεσσι, marg. Gal., cod. Elbing. cum plerisque, ut arbitror, Lanzianis βάζοντ' ἐπέεσσι, Iunta denique cum aliquot codd. βάζοντες ἐπέσσιν. Hoc autem quod est optimum, satis item esse antiquum, docet vetus ille versus *apud Antoninum XI.*, λβ'. *p.* 119. *Cor.*:

μέμψονται δ' ἀρετὴν χαλεποῖς βάζοντες ἐπέσσιν,

ex Hesiodeo expressus.

Praeterea Cantabrigiensis codex si quis alius luculenter commonstrat, quantum recentissimae aetatis grammatici in hoc carmine percensendo et explanando sibi sumpserint licentiae. Is autem homo, cui hancce debemus Theogoniam, reliquis et indoctior et audacior, non circa singulorum vocabulorum mutationem constitit, sed quicquid in versuum sede, ligatura enunciationum, ipsa sententia displicuit, ad libidinem si Dis placet emendavit. Documento luculentissimo est locus *v.* 720—725., de quo diximus *l. II.*, *c. IV.* — Proxime ad huius exempli dignitatem accedit, quod *v.* 658. 659., quum δὲ particulam post ἄψοῤῥον offensioni esse videret, mutato versuum ordine in hunc modum redintegravit:

ἄψοῤῥον δ' ἐξαῦτις ἀμειλίκτων ἀπὸ δεσμῶν
σῇσιν ἐπιφροσύνῃσιν ἀπὸ ζόφου ἱερόεντος.

Quod quamvis non inscite institutum fuerit, ordo tamen vocabulorum et ab sermone poetae recedit, et ab consilio, quod comparatis *vv.* 651. 2. 3. et 658. 659. 660. planissime efficitur. — Ex reliqua correctionum silva pauca memoratu digna sunt exempla, veluti quod *v.* 872. propter aptiorem sermonis continuationem praetermissus est. Pro *v.* 550. 1. difficultatem, quae in sententia cernitur, remoturus substituit unum hunc:

φῆ ῥα οὐδ' ἠγνοίησε δόλον —.

V. 730. posuit βούλῃσι Διὸς μεγάλοιο ἕκητι, errore. *V.* 920.:

γείνατ' ἄρ' ἐν φιλότητι Διὸς μεγάλοιο μιγεῖσα.

V. 731. πελώρης τ' ἔσχατα γαίης, eo fortasse consilio, ut *v. seq.* cum his verbis coniungeretur. *V.* 784. Ἔριν pro Ἶριν, 785. πολυόμβριμον, 791. εἱλιγμένα, 610. γήμῃ, 615. Διὸς pro τοῖο, 862. ἐκαίετο pro ἐτήκετο.

Pleraque autem librarium produnt aut indoctum aut incredibiliter festinantem aut exemplari usum negligentissime scripto. Saepe enim accidit, ut cum verba nec legi nec intelligi potuissent, litteras tamen aut syllabas in speciem vocabulorum Graecorum coniungeret. Hinc interdum primitivam codicis scripturam coniicere licet, v. c. *v.* 682. *ποδῶν αἰπεῖά τ' ἰωή*, aut *v.* 882. *Τιτῆνες δ' αὖ τιμάων.* In his vero diutius commorari, operae non esset pretium.

CAPVT XI.

CODICES GOETTLINGIANI VATICANVS ET TAVRINENSIS.

Codices Vaticanum et Taurinensem, quos primus excussit Goettlingius, ab communi codicum nostrorum indole in genere non discrepare, quantum licuit per editoris diligentiam, capite tertio accurate a nobis explicatum est. Eorundem tamen memoriam ab singulorum codicum descriptione prorsus segregandam duxi, tum quod minus apti sunt ad designandas codicum familias, tum quod nec plena eorum facta nobis fuit copia, nec eum in modum, ut cum reliquis facile ab omni parte componi possint. Ut unum afferam in hac causa exemplum certissimum, nusquam Goettlingius Vaticani libri per *v.* 199—273. et *v.* 293—359., semel per *vv.* 387—587. fecit mentionem; quorum spatio multa tamen magni discriminis exempla comprehenduntur.

Egregie autem omnis nostra de codicibus Hesiodeis disputatio horum librorum natura confirmatur atque illustratur. Tanta enim copia scripturarum discrepantium perfusus uterque est, ut quum multis locis et ad singulorum et ad plurium codicum similitudinem accedant, paullo tamen saepius diversa ab iisdem exhibeant lectionum genera.

Primum dicamus de iis exemplis, quae in utroque libro deprehenduntur. De quibus quum antea singulatim satis expositum sit, plerumque verba apposuisse sufficiet. *V.* 800. cum codd. Tricl., Par. 2., Med., Cant., Bodl. *χαλεπώτερος*, *v.* 856. *ἔπρεε* cum Med., Par. 2., Bodl., et cum iisdem *v.* 982. *Γηρυονέα*, 895. *μὲν* cum codd. Med., Par. 1. 2., Cant., Lond., 847. cum Med., Par. 2., Cant. *ἔζε* aut *ἔζεε πυρὶ χθών*, *v.* 892. cum Med., Par. 1., Cant., Bodl. *φρασάτην*, *v.* 989. *ἀταλά* cum Med., Par. 1., Cant. Deinde cum Med., Par. 1. 2. *v.* 593. *οὐ σύμφοροι* et *v.* 143. *ἐνέκειτο*. Cum Par. 1. 2. *v.* 899. *ἐγκάτθετο* et 994. *αἰήτεω*. Cum Par. 1. et Lond. *v.* 48. *λήγουσαί τ'*. Cum Par. 1. et Cant. *ὠρεύουσι* *v.* 903. Cum Mediceo *v.* 97. *φιλῶνται*, *v.* 107. *νυκτός τε*, et fere *v.* 5. *Τερμησσοῖο* et 870. *ἀργέστεω*·

Ζεφύρου τε. Cum Bodl. v. 83. ἱέρσην. Utriusque denique proprium est συνάντωνται v. 877. et ξυνήνορας 595. cll. 601., quorum hoc inepte fictum, illud verum est.

Iam ad Vaticanum devenit oratio. Is primum ad singulorum codicum omnium proprietatem mirum in modum accedit. Nam cum Par. 2. habet communia v. 147. ἀστερόεντος pro ἐξεγένοντο, v. 797. βρῶσις, 273. Πεμφρηδώ, 974. τὸν δή, v. autem 932. φίλη omittit uterque. — Deinde eidem convenit cum Mediceo de v. 165. πατρὸς δέ, v. 1011. ὑπερηνορίδαο, quibus addendum fortasse est λοχέοιο v. 178. — Insuper cum Par. 1., omittunt enim vv. 66. 67., et v. 909. ante καὶ addunt τε. — Praeterea cum Bodl. de πολλῷ v. 9. et v. 1003. de Νηρηΐδες, hoc enim voluit sine dubio Goettlingius. — Cum Parisino libro Ruhnkenii convenit de inepta coniectura v. 1015. μυχῶν εἴσω, nec non in corruptela v. 1013. de Telegono. — Denique Schellershemianum Κυπρογενέα v. 199. idem exhibet, et quod v. 879. ad marginem posuit ἔργ' ἐραστά, ex Cantabrigiensi derivatum est.

Simili modo Vaticani auctoritas cum duobus pluribusve codicibus saepenumero copulata est. Sic v. 748. ἡμέρη et v. 732. θύρας cum Med. et Par. 1., v. 835. ῥοίζεσκ' cum Med. et Par. 2., v. 32. ἵνα κλείοιμι cum Med. et Bodl., v. 872. μὰψ αὖραι cum Med. Par. 1. 2. et Bodl., v. 93. οἷά τε cum Med. Par. 1. Bodl. et Lond., ἄησι v. 875. cum Med. Par. 2. Bodl., νούποτμος v. 795. accedit ad νήποτμος codd. Par. 1. Bodl. Med. V. 774. cum Par. 1. et Cant. omissus est. V. 733. τεῖχος δὲ περοίχεται cum Par. 2. et Bodl., v. 826. λελιχμότος cum Bodl. et Cantabr., v. 41. θεῶν cum Triclin. et Paullino. Itaque cum omnibus omnium generum codicibus de una alterave scriptura convenit.

Quae denique sibi propria habet scripturae genera, quum errori pleraque originem debeant, singulatim afferre nihil attinet. Vide Goettl. *ad v.* 142. 387. 443. 603. 281. 727. 799. 879. 889. 639. 627. 694. 816. 968. 972. 1013. Eminet in hac sentina v. 359. Κρησίη, quod saltem non inepte fictum in hac causa est. Vocabulum legitimum est, sed abhorret ab metro. Vide Wesseling. *ad Diod. V.*, 77. *p.* 477. *Dind.*

Taurinensis codicis, cuius paullo ampliorem accepimus notitiam, plane eadem est conditio. Prae ceteris accedit is ad Paris. 1. similitudinem; sic v. 618. habent Γυίη sive Γύη, v. 537. ἐξαπατίσκων, 1015. μυχῷ, 419. οὗ,

v. 482. χειρί, 835. Paris. ῥοῖζος γ', Taur. ῥοῖζος ἔχ'; v. 875. ille ἀεῖσαι, hic ἄεισαι. — Praeterea cum Med. habet v. 199. Κυπρογένεια. v. 451. πολυδερκέων; v. 477. Taur. λύκτρον, 482. Med. idem. Contra v. 482. Taur., altero loco Med. veram habet scripturam. Veram in hac re dico eam, quae codicum plurimorum et in hoc et in reliquis libris auctoritate abunde confirmatur. Vide Hom. *Il.* β, 647. *cum Schol.*, Aristot. *Polit.* *II.*, 10., Nonn. *Dionys.* 13., 232., Leonidas *Anth. Pal.* *VI.*, 326., 1. *p.* 293., P. Silent. *ib.* *VI.*, 75., 7. *p.* 211., Hesych. *T.* *II.*, *p.* 510., Steph. Byz. *p.* 681., Ruhnken. *ap. Ernest. ad Callimachum Tom. I.*, *p.* 47. Stephanus Byz. *s. v.* tradit haec: Λύκτος — ἀπὸ Λύκτου τοῦ Λυκάονος. ἔνιοι Λύττον φασὶν αὐτὴν διὰ τὸ κεῖσθαι ἐν μετεώρῳ τόπῳ. τὸ γὰρ ἄνω καὶ ὑψηλὸν λύττον φασί. Convenit Hesych. *T. II.*, *p.* 513.: λυττοί, οἱ ὑψηλοὶ τόποι. Idem nomen Λύττος Homericae consuetudini tribuit Strabo *X.*, *p.* 729. *C.* Cuius quum nulla fere hodie supersint vestigia, Λύκτον criticis unice placuisse conseutaneum est. — Deinde cum Bodl. communia habet 140. Ἀστερόπην, *v.* 217. νηλεοποίνας, cum Londin. 974. λαόν et *v.* 270. καλλιπαρῄας, cum Aldino 544. μοῖραν, cum Iuntino 71. Οὐρανόν, 101. ὑμνήσει, cum Paris. 2. παρὰ *v.* 282., cum Triel. 584. θαυμάσια, *v.* 781. ἀγγελίη, cum codice Mombritii *v.* 221. λόχοιο.

Cumulatur varietas plurium codicum similitudine. Nam cum Med. et Par. 1. habet 399. δέδωκεν, 733. μέγας ὑπό, cum Med. et Par. 2. *v.* 94. ἐκ γάρ τοι, cum Med. et Bodl. *v.* 358. Τελεστώ, cum Med., Bodl., Cant. *v.* 617. Βριάρεῳ δ' ὡς τὰ πρῶτα. Deinde cum Par. 1. et Bodl. *v.* 254. πραΰνει, *v.* 281. χρυσάορ (sic) et *v.* 401. ἑοῦ, cum Par. 1. et Lond. omittit *v.* 1020. 21. ponitque *v.* 32. ἵνα κλύοιμι, cum Par. 1., Lond., Bodl. convenit de ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν *v.* 493. et λόχοιο (λοχοῖο) *v.* 178., cum Par. 1. 2., Bodl., Cant. *v.* 554. θυμῷ, cum Par. 1. et Schellersh. *v.* 1013. δ' ἔτικτε, cum Par. 2. et Bodl. *v.* 880. πιμπλῆσαι, cum Bodl. et Londin. *v.* 28. ἂν ἐθέλωμεν.

Residet egregia vitiorum copia, quae in nullo praeterea libro reperiuntur, nec consilio maximam partem in hunc introducta sunt. V. *ad v.* 34. 151. 293. 356. 370. 423. 452. 493. 511. 560 583. 592. 626. 636. 639. 650. 677. 684. 690. 712. 723. 741. 793. 801. 804. 805. 823. 833. 867. 875. 937. Alia exempla non assignaverim errori, probant vero ingenium nequam et ineptum. V. *v.* 30. 86. 161. 221. 247. 301. *sqq.* 482. 600. 1. 637. 703. 726. 900,

Eminent *v.* 273. *Τεφρηδώ*, *v.* 65. *στόματ'*, *v.* 67. *κλείουσαι*. Sed *Τεφρηδώ*, quod intempestive arripuit Goettlingius, vix est aliud quam felix scribentis error. Certe originem vocabuli minime ab illo esse explicatam *ad Hesiod. p.* 30., intelligitur ex *l. I.*, *c. XIII.* Deinde *στόματ'* nihil erat cur vulgatae omnium librorum auctoritati anteponeretur; numerus enim singularis non infrequens est in aliis similis conformationis enunciationibus. Sic Apollon. Rhod. *Arg. III.*, 410. 496.:

ταύρω χαλκόποδε, στόματι φλόγα φυσιόωντε.

CAPVT XII.

ALIORVM CODICVM VESTIGIA.

[illegible] Theogoniae codices, qui ab viris doctis [illegible]

[illegible]

σινοόν τε suprascriptum fuisse ἢ *λυσινοόν τε*, Creuzerus tradit *epist. p.* 223. *not.* Nomen satis est Graecum. V. Pausan. *VI.*, 13., 11. *ex edit. Bekkeri.* Similia sunt *Λυσίνομος ap. Apollod. Bibl. II.*, 4., 5. *p.* 148., et *Λυσίθοος apud eundem III.*, 12., 5. *p.* 335., restituendus fortasse Hygino *fab.* 90.: *Lysithous*, *Polymedon* pro *Lyside*, *Polymena.* Hoc tamen loco illud ex docti librarii lusu iuxta ac reliqua quae aperuimus recentis mutationis documenta originem traxisse, vix erit ambigendum.

Denique *v.* 856. in codice Parisino et schol. cod. Monacensis *ἔπραε* reperiri tradit Thierschius *Gr. gr. p.* 368. *not.* Qua de re fervidius iudicasse Thierschium, satis, opinor, docuimus *lib. I., c. III.* Hoc autem loco contineo me in una hac admonitione, coniunctissimum illud esse cum plurium codicum scriptura *ἔπρεε*, itaque commune utriusque futurum discrimen.

Haec de recentissimis criticorum notationibus. Ex antiquissimis eorum commentariis, qui inde ab saeculo quarto decimo praesertim in Italia haec studia colebant, pauca a nobis investigata sunt discrepantiae exempla, quae ex codicum fonte manasse probabile est. Omnino autem hoc in re tenendum est, primum quod Theogonia non erat in eorum librorum numero, qui primum efflorescente antiquarum litterarum studio ex Graecia ad Italos pervenerunt; deinde quod non tanto ea studii ardore mox ab viris doctis excepta fuit, quantum propter studiorum rationem multi haud improbabiliter exspectaverint. Quamquam in hoc fastidio — si tamen erat fastidium — sequebantur magistrorum exemplum. Etenim carmen Hesiodeum simplici narrationis genere magis quam cultu poetico commendatur. Hunc tamen isti inprimis desiderabant. Deinde quum dupplex iam illa aetate esset hominum genus, quibus res mythologicae curae erant, alterum grammaticorum, alterum theologorum, neutrorum consiliis Theogonia satis erat accommodata. Grammatici enim qui in rebus mythologicis ad poetarum usum colligendis illustrandisque operam haud sane levem collocabant, quae hanc in rem necessaria erant, ex aliorum libris et commodius et multo etiam plenius haurire solebant. Theologis autem ubi ad philosophiae primordia erat regrediendum, fucata praesto erat altieris antiquitatis imago, quam, magistrorum sequuti vestigia, colebant studiosius quam antiquum illud et simplex Hesiodi monumentum.

Gravissimo in hanc rem documento est Ioannis Boccatii de Deorum genealogiis opus, omnium plausu quondam celebratissimum et a quo auctor immortalitatem sibi

sperabat, nunc vix a paucis interdum librorum heluonibus tactum. Boccatius autem nec ipse legit Theogoniam; neminem enim fallit magnifica quae aliquoties iniicitur nominis Hesiodei commemoratio, v. c. *l.* 14., *c.* 15. *p.* 107. 14., 18. *p.* 109.; nec ab Leontio Pylade Thessalonicensi, quo et magistro et adiutore in Graecis usus erat Boccatius, quod certo iudicio ad Theogoniam referri possit, quicquam accepit traditum. Unicus hac in re commemorandus est de Hecate locus *l.* 7., 3. *p.* 54. *b.*: *Hanc autem Persam* (Oceani filiam, Circes matrem) *dicit Leontius ab Hesiodo Hecaten appellatam.* Quod si reapse ab Leontio ex Theogonia ductum fuit, quamquam idem potuit ex variis scholiastarum copiis colligi, aut huius doctrinam et prudentiam, aut diligentiam Boccatii valde reddit suspectam. At erat tamen Leontius — si discipulo fides *p.* 113. — *litterarum Graecarum doctissimus et quodammodo Graecarum historiarum atque fabularum arcivum inexhaustum.* Deinde ne Barlaam quidem Paullo Perusino, in eadem materia prius elaboranti, fabulam suppeditavit ullam, quam proprio studio ex Theogonia Hesiodea derivasse videretur. Erat tamen Barlaam gravissimae auctoritatis vir, cuius doctrina aliquando in maiore theatro spectabatur summasque Byzantii tulerat laudes. Denique Franc. Petrarca quum ab amico Byzantino Hesiodum et Euripidem enixe peteret *Epist. ad Fam. IX.*, 2. *p.* 317., utriusque operibus sese carere nec in Italia ea facile parari potuisse, non obscure, opinor, indicavit.

Paullo post Theogonia doctioribus grammaticorum studiis magis inclaruit, ita ut et Franc. Philelphi et magis etiam Angel. Politiani aetate inter eruditos satis fuerit nota. Testor Lascarim, Phavorinum aliorumque libros grammaticos. Quid? quod eadem aetate et Etymologicum magnum bonam partem citationum Hesiodearum, quae quidem Theogoniam spectant, accepisse videtur, et Hesiodi codices plerosque illorum diligentiae exhibere specimina satis probabile est. Interim si quid ab auctoribus istis promitur ex Theogonia, raro diversam ab codicum auctoritate sequuntur scripturam. Quod si accidit tamen, plerumque non consilio, sed errori tribuenda est discrepantia. Eminentissimum in hoc genere illud est, quod Guarinus *Eclog. p.* 143. *Ald. p.* 380. *Dind. s. v.* πρήθω ex Theog. 855. *sq.* attulit haec verba: πάσας ἔπρεσε θεσπιδαεῖ πυρὶ κεφαλάς. At ne coeunt quidem in versus speciem, nisi sic reformata:

ἔπρεσε θεσπιδαεῖ κεφαλὰς πυρὶ τοῖο πελώρου.

Deinde nec θεσπιδαὲς πῦρ facile dicitur de fulmine, et dispu-

tatio universa ex Etym. M. s. u. desumpta est, ubi genuinus exstat versus.

Contra perpauca innotuerunt nobis exempla locorum, ubi diversam isti codicum scripturam nec prorsus contemnendam consilio sequebantur. Talia mox ex iisdem confirmari poterunt. Unum alterumque huiusmodi exemplum in his disputationibus apposuimus, exprompum ex Burcardi Pyladae Brixiani de Deorum genealogiis carmine. Hic homo quem acerbe perstrinxit Gyraldus *de poet. suor. temp. dial. II.*, *p.* 575. *B. C.*, nequaquam Theogoniam fecit Latinam, quod narrat Fabricius *Bibl. Gr. T. I.*, *p.* 611. Quin in ipso carminis principio Pylades longe magnificentius de instituto gloriatur suo:

In quibus Ascraei pars est non ultima vatis:
Multa etiam, Siculus quae Diodorus agit:
Quicquid et aggessit quondam Certaldus in unum,
Aut veteres scriptis nos docuere suis.

Qua in re quamquam vix satisfecit promissis, minime tamen Hesiodum neglexit. Adhibuit enim Theogoniam narrationi de Venere *lib. I.*, *p.* 445. *ed. Bas.* 1564., de quattuor ventis, Aurorae et Astraei filiis, *ib. p.* 447., de fluviis, Oceani filiis, *l. III.*, *p.* 467., ubi quicquid praeterea diversum est, errori debetur; de Nereidum nominibus *ib. p.* 467. 468., ubi Hesiodea nomina cum reliquis ita permista sunt, ut nullus sit eius loci in re critica usus; diligentior fuit circa Oceani filias *p.* 469., ubi eminent Ῥόδεια, Ἰδυῖα, Χρησηίς.

Lilius deinde Gyraldus proximis temporibus quamquam Aldino exemplari plerumque usus est (*v. Tom. I.*, *p.* 212. *A.*), habuit tamen et codicis et scholiorum scriptorum usum. Praeclara aliquot scripturae genera prolata a nobis iam sunt, quae pertinent ad *v.* 200. 288. 351. 359. Praeterea dignum memoratu est, quod *v.* 214. οὔ τινι legit, gravi addita Aldini erroris reprehensione *pag.* 46. *B.*; deinde agnoscit Steropen *p.* 415. *C.*, Victoriam Stygis filiam *p.* 322. *A.*, Orthum canem Geryonis *p.* 181. *D.* 579. *G.* Denique in catalogo Nereidum Hesiodeo, in quo restituendo infeliciter laborabat *p.* 174. *D.*, quod *v.* 261. positum est Nyso nomen, fortasse errori debetur, *v.* 258. Autonome Aldino exemplari, *v.* 248. Dotoque Plotoque coniecturae, ut videtur, Benedicti Aegii. Hunc enim in eandem certe incidisse, aliunde notum est; et exstant sane eiusdem in Gyraldi historiam Deorum merita. V. *p.* 334. *B. p.* 367. *F.* 399. *C.*

Ex scriptis philologorum paullo recentiorum etiam pauciora eruere licet discrepantiae exempla, quorum tamen vix est ullum, quod non errori aut temerario emendandi studio tribuendum sit. Sic corrupta exemplaris Aldini *v.* 145. scriptura pluribus coniectandi dedit ansam. Robortellus enim quum forte hoc versu uteretur *Annotationibus Virgilianis p.* 1448. *Grut.*, citavit eum in hunc modum:

κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕῳ ἐνέκειτο μετώπῳ.

Argutius vero Natalis Comes *Myth. IX.*, 8. *p.* 984.:

κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἑοῖς ἐνέκειτο μετ ώποις.

Levius est quod P. Nannius *Miscell. l. VII.*, *c.* 1. *p.* 1316. versu 872. utitur hocce:

αἱ δ' ἄλλαι μαψαῦραι ὑποπνείουσι θάλασσαν.

Nam talia nunc nemo non videt et nullius esse auctoritatis et suo quodque auctori relinquendum.

CAPVT XIII.

INTERPRETATIONES LATINAE MOMBRITIANA ET BASILEENSIS.

Saeculo quinto decimo quum mirifice virorum doctorum fervérent studia in veterum scriptis in Latinum sermonem conferendis, fuerunt procul dubio plures, qui eandem operam Theogoniae navarent. Constat res non obscuro Gyraldi testimonio *Tom. I.*, *p.* 46. *B.* Sed nobis duarum tantum interpretationum et notitia venit et facta est copia; alterius carmine compositae, alterius Hesiodum singulis verbis reddentis *).

Prior autem interpretatio tum ingenio excellit auctoris, tum eo procul dubio facta est tempore, quum exemplaria carminis nondum haberi possent typis exscripta. Composita ea est a Bonino Mombritio, patricio Mediolanensi, quem inter Gregorii Tifernatis, Caroli Aretini et Francisci Philelphi aequales recensuit Gyraldus *de poetis suor. temp. dial. I. Tom. II.*, *p.* 533. *G.* Quibus nominibus quum admodum longa contineatur annorum series, restringamus eam quoad eius fieri poterit. Nempe scripta fuit interpretatio ad Borsium Estensem, Mutinae ducem Regiique marchionem. Tradit hoc index editionis Ferrariensis a. 1474. *ad Mombritii memoriam* institutae, quem exhibuit Maittairius *Annal. typ. ed. nov. Amst. Tom. I.*, *p.* 333. *not.* 4. Borsius autem per viginti fere annos regnabat ab a. 1450. ad a. 1471. usque. Vide Heeren. *Hist. litt. ant. ren. T. II.*, *p.* 111. Praeterea Constantinus Lascaris Boninum appellavit inter eos,

*) Schoellius *Litt. Gr. Hist. I.*, *p.* 134., quod omnia poetae carmina ab Nicolao Valla Latine facta esse significavit, iterum vanam sequutus est famam. Nicolaus vero iste Opera tantum et Dies carmine expressit; scripta est interpretatio ad Pium II. et ad hunc usque diem ab criticis misere neglecta. Vide de ea Gyraldum *de poet. suor. tempor. Tom. II.*, *p.* 533. *G.* — Quae Erfordiae prodiit a. 1501. *Hesiodi laus Musarum*, non licuit usurpare. Vid. Fabr. *Bibl. Lat. T. III.*, *p.* 235.

quorum voluntate fretus et auctoritate primum de nomine librum edidit a. 1463. Sic enim narrat in fine libri tertii: *τὸ μὲν περὶ ὀνόματος ἐξέδοτο ἐν Μεδιολάνῳ ἀξιώσει Φιλίππου Φερουφίνου καὶ Βαρθολομαίου τοῦ Χάλκου καὶ Βωνίνου τοῦ Βομβρικίου, οἷς χαριζόμενος καὶ τοὺς κανόνας τῶν ῥημάτων προςέθηκα τῇ τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου ἐπιτομῇ.* Hinc satis apparet, Mombritium illo tempore, quo vixit Mediolani Lascaris (1454 — 1460.), iam gravem fuisse auctoritate virum.

Copiosus autem fuit poeta Mombritius et ad severitatem aptus. Nam quod Theogoniam carmine expressit, gravioribus studiis praelusit tantum. Haec enim de vitis sanctorum, de dominica passione deque rebus similibus carmine condecorandis occupata erant. V. Maittaire *l. c. p.* 759., Fabric. *Bibl. Gr. Tom. I., p.* 611. Gyraldus de Mombritio non admodum honorifice iudicat, in mediocrium poetarum numero eum aestimans. Verius eum laudat Iul. C. Scaliger, probatus his in rebus iudex, *l. Poetic. VI., c.* 4. *p.* 305. *D.*: *Mombricius generosioribus utitur dicendi legibus; et quum multa admittit, constat sibi tamen neque deiicitur de animi contentione.* Profecto autem Mombritii ingenium natura sua a re poetica valde erat alienum, ad severam illud rerum pervestigationem magis accommodatum. Sed obtemperavit vulgari tunc studiorum modo, et multa lectione multoque versus fundendi usu assequutus id est, quod prudentem virum non dedecet. Etenim deest profecto numerorum elegantia, qualis splendet in carminibus poetarum principum; deest sermonis facilitas, dictionis pulchritudo, verborum ubertas. At non desideratur tamen maximam partem verus color Romanus animusque generosus undique elucet. Accedit ingenium acre et ad veterum poetarum Latinorum elegantiam exactum. Sic factum est, ut cum multa langueant in Mombritii carmine multaque quiescant, nonnulla tamen altius quid spirent et divinius.

Theogoniam autem Mombritius Latio dedit prorsus ad ingenia Romana exactam et reformatam. Igitur mutavit universum orationis colorem, variavit narrandi genus simplex, minusque interdum concinna apte reconcinnavit; resecuit denique orationis ubertatem, exilitatem sustentavit. Hac ratione multis de locis criticorum nostrorum iudicia praevertit feliciterque illos saepenumero ac prudenter reformavit. Exemplo sit locus de Chimaera *p.* 409. *ed. Bas.*:

Hydra gravem vastamque nimis genuisse Chimaeram
Dicitur: illa leves velocior anteit auras,

Acribus aspirat flammis, multaque favilla
Aestuat et rapidos de naribus evomit ignes.
Huic caput est triplex monstro. pars prima leonem
Monstrat, habet medium serpens, stat fine Chimaera.

Deinde de Latona *p.* 413.:

Gratior in primis medio Latona Deorum
Visa fuit, coetuque virum nil dulcius illa.

Multos versus ob istam solum rationem plane praetermisit *V.* 452. 526—534. 569. 642. 645. 703. 705. 774. 828. 833. 867. 954. 5. Praeterea idem Mombritii studium illustrat egregie interpretatio *vv.* 65. *sq.* 80. *sq.* 144. *sq.* 152. 270. 300. 427. 719. 27. *sq.* 196. *sq.* 107. *sq.* 435. *sq.* 477. *sq.* 538. 606. 706.

Felix autem Mombritii ingenium his in rebus eo magis est mirandum, quod et multas enunciationes non percepisse eum totas, et circa singula vocabula nonnumquam misere haesisse certissimum est. Interdum illud ne celat quidem lectorem, sed missa difficultate, festive interponit *quid moror?* et pergit ad ea, quae magis expedita erant. Plerumque tamen reliquorum vocabulorum vestigiis audacter insistens, si non ipsam poetae sententiam ubique assequutus est, reposuit tamen ut plurimum, quod ad universam exempli conditionem aptissimum est.

His ex rebus facile perspicitur, usum interpretationis criticum nec perpetuum nec magni omnino momenti esse posse. Interim accurate eam pertractanti illud facile sese ingerit, codicem Mombritianum nostrorum plane fuisse similem. Venit autem primum plerumque in eorundem vitiorum communionem, quibus nostri codices distincti sunt sive omnes sive plerique. Cuius rei nunc aperta exstant vestigia v. c. *v.* 196. *sq.* 277. 278. 845. *sq.*, nunc obscura ex ipso silentio eruenda. Varietate deinde scripturae eadem, quam ex codicibus produximus, mirifice fuit perfusus, ita ut ad nullius libri auctoritatem ab omni parte referri possit. Eminent autem in omni hac discrepantiarum copia inprimis *v.* 83. *ἱέρσην*, 227. *Λιμόν*, 307. *ἄνεμον*, 903. *ὡρεύουσιν*, 927. *οὐ φιλότητι μιγεῖσα*. Reliqua exempla sub certa genera revocabimus. Primum reddidit *v.* 5. *Τερμησσοῖο*, 6. *Ὀλμειοῦ*, 243. *Εὐκράτη*, 258. *Αὐτονόμη*, 345. *Ἀρδησκον*, 378. *ὃς καὶ πᾶσι*, 493. *ἐπιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ*, 544. *μοίραν*. Deinde *v.* 49. *ὅσσον*, 140. *Ἀστερόπην*, 153. *ἰσχὺς* sine copula, 327. *Ὄρθρος*, at reliquis exemplis mansit forma vulgaris; *v.* 800. *χαλεπώτερος*, 811. *χάλκεος οὐδὸς*, 850. *Κρόνον ἀμφίς*, 870. *Ἀργέστεω Ζεφύρου τε*,

v. 981. κάρτιστον. Denique v. 107. Νυκτός τε, 351. Ῥόδεια, 359. Κρησῆΐς, 370. ὅσοι, 384. Νείκην καλλίσφυρον, 593. οὐ σύμφοροι vel ἀσύμφοροι. Male enim propterea Mombritius locum percepit, alioquin in codice fortasse deturpatum. Spissiora documenta afferre non licet; nihil autem attinet repetere ea, quae certa vulgatae scripturae exempla confirmant.

Superest igitur, ut de iis dicatur, quae Mombritius sibi propria habet. Ea autem partim codici debentur partim ipsius studio sive negligentiae. Ex illo genere esse potest quod v. 832. ἀσχέτου expresse reddidit; deinde v. 247. Eunica. V. 184. legit fortasse περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ. Vertit saltem: *hinc longus sibi vertitur annus.* V. 221. pro χόλοιο videtur λόχοιο repperisse; sic enim dedit male:

Nec locus insidiis, quas hae posuere, quiescit,
Donec in expositos poenae reus incidat uncos.

Paucis aliquot locis dubitandum est, utrum codex vitii sit arguendus, an negligentiae interpres. Sic inter Contentionis filios non Iurgia referuntur h. e. Νείκεα, sed Victoria h. e. Νίκεα. Solennis sane fuit librorum error, ut demonstravimus supra *lib. II.*, *cap. V.*, 5. At fortasse meminerat Mombritius, Νείκην post inter Stygis progeniem recenseri. Deinde v. 134. non Κρεῖόν θ' vertit, sed Κρείονθ' *Creontem*, quemadmodum in hoc versu olim fuerat in libris Plutarcheis erratum *de placit. phil. I.*, 6. *Tom. II.*, p. 880. *Fr.* Sed primarium in hoc genere est quod hic primum v. 375. provenit:

Haud secus Eurybiae peperit tria pignora Crio.

Denique si quando longius ab codicum nostrorum similitudine recessit, fecit id ad omnem consilii rationem accommodate; nec reconditi quicquam in hac re usquam quaerendum est. Praestantissimum exemplum cernitur v. 484., quem sic reddidit:

Monte sub Idaeo sylvis latet ille profundis.

Nimirum Aegaeus mons plane fuit ignotus; Idaeus contra in hac re totius antiquitatis testimonio illustratus, vel ex Boccatio innotuit Mombritio *l. de montibus* p. 136. *b.* Mombritium autem tacito sequutus est Robinsonus. Deinde nemo negarit, v. 63. illum legisse χοροί, quamvis reddat *populique beati*, aut νήποτμος v. 795., quum vertat *debilior*, aut v. 223. Νέμεσιν, ubi dedit *indignationem.*

2. Altera Theogoniae interpretatio, quae pedetentim poetae vestigia legit, edita est Basileae a. 1542. una cum carmine ipso. Sed utrum prius ea iam alibi typis exscripta fuerit nec ne, deinde quo auctore quare aetate com-

posita esse videatur, de eo nihil comperire potuimus. Basileenses enim, ut assolent, hisce de rebus ne verbum quidem. Itaque quoniam in hac causa ad solam interpretationis considerationem redacti sumus, quid inde colligere liceat, experiamur. Primum ex indole carminis universa efficitur, interpretationem ad codicis exemplum fuisse factam. Atqui consilium auctoris singula verba reddentis inprimis aptum est scholis publicis, quibus hoc carmen saeculo quinto decimo in Italia explicatum fuisse constat. Quodsi ea aetate qua exemplaria impressa haberi iam poterant, facta esset interpretatio, ad illa potius erat opera dirigenda. Quod quum factum non sit, prius eam compositam fuisse verisimillimum est. Praeterea interpres quum Mombritium manifesto aliquot locis sequi videatur, post illius aetatem vixerit.

Haec iam singulatim confirmabimus ita, ut tum codicis indoles tum studium interpretis clarius pateseant. Primum ea apponam scripturae genera, quae quum ex nullo dum codice prolata sint nec coniectura facile ista quidem aetate indagari potuerint omnia, codicis usum faciunt certissimum. Laudem hac parte merentur v. 93. *tale Musarum ingens munus hominibus* h. e. τοίη, — v. 359. Κρισηΐς Nacktanum, — v. 675. *validis in manibus gestantes* στιβαρῆς ἐν χερσὶν ἔχοντες, — v. 832. *tauri valde mugientis, robore incoercibilis vocem* h. e. ἀσχέτου. — Alia exempla certe in exemplaribus antiquissimis depravata erant v. e. v. 420. ὀπάζει *et illi divitias largitur*, — 610. *qui vero adeptus fuerit* ὅς δέ κε τέτμῃ, — 692. *sacram flammam rutilantes* ἱερὴν φλόγα εἰλυφόωντες, — 889. τέξεσθαι *esset paritura*, — 895. πρώτην μὲν κούρην *primam quidem virginem*, — 1014. μυχῷ νήσων ἱεράων *in recessu insularum sacrarum*, — 1019. γείναντο.

Alia egregiam codicis vitiositatem ostendunt: v. 453. *Facile vero domita a Saturno.* Vidit ergo aut Ῥεία aut Ῥεῖα potius δ᾽ ὑποδμηθεῖσα, illud ex Paris. secundo innotuit. Deinde v. 30. sq. reddit hunc in modum:

Et mihi sceptrum dederunt, lauri perviridis ramum,
Decerpendum mortali. —

Legit igitur aut legere sibi visus est in codice θνητόν pro θηητόν.

Pauca quaedam exempla singularem poscunt commemorationem, v. 91. *incedentem vero per coetum populi* h. e. ἀν᾽ ἀγῶνα, et v. 245.:

Cymothoe Spioque, Thoe Thaliaque iucunda.

Utrumque quum ab omni codicum indole recedat, tamen ob praestantiam scripturae ex scholiorum farragine et ex Homeri

auctoritate inferri in textum potuit. Curam enim aliquam criticam interpres sane adhibuit carmini. Probat hoc Argaeus ille mons (*v.* 484.) Cretensis, qui primum hic comparuit et multis deinde imposuit. Neminem autem offendet, qui de primordiis artis criticae aut accuratius investigarit aut altius cogitaverit, quod primis temporibus circa nomina propria saepissime ea, erat occupata. Accedit, quod hic locus pluribus proxima aetate negotium facessit. Huc defero, quod est ex cod. Mediceo notatum *Αἰγέων ἐν ὄρει*, deinde Mombritianum *Monte sub Idaeo*, quod procul dubio adverterat interpretem. Legerat enim Mombritium. V. inpr. *v.* 375. Superest ut de fonte emendationis quaeratur. Qua in re licet nihil ab omni dubitatione sit liberum, credibile tamen est, obscuram Boccatianae de Argaeo, Cappadociae monte, narrationis memoriam dedisse coniecturae ansam. Tradidit autem, ab accolis illum Dei habitaculum fuisse creditum. V. *de montibus p.* 133. *b.*

Reliquam codicis indolem consultissimum erit sic descripsisse, ut praestantissima discrepantiae genera ad exemplum veterum editionum disponantur. Quo facto, aut interpretis diligentiam aut potius codicis naturam planissimam fore credimus. Codex ad reliquorum indolem proxime accesserit necesse est. Sed quum nulli tamen ab omni parte conveniat, inprimis ad Aldini exemplaris affinitatem pertinet. Ex quo genere aliorum codicum consensu confirmata sunt haec: *v.* 5. *Τερμησσοῖο*, 48. *λήγουσι*, 544. *μοῖραν*, 582. *πολλά* deest, 851. *Κρόνου*, 864. *ἠδέ*, 910. *εἴβεται*, 922. *καὶ* prius deest, 925. *ἀγροκύδοιμον*, 1003. *Νηρηΐδες*. Deinde *v.* 189. *ἐπ' ἠπείροιο*, 243. *Εὐκράτη*, 345. *Ἄρδησκος*, 384. *Νίκην*, 283. *ἔχεν*, 379. *Βορέην λαιψηροκέλευθον*, 377. *ὅς καὶ πᾶσι*, 465. *Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς*, 650. *ἐνάντιοι*, 811. *λάϊνος*, 870. *ἀργεστέω Ζεφύροιο*, 981. *κάλλιστος*. Singularia sunt *v.* 258. *αὐτονόμη*, 307. *ἄνεμον*, 374. *ὑπευνηθεῖσα*, proximo capite percensenda. Sed quattuor exempla ob nimiam depravatissimae auctoritatis cum Aldo convenientiam admodum suspecta sunt, *v.* 145.:

Circularis oculus inerat fronti.

Aldus *ἔειν ἐνέκειτο.*

V. 637.:

Neque ulla contentionis molestae compositio.

Verbum ab Aldo et Iunta pariter omissum est.

V. 188.:

Testiculosque, ut prius resectos, adamantem
Deiecit circa Epirum undis agitatum in pontum.
Sic ferebantur —.

Aldus et Trincav. ἀδάμαντον, quod nullus habet codex.
Denique *v.* 482.:

Primum ad ipsam Lyctum —.

Videlicet Aldus et Iunta soli πρῶτον ἐς αὐτὴν Λύκτον.

Prima exempla duo nulla est dubitatio, quin recentius ex Aldino exemplari, quocum edebatur interpretatio, illata fuerint. Reliquorum deinde quum interpolatio satis sit manifesta, obscura tamen est originis ratio. Nam si ex libro scripto prodiit depravatio, ad plures eadem pertinere poterat. Quod si verum illud non est, ut arbitror, mendum aut ex communi fonte ad Aldum et ad interpretem pervenit, aut quum interpres praeisset viam, Aldus sequutus est, aut ab editoribus Basileensibus, exemplaria inter se componentibus, instituta mutatio est. Haec igitur in medio relinquenda sunt.

Pergam ad aperiendam Trincavellini exemplaris similitudinem, quae egregiis maximam partem exemplis efficitur, v. c. *v.* 49. ὅσσον, 228. μάχας τ', 261. Θεμιστώ, 379. θεὰ θεῷ, 438. χαίρων τε τοκεῦσιν, 501. 652. 653. 8. 9. ἀπό, 578. ἀμφὶ δέ οἱ, nisi forte legit ἀμφί τέ οἱ *circumque*, 592. οὐ σύμφορα, ἀλλὰ κόροιο, 596. αἱ μέν τε, 812. ἀστεμφῆς, 880. πιμπλεῦσαι, 973. οὗ κ', 983. ἐν Ἐρυθείῃ. Deinde *v.* 32. κλύοιμι, 140. Ἀστερόπην, 683. ποδῶν αἰπεῖά τ' ἰωή, nisi forte expressit ποδῶν τ' αἰπεῖα ἰωὴ *pedum et alta vociferatio.* Quod convenit emendationi sive Heynianae *ad Iliad. Tom. VII.*, *p.* 761. sive Hermannianae *ad Orph.* *p.* 815. exprompta. Denique *v.* 900. φράσσατο.

Paucis praeterea exemplis interpres ad Iuntae proprietatem accedit, v. c. *v.* 107. Νυκτός τε, 227. Λοιμόν, 370. ὅσοι περιναιετάουσιν. *V.* 217. οὔ τινι tamen recentius, ut videtur, illatum est de Gyraldi admonitione *Hist. Deor. Tom. I.*, *p.* 46. *B.*

CAPVT XIV.

EXEMPLARIVM ITALORVM EPICRISIS.

Pervestigata iam omnigena scripturae discrepantia, quam praebent Theogoniae codices aut quicquid eorum instar haberi potest, consequens est, ut oratio paullisper redeat ad antiquorum exemplarium memoriam typis exaratorum. Quae quum aut universa aut maximam partem ad codicum fidem sint instituta, videndum iam erit, quantum eis cum his, quos accurate novimus, libris intercedat communionis; deinde si non unus codex ab editoribus accurate expressus est, quo studio consiliove carmen ad diversorum codicum auctoritatem paraverint; denique quid fuerit iudicii de iis locis ferendum, de quibus exemplaria vetusta ab omnium codicum testimonio dissideant. Videlicet his ex rebus pendet horum exemplarium in re critica usus.

Primum Aldus aut quisquis huic editionis curam suscepit, eam expressit carminis speciem, ut, si unum aliquem codicem typis repetiit, non potuerit aut felicior in eligendo aut prudentior esse; si vero pluribus libris ad carminis recensionem fuit adiutus, summis fuerit concelebrandus laudibus ob prudentiam intelligentiamque in his rebus istis temporibus rarissimam. Ac primum quidem tenendum illud est, quod multa vitiorum discrepantiarumque exempla insignia, quae diversam omnium codicum indolem comprehendunt, simul ad Aldinum carminis textum pertinent. Deinde quum singulorum codicum eorumve familiarum tum bonae lectiones tum vitia manifesta sint propria, mirum in modum accidit, ut haud parvus istorum numerus cum magna harum copia sit in Aldino exemplari copulatus. Denique non uno loco, ubi plerique horum, quos excussimus libros, aut singulari infortunio depravati aut recenti emendatione infestati sunt, Aldus si non veram ubique, integriorem tamen saepenumero ostendit scripturae speciem. Haec quum idonea rei documenta in commentariis nostris studiose prolata sint, ampliorem considerationem non expetunt. Interim si omnia ista scripturae genera ex uno

eodemque codice manarunt, fuit is valde ab illis diversus, quorum hodie constat notitia. Quodsi duorum pluriumque codicum bona coniuncta ab Aldo sunt, unus tamen procul dubio fuit pro fundamento operae, reliqui deinde singulas tantum lectiones praebuisse videntur.

Restat igitur, ut de iis dicatur scribendi generibus, quae Aldi sunt propria. Quorum quum magna pars aut benitate sese commendet sua aut defensione saltem non caret, nonnulla tamen fidei sunt tam sublestae, ut ex codicum auctoritate vix repetita esse putaverim.

Omnium autem gravissimum ex hoc genere exemplum est *Theogon.* 307.:

Τῇ δὲ Τυφάονά φασι μιγήμεναι ἐν φιλότητι
δεινόν θ' ὑβριστήν ἄνεμον, ἑλικώπιδι κούρῃ.

Haec est Aldi scriptura, quae postea, Venetis libris, opinor, non adstipulantibus, ab Trincavello suscepta est; deinde commemoratur ea ab schol. cod. Cantabrig. (*ed. Basil. p.* 247.) et ab utroque interprete reddita est. Codices contra *ἄνομον* ostendunt aut nudum aut copula praecedentibus annexum. Idem et ab eodem scholiographo memoratur, nec dubium est, quin fuerit imitando expressum ab auctore Sibyllini libri secundi *pag.* 82. *ed. Bas.* 1555. (*pag.* 281. *Gall.*) eo loco, quo sceleratorum varia genera enumerantur:

ψεῦσται καὶ κλέπται, δόλιοί τ' οἰκοφθόροι αἰνοί,
δειπνολόχοι καὶ κλεψίγαμοι, δύσφημα χέοντες,
δεινοί θ' ὑβρισταί τ' ἄνομοί τ' εἰδωλολάτραι τε.

Nam quum Hesiodea loquutionum genera ab eodem auctore non uno loco consarcinata fuerint, (veluti ipso hoc loco *δειπνολόχοι* quoque de Hesiodi sermone repetiit *Opp. v.* 702.), si quis exemplorum similitudinem plane singularem ex eodem imitationis studio derivandam ducat, levitatis haudquaquam poterit coargui. Verum tamen ex aperta hac imitatione neutiquam efficitur illud, ut codicum scriptura antiquissima debeat haberi. Ecquis enim est nostra aetate, quin protinus intelligat, Sibyllina carmina tum diversissimis auctoribus debere originem, tum recentissimis temporibus universa fuisse composita! Qua de re explicatius dicendi nec hic aptus est locus, quum longam carmina sibi expetant pervestigationem, nec plena nobis concessa potestas est, quum maxima eorum pars et alterum quoddam ac plane novum corpus Sibyllinum adhuc inedita lateant in bibliothecis Italis. Tradidit haec Mich. Neander *Op. Aur. Tom. I., p.* 500. Interim haud procul, opinor, a vero aberraverit, si quis libros Sibyllinos, quos usurpare licet, recentissima Byzantinorum memoria,

quamquam nec ab uno homine nec una omnino aetate, partim ex antiquorum carminum Sibyllinorum laciniis coagmentatos et suppletos, partim ad eorum imitationem pro genio saeculi compositos, deinde in unum corpus congestos, vario modo fuisse immutatos, interpolatos et detruncatos contendat. Documento sunt dictionis genus plane novitium et vetustis pannis improspere distinctum, metri ratio, Tzetziana interdum nequior, doctrinae modus, omnis denique cogitandi sentiendique perversitas et inertia. Quae quum de omnibus libris Sibyllinis merito dici possint, tum apprime conveniunt eum in locum, de quo haec agitatur disputatio. Quam ob causam concedendum omnino est, testimonium istud nihil valere ultra codicis antiqui auctoritatem.

Deinde scholiastae auctoritas, qui et *ἄνεμον* et *ἄνομον* attulit et explicavit, non est hercle tanta, ut utrumque scripturae genus ex antiquitatis dissensu ad nostram memoriam venisse perficiat. Nam quum haud exigua Scholiorum pars ex antiquissimorum grammaticorum studiis provenerit, multa tamen seriore tempore ab variis auctoribus, fide pari modo indignis, adiuncta esse constat. Atque haec maximam partem aut sermone sese produnt (quod hoc loco accidit), aut alio indicio deprehenduntur. Interim lectorem ablegamus ad *lib. III.*, *cap. VI.*

Itaque revocamur iam in hac causa ad solam loci considerationem. Primum obiter erit nobis cum iis decertandum, qui Aldinae scripturae dignitatem ex accurata observatione reliquae discrepantiae, quae varia est per omnes codices diffusa, astrui posse putaverint. Profecto

δεινόν θ' ὑβριστὴν ἄνομον

in ed. Iunt. exstat et in cod. Med. fortasse; deinde

δεινόν θ' ὑβριστήν τ' ἄνομον

praebet cod. Paris. 2763. Ruhnkenii; denique

δεινόν θ' ὑβριστήν τ' ἄνομόν θ'

notatum est ex codd. Bar. 109., Reg. Soc., Paris. 2708. aliisque. Itaque non deerunt, qui singula haec scribendi genera deinceps sic ut posuimus orta fuisse contendant; quo argumento Aldina scriptura fieret primaria. At vero illud corruit vel propter codicum collatorum paucitatem; denique res eo perficitur, quod Aldina verborum structura et ipsa mendosissima est.

Iam dispiciamus de sententia, quam fundit utraque scriptura. Primum quod habent codices:

δεινόν θ' ὑβριστήν τ' ἄνομόν θ',

praeclare convenit in Typhonem, qualem et Hesiodus hoc carmine descripsit et reliqui poetae celebrarunt. Deinde sin-

gula vocabula prorsus de Graecorum sensu inter se iuncta et copulata sunt; discimus hoc ex locis celeberrimorum poetarum, v. c. Sophoclis *Trach. v.* 1098., ubi de Centauris sermo est:

ὑβριστήν, ἄνομον, ὑπέροχον βίαν.

Anyte Mytil. *Anthol. Pal. l. 7.*, 492.:

τῶν ἀθεμίστων
τὰν ἄνομον Γαλατᾶν ὕβριν ἀναινόμεναι.

Denique quod vox ἄνομος Atticorum potius, quam epicorum fuit consuetudinis, admonendum omnino est, reliquos poetas epicos, qui vocabulo carent, se ad Homeri inprimis imitationem composuisse, Hesiodum vero et agnovisse voc. νόμος et accommodate ad rem nostram in hoc carmine usurpasse. Vide *Theogon. v.* 66. 417. et Fragm. *ap. Porphyr. de abstin. II.*, 18. *p.* 134. Deinde idem Deam tradit Δυσνομίην inter Contentionis progeniem v. 230., cuius manifesta origo et ratio est.

Contra Aldina scriptura, quae hodie abique vulgatur, levi mendo exemta:

δεινόν θ' ὑβριστήν τ' ἄνεμον,

ab omni parte est impeditissima. Explicatur vulgo ea secundum scholiastam e versu 869., ubi narratur:

ἐκ δὲ Τυφωέος ἔστ' Ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων.

Quae quidem explicatio quam sit inepta et paene nulla, perspicuum est. Deinde comminiscuntur grammatici, Typhonea hunc fictum a poeta esse designando vento cognomini, qui fuit antiquis et notus satis et nocivus. V. Etym. M. *pag.* 772., 52. 3., Io. Diacon. *Allegor. p.* 565., 13—15., Eustath. *ad Il. p.* 157., 41., Tzetz. *Chiliad. V.*, 249. *VIII.*, 171. X., 304. At etiamsi interpretatio haec vera esset (quamquam non est vera ab omni parte), tamen plane non defenderet Aldi scripturam. Etenim in genere est animadvertendum, quod ea Deorum nomina, sub quibus notiones philosophicae latent quaeque ex caussis physicis derivata sunt, sic constanter ab auctore Theogoniae usurpantur, ut nihil iis adiunctum sit epitheti, quod personae notioni non conveniat. Ab hac norma quae paullo discedunt exempla paucissima, singularem omnia admittunt explicationem ab hoc loco alienam. Hanc ob caussam nusquam per totum carmen allegoria nomini divino addita est; quod factum tamen esset hoc loco, si praeferri deberet Aldi auctoritas. Praeterea additamentum hoc loco poterit eo minus probari, quod postrema Theogoniae parte, quae huic arctissime copulata est, ingens corporis moles membrorumque vastitudo, qua Typhon gaudebat, multis verbis describitur. Eundem enim

lum eodem carmine iam appellari ventum, nimis esset ridiculum. Profecto diverso illic appellatur nomine Typhoeus; ne defuerunt, qui aut plane disiungerent ab Typhone Typhoëa, quemadmodum nuperrime Goettlingius, aut ambigerent iudicii, velut Heynius *Comment. Goetting. T. II.*, p. 143. et *ed. Wolf. pag.* 150. At diversos eos non fuisse, cum Homerus clamat *Iliad. β,* 781. *sq. cll. Theogon. v.* 304. 306. totaque antiquitatis memoria, tum confirmat analogia. V. Thiersch. *Gr. gr.* §. 196. *p.* 306. 7. et Comment. Pindar. *ap. Eustath. p.* 346., 3. *sqq.* *).

His denique accedant aliae quaedam rationes, quae quamquam, si reliquarum auxilio carerent, non magnam apud plerosque haberent auctoritatem, hoc tamen loco gravioribus coniunctae, idoneum afferunt sententiae nostrae praesidium. Etenim primum in tota poesi Hesiodea nec non in genuinis carminibus Homericis, si quando propter versus sententiaeve necessitatem duo epitheta nomini substantivo erant iungenda, dupplici τε particula inter se arcte copulata, nusquam ea nomini anteposita fuerunt. Haec quidem lex sine ulla exceptione servata est ab auctoribus carminum Hesiodeorum; apud Homerum quae adversari eidem videntur exempla, aut diversam habent rationem, aut iis in locis reperiuntur, in quos praeterea iam cadit interpolationis suspicio. Nam *Odyss.* ζ, 276. 277.:

τίς δ' ὅδε Ναυσικάᾳ ἕπεται καλός τε μέγας τε
ξεῖνος;

in fine versus interpunctio est addenda. Primum mirantur hominem pulchrum validumque, deinde peregrinum. Sic rei egregie convenit verborum dispositio. Deinde *Il.* ι, 636. 7.:

σοὶ δ' ἄλληκτόν τε κακόν τε
θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι θεοὶ θέσαν,

ubi accessione absimile fit exemplo Hesiodeo ac vocabulorum structuram ab omni parte habet legitimam. Quae reliqua sunt *h. Homer. in Apoll. v.* 306. et 352., memoria longe

*) Ruhnkenius *ep. crit. p.* 21. ex cod. Moscov. *h. Hom. in Apoll.* 367. protulit Τυφωνεύς, quam formam vocat *rariorem*. Concessit ei cum Passowio aliisque Ilgenius *ad h. Hom. p.* 318. At Hesychius *s. v.* Τυφωνεῖ, quo utitur Ruhnkenius, caret fide codicis; vid. Schow *Suppl. p.* 748. *not.* Deinde apud Eustath. *p.* 346., 19., quo non utitur, quamquam expressum est Τυφωνέα, errorem arguit illud, quod *p.* 346., 5. quattuor tantum nominis formas enumeravit. Igitur relinquenda illa est librario.

recentiori quam hanc Theogoniae partem composita esse inter doctos convenit.

Altera deinde ratio pertinet ad dubiam conditionem ultimae v. ἄνεμον syllabae; quae quum longa non sit, producitur tamen hoc loco. Haud prospere certe Spitznerus *de versu Homer. p.* 61. ex interpunctione subsequente rei paravit defensionem; cuius si signum hic ponendum est, nulla omnino hoc loco adest vis. Deinde praetermittendum illud non est, quod per totum hoc carmen nullum reperitur exemplum syllabae ον illegitime productae, praeter ϑεὸν ὥς *v.* 91.; videlicet idem saepe usu venit apud Homerum.

Haec igitur argumenta omnia, quorum nec singulorum pondus exiguum, et cunctorum praegrande est, Aldinae scripturae auctoritatem tantopere debilitant atque infringunt, ut vix ulla superesse possit dubitatio, quin librorum scripturae cedere oporteat. At totam tamen nec volebam evertere nec possem ob unam hanc causam, quod traditur ab scholiasta. Quocirca non negarim, ἄνεμον et ab Aldo ex codice fuisse desumptum et mox ex aliis libris iri prolatum. Verum nisi me fallunt omnia, non antiquis grammaticis, sed Byzantinis debet originem, quorum videlicet doctrinae et ingenio apprime convenit.

Versu 374. Aldus edidit:

γείναϑ' ὑπευνηϑεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι,

quod transiit in Trincavellinum exemplar et traditum prius est ab interprete:

Genuit, congressa cum Hyperione in amore.

Sic enim vulgo reddit v. εὐνηϑεῖσα. Iunta vero et codices omnes praebent solennem in hac re formulam ὑποδμηϑεῖσα, quae ob locupletem testium auctoritatem in carmen erit inferenda. Verum tamen Aldina scriptura neque errori librariorum ascribi potest, et immerito in mendi suspicionem ab Spitznero vocata est *de versu Homerico pag.* 64. Quid enim? Licuit Hesiodo dicere

ἐν φιλότητι ϑεῷ ϑεὰ εὐνηϑεῖσα,

quidni licuit eidem, praepositionem verbo adiungere ex rei natura petitam? Recessit sane ab accepto poetarum usu, verum defensio audaciae parata in eo est, quod genealogica carmina creberrimam istius sententiae repetitionem necessario postulabant. Quocirca variata interdum a poeta oratio est; qua de re supra iam admonuimus *l. I., c. III. ad v.* 980. Ceterum quam praeivit viam Hesiodus, eadem alii quoque ingressi sunt. Sic Aesculapius aliquando edixit oraculo, quod ex Porphyrio apposuit Eusebius *Ev. Praepar. l. III., p.* 74. *ed. Steph.*:

Τρίκκης ἐξ ἱερῆς ἥκω θεός, ὅν ποτε μήτηρ
Φοίβῳ ὑπευνασθεῖσα κνεῖ σοφίας βασιλῆα,
Ἶδριν ἰητορίης, Ἀσκληπιόν.

Quod quum ita sit, neminem fore spero, quin Nicandrum *Alexiph.* v. 294.:

ὀρταλὶς αἰχμητῇσιν ὑπευνηθεῖσα νεοσσοῖς,

humanae consuetudinis dictum non prorsus inepte ad aves transtulisse concedat. His igitur omnibus Aldinam Hesiodi scripturam adeo confirmasse mihi videor, ut antiqua auctoritate non indigna haberi possit. Quodsi plurium eorumque antiquissimorum librorum testimonio eandem aliquando confirmare licebit, alteram ex librariorum studio repetendam esse putaverim. Contrarium ubi acciderit, dubia manet conditio.

Versu 647. Aldus posuit:

νίκης καὶ κράτεος περιμαρνάμεθ' ἤματα πάντα,

quod in Iuntina exemplaria translatum est. Trincavellus et codices, ut videtur, omnes πέρι praepositionem a verbo segregatam substantivis adnectunt accentus anastrophe. Discrepantia est admodum honesta. Nam eadem scripturae diversitas antiquissima tenebat iam Homeri exemplaria *Il.* π, 497. Locus nostri est simillimus, praeter quod notio localis paullo eluceat clarius. Apud Homerum igitur Aristarchus praecepit:

αὐτὰρ ἔπειτα καὶ αὐτὸς ἐμεῦ περιμάρναο χαλκῷ,

v. Schol. Victor. *Bekk. p.* 459. *a.* 25. Alii πέρι μάρναο, id quod plerique recentis memoriae grammatici amplectebantur. V. Schol. Ven. A. *ad Il. l. o.* et Eustath. *ad Il. p.* 1072., 22. 54.; quibus convenit Hesychii silentium *T. II., p.* 928. Ex hoc recentium grammaticorum iudicio explicandum est, quod idem verba dispescendi modus tum apud Hesiodum in codicibus tantum non omnibus reperitur, tum apud Theognidem pari eorundem consensu egregie astruitur *v.* 884. (888.):

οὐ γὰρ πατρῴας γῆς πέρι μαρνάμεθα.

Contra perpauci librarii Aristarcheam rationem sequuti sunt, v. c. apud Nonnum *Dion.* 43., 118.:

οὐ μούνης Βερόης περιμάρναμαι —,

et apud Oppianum *Ital.* 4., 376.:

πολλαῖς δ' εἰς ἀλόχοις περιμάρναται.

His locis omnibus ipsum poetarum consilium difficile erit ad indagandum; nec multum nostra refert, quum eadem maneat sententia. Utrumque scripturae genus ab ratione tutissimum est, quamquam propter primariam praepositionis indolem Aristarcho malim adversari. Praeclare conveniunt diserta opti-

morum poetarum testimonia, ubi disterminata inter se sunt vocabula, v. c. **Apollonii Rhodii** *Arg. II.*, 141.:

αἰεὶ γὰρ μάρναντο σιδηροφόρου περὶ γαίης,

cll. *I.*, 747. 8. et **Pindari** *Nem.* X., 85. sq.:

εἰ δὲ κασιγνήτου πέρι
Μάρνασαι —,

cll. *V.*, 85. sq. et Tyrt. *fr.* 3., 33. Ceterum **Hesiodeo** loco ne quis tamen Aldinam scripturam praeopinetur iccirco, quod infestum caesurae genus argute declinat, admonendum est, nullam adesse h. v. in pede tertio caesuram, nec verba *πέρι μάρναμεθα* magis divelli pronunciatione, quam *κράτεος πέρι* *).

---

*) Parem conditionem habet conclamatum illud exemplum Homericum:

ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε τ' ἐκρέμω ὕψοθεν; ἐκ δὲ ποδοῖιν,

quod quamquam certatim vituperiis infestant, ne levissimae tamen offensioni adest locus. Etenim post *ὕψοθεν* demum subsistit numerorum decursus, nec aptior ullo modo poterat excogitari tum propter acerbam Iovis iracundiam, tum ob ludibriosam rei ipsius memoriam. — Idem caesurae genus paullo difficiliorem explicatum habet *Theogon. v.* 326.:

ἡ δ' ἄρα Φῖκ' ὀλοὴν τέκε, Καδμείοισιν ὄλεθρον.

Sed perperam vulgo post *τέκε* interpungitur; deinde sermonis ratio haud quicquam obstat, ne et *Καδμείοισιν* et *ὄλεθρον* arcte cum verbo colligantur. — **Scuti** exemplum *v.* 202. dudum correctum est, versus autem 199., qui in edd. ant. et codd. omnibus legitur in hunc modum:

ἔγχος ἔχουσ' ἐν χερσὶ (χειρὶ) χρυσέην τε τρυφάλειαν,

ab **Bentleio** (v. Dind. *ad Hesiod. p.* 108.), **Hermanno** *ad Orph. p.* 813. et **Thierschio** *Gramm. gr. p.* 213. non incommode ita curatus est:

ἔγχος ἔχουσ' ἐν χερσὶν ἰδὲ χρυσέην τρυφάλειαν.

Verum non omnia iam emaculata sunt menda; residet gravissimum, quod sententiam ipsam affectat. Etenim **Minerva** scuto dicitur insculpta,

τῇ ἰκέλη ὡσεί τε μάχην ἐθέλουσα κορύσσειν.

Iam commemorat singula, quibus induta erat, arma; quam in rem *ἔγχος ἔχουσ' ἐν χερσὶ* — et *αἰγίδα τ' ἀμφ' ὤμοις* commode et ad consuetudinem apte posita sunt. Manent verba *ἰδὲ χρυσέην τρυφάλειαν*, item construenda cum v. *ἔχουσα*. Verum hoc non sufficit ad usum vulgarem sermonisque epici aequabilitatem. Verba *ἐν χερσὶ* non possunt eodem trahi; ineptus is esset **galeae** locus. Addit enim *v.* 200. *ἐπὶ δ' ᾤχετο φύλοπιν αἰνήν.* Quocirca necessario desiderantur verba *ἐπὶ κρατὶ* vel aliud eiusdem sententiae complementum; quod quum in omnibus similis descriptionis locis ab Homero Hesiodoque adiunctum sit, eo minus ab hoc loco abesse potest. Videlicet vulgatus ille versus in duas particulas dispescendus est, quarum utraque olim versum integrum inchoabat:

ἔγχος ἔχουσ' ἐν χερσὶ . . . .
χρυσέην τε τρυφάλειαν . . . .

Versu 200. editum ab Aldo est:

ἠδὲ φιλομμηδέα ὅτι μειδέων ἐξεφαάνθη.

Codices et exemplaria antiqua cum Tricha et Elia *libris de metr. p.* 73. *et p.* 83. μηδέων exhibent. Sed *v.* 550. ubi aliqui consentiunt in scriptura μήδεα, Bodleianus codex praebet μείδεα. Illud vero nec ratione caret, nec multum esset reprehendendum, si modo ad eandem normam etiam φιλομμειδέα fuisset editum. Vide Schol. D. *ad Il.* γ, 424. *v.* 116.: φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη: ἡ φιλογέλως καὶ παρὰ καθ' Ὅμηρον. κατὰ δὲ Ἡσίοδον, ὅτι μειδέων ἐξεφαάνθη, ὅ ἐστι τῶν αἰδοίων. Deinde in scholio illo *ad Il.* ε, 422. pervulgatissimo nonnulla exemplaria antiqua, v. c. *ed. Rom.*, *ed. Ald.* 1521. *pag.* 133., *Basil.* a. 1541. *pag.* 106., praebent: ὥσπερ καὶ τὴν φιλομειδῆ, ὅτι μειδέων ἐξεφαάνθη. Ex quo recentiorum quorundam editorum imperitia procudit monstrum vocabuli μειδέουσα, v. c. *in ed. Oxon. a.* 1695. *pag.* 190. Isti igitur grammatici in hunc fere modum ratiocinabantur. Hesiodus cum dialecto epica uteretur, alia item dialecto libere uti poterat, si ad declarandam indolem et notionem vocabuli in epicum sermonem recepti quicquam ea facere videretur. Traditum autem grammaticis erat, vocalem η in omnibus syllabis, exceptis iis, in quibus ab Doriensibus in α esset mutata, Boeotorum consuetudine, Hesiodi popularium, in ει diphthongum fuisse transmutatam. Qua de re etiamnunc extant testimonia Choerobosci *ap. Bekk. Anecd. p.* 1366., Hort. Adon. *p.* 209., Etym. M. *pag.* 828., 25. *sqq.* Atqui μᾶδος, μάδεα, μάδομαι nusquam reperitur apud Doricos scriptores. Ergo Boeoti olim pronunciabant μείδεα, eosque ad explicandum Veneris nomen pro fabulae ratione argute sequutus est Hesiodus. In hanc igitur sententiam si qui forte ratiocinati sunt grammatici, consilium eius, qui versum composuit, probe percepisse censendi sunt. Etenim vulgata Veneris nomina ac poetarum omnium Hesiodique usu celebrata is erat declaraturus (v. *v.* 197.); quapropter eam in hoc oportet eadere. Ergo non poterat excogitare nomen, ad solam originis divinae fabulam adaptatum. Hinc

Reliqua quum singulari infortunio periissent, ista ab indocto librario in versus speciem composita sunt. Nullo vero negotio ea verba, quorum iacturam fecimus, tum ad disputationis nostrae normam, tum ex certo poetarum usu varium in modum suppleri poterunt. Ceterum ne reliquisse quicquam videar, quod vulgo editur χρυσείην, quamquam fuit nuper, qui pro vera prope poetae voce haberet, omni tamen caret librorum auctoritate. Est autem Basileensium studio exortum a. 1544. 1564.

certum iam est, *φιλομμηδέα* mutandum fuisse hoc versu in *φιλομμειδέα*. Quo facto, nihil refert, *μηδέων* scribatur an *μειδέων*, nec deerant olim, qui utrumque defenderent. Sic *μηδέων* h. l. una cum *φιλομμειδέα* agnoscunt Etym. M. *pag.* 546., 21., Schol. *ad Il.* ε, 422. *ed. Villois. et Bekk.*, Et. Gudian. *pag.* 355., 10. 533., 20., Eustath. *pag.* 439. *fin.* 558. 650. Haec autem scribendi ratio brevi post tempore adeo praevaluit adeoque decepit grammaticorum animos, ut vera poetae mens non intelligeretur amplius novaque nominis ratio ad scriptionem vocabuli *μηδέων* informaretur. Hanc ob causam Moschopulus praecepit *περὶ σχεδῶν pag.* 171.: *μήδεα, τὰ αἰδοῖα. ἀφ' οὗ παρ' Ἡσιόδῳ φιλομηδὴς ἡ Ἀφροδίτη, ὅτι, φησί, τῶν μηδέων ἐξεφαάνθη.* Deinde idem *pag.* 159.: *φιλομειδής, διὰ διφθόγγου παρ' Ὁμήρῳ, ἐπίθετον τῆς Ἀφροδίτης, ἤγουν φιλόγελως. παρὰ δὲ Ἡσιόδῳ διὰ τοῦ η, ὅτι, φησί, τῶν μηδέων ἐξεφαάνθη.* Hac doctrina quum librarii quoque essent imbuti, facile accidit, ut cum h. l. codices quotquot collati sunt omnes *φιλομηδής* exhibeant, tum in aliorum poetarum libros eadem interdum forma illata fuerit. Sic apud Maneth. *Apotel. II.*, 313. ex codice, sine dubio, editur *φιλομηδὴς Ἀφροδίτη*, quamquam *l. IV.*, 225. ex eodem vera forma expressa est. Deinde in fragmento carminum Cypriorum, quod est apud Athenaeum *l. XV*, *p.* 682. *F.*, ubi reliqui libri Homericam formam tenent, Laurentinus codex saeculi quinti decimi prodit *φιλομηδὴς Ἀφροδίτη*. Quid? quod ne summus quidem Homerus ineptam mutationem declinare potuit. Utor in hanc rem luculento exemplo codicum Odysseae Vindobonensium optimorum *apud Alterum Odyss. pag.* 707. 916. Exarati quippe isti sunt saeculo undecimo et tertio decimo exeunte. Eiusdem praeterea corruptelae vestigia supersunt in libris Clementis Alex. *Cohort. in gent. p.* 13., Eusebii *Evang. Praep. l. II.*, *p.* 40., Etym. M. *p.* 776., 6., Eustathii *pag.* 558. aliorumque.

Versu 258. Aldus inter Nereidas reposuit haec nomina:

Πουλυνόμη τε καὶ Αὐτονόμη καὶ Λυσιάνασσα,

ubi edd. ant. et codd., praeter eos fortasse, quorum usum habuerunt interpretes, *Αὐτονόη* tenent. Hoc nomen et Apollodorus admisit in catalogum Nereidum *Bibl. I.*, 2., 7. *p.* 15., et in Theogonia vidit Eustathius vel is potius, cuius commentarios expilavit *ad Il. p.* 1153., 35. *sq. ad Odyss. p.* 1566., 56. *p.* 1610., 17. Translatum vero commode est in Nereidem nomen inter vetustissimos Grae-

eos, ut videtur, vulgatissimum multisque propter faustum omen eximie adamatum. Veluti idem inditum fuit Cadmi filiae *ap. Hes. Theog.* 977., *Diod. IV.*, 81., Penelopes pedisequae *apud Hom. Odyss.* σ, 181., Meleagri sorori *ap. Schol. Victor. ad Il.* ι, 584. *p.* 268. *b.* 19. *Bekk.*, aliisque, quas commemorarunt Hyginus, Apollodorus, Pausanias. Plane convenit *Αὐτόνοος*, idem frequens consuetudine nomen. Vide *Il.* λ, 301. π, 694., Hygin. *fab.* 113. — Iam Aldinam expendamus scripturam *Αὐτονόμη*. Profecto non caret ea aut originis ratione aut firmamento exemplorum similium apud antiquissimos auctores obversantium. Proximum est *Πουλυνόμη Theogon. v.* 258., *Γλαυκονόμη ib. v.* 256., *Εὐρυνόμη ib. v.* 358., *Ἀμφινόμη Iliad.* σ, 44. *Diodor. IV.*, 50. *p.* 370., 3., *Ὀρσινόμη ib. IV.*, 69. *p.* 395., 42. Sed accuratius rem pertractantem continuo advertit, quod nec Nereidi satis aptum est nomen, nec in summa hac, quam tractamus, antiquitate usu fuit unquam receptum. Interim recentiore aetate quemadmodum *Αὐτόνομος*, sic *Αὐτονόμη* interdum usurpatum fuit. Unum apponam Leonidae exemplum *Anthol. Pal. VI.*, 289., 1. *p.* 281.:

Αὐτονόμα, Μελίτεια, Βοΐσκιον, αἱ Φιλομήδεω
Καὶ Νικοῦς Κρῆσσαι τρεῖς, ξένε, θυγατέρες.

Quae quum ita sint, Aldina scriptura pro vere discrepantiae genere haberi non potest, sed ex scribentis errore derivanda esse videtur. Neque enim uno hoc loco factum est, ut librarii notioris vocabuli similitudine in errorem inducerentur. Accidit idem in eodem nomine *Odysseae l. c.* codd. Vindob. 56. et 5., ut tradidit Alterus *pag.* 344. *et* 805. Hesiodeo autem versu eo erat pronius in errorem incidere, quod sonorum similitudo aciem oculorum praepediebat. Quippe grata quaedam sonorum aequalium continuatio, quae apta nominum collocatione efficitur, — longe illa ab recenti lusu discrepans — facile etiam imperitis auribus blanditur. Accedit quod poetae epici quaesivisse eam potius quam evitasse videntur. V. *Theogon. vv.* 251. 257. 353. 360., *Il.* σ, 43. 47., *Hymn. Cer. v.* 109., Avien. *v.* 581., Quint. Smyrn. *Paral. I.*, 43. 44. — Ceterum si quis hoc versu *Πουλυνόμη* ad Apollodori fidem in *Πουλυνόη* mutandum esse censeat, quamvis alliciat notionis sonique commoditas, facile tamen hisce blandimentis resistet, qui rem criticam exercet in sua amplitudine.

Versu 5. Aldus exhibuit *Τερμησσοῖο*, quod secundum Schol. Veneti narrationem olim fuit Zenodoti. Sed quemadmodum egregie falleret iudicii, qui *v.* 647. *περιμαρνάμεθα* ex ipsis Aristarchi exemplis paucis aliquot libris propa-

gatum fuisse contenderet, sic eundem errorem subiret, si quis Zenodoteum illud ex istius recensione in codicem Aldinum sive primarium potius eius exemplum quondam venisse statueret. Videlicet omnem codicum nostrorum indolem sub unam considerationem vocanti sic de hac re censendum esse apparebit, ut *Περμησσοῖο* in codice quem posuimus principe exstiterit, *Τερμησσοῖο* deinde aut ex scholiis in codices paucos illatum sit aut ex aliorum scriptorum libris, quibus grammatici ampliorem tribuebant fidem. Vitiosa enim nominis species inprimis recentium Graecorum usu fuit celebrata: quod quomodo acciderit, praeclare intelligitur ex commentatione nostra *l. I.*, *c. III.* Vide *Anthol. Palat. IX.*, 705., 1.:

> *Δῶρον Τερμησσοῖο δικασπολίης χάριν ἁγνῆς*
> *Εὐσέβιος θεράπων θῆκε θεῷ τὸ γέρας.*

Haec igitur exempla quamquam honorificam prope omnia merentur mentionem, non sunt tamen eiusmodi, ut in carminis textum intromitti aut possint aut debeant. Aliorum paullo melior est conditio. Huc pertinet, quod solus, ut videtur, Aldi codex vulgarem *vv.* 18. 19. et *v.* 246. 247. monstrat ordinem, reliquis eundem permutantibus. Ac primum quidem *vv.* 246. 247. qua serie ponantur, nihil nostra refert. Sed codicum scriptura Io. Diacono est recentior. Deinde de *vv.* quoque 18. 19. vix certi quicquam definire licet. Interim Aldinum ordinem haud levi ratione supra commendasse nobis videmur *l. I.*, *c. III.* Itaque saepenumero accidit, ut codicum scripturam recentis grammatici consilio assignandam esse coniicerem, ab librariis male percepto. Etenim *v.* 371. *sq.* legitur:

> *Θεία δ' Ἠέλιόν τε μέγαν λαμπρήν τε Σελήνην*
> *Ἠῶ θ'* —.

Eundem iam ordinem hoc loco instauraturus grammaticus, nomini *Ἠῶ v.* 18. litteram *β*, *v.* 19. *Λητώ* nomini *α* apposuisse videtur, eo quidem consilio, ut legeretur:

> *Λητώ τ' Ἠέλιόν τε μέγαν λαμπρήν τε Σελήνην*
> *Ἠῶ τ' Ἰαπετόν τε.*

Haec vero signa quum male intellecta essent ab librario, integrorum versuum sedes citra consilium pervertebatur.

Denique *v.* 453. Aldina scriptura *Ῥείη δ' αὖ δμηθεῖσα*, quae ad Iuntam quoque pervenit, in manifesta librorum corruptela adeo splendet, ut nulla commendatione egeat. Vide *l. I.*, *c. XII.* 3.

Quae praeterea in Aldino exemplari exstant scripturae genera ab codicum auctoritate diversa, ea et vitiosa sunt omnia et, si unum excipias *ἄκοροιο v.* 593., quod plurium olim fuisse videtur codicum, ne ex libro quidem scripto orta

esse putaverim. Illud primum manifestum est, quod exemplar ab Aldo repetitum aut editio, quum pararetur, manum correctricem experta est. Hinc enim intelligitur, cur *v.* 196. ἀφρογένειην (sic) et *v.* 200. φιλομμή, δέα excudi potuerit. Nempe codex primum φιλομμήδεια exhibuisse videtur ad exemplum eius, quem usurpavit Gyraldus; isti plane congruit Κυθέρεια *v.* 198., quod non dedignatus est Aldus. Quocirca non magno periculo eiusdem correctoris peritiae ascribo *v.* 188. ἀδάμαντον et *v.* 203. ᾧ τινι, quae in Trincavelli librum transierunt; deinde μέλλεται (non μέλεται, uti tradit Stephanus) *v.* 61., 482. πρῶτον ἐς αὐτὴν Λύκτον, *v.* 574. ἀργυφέϊ, quae Iunta propagavit. Reliqua exempla v. c. Θεμισῶ *v.* 261. ne his quidem iudicibus probare poterat Aldus; quapropter merito ea relinquamus, utpote non consilii, sed erroris.

2. Proxime, quoniam Iuntinum exemplar prius videre non contigit, Trincavelli opera ad eandem iudicii normam erit percensenda. In quo libro quum nec parva numero nec momento levis sit exemplorum copia, ubi ab reliquis tum scriptis, de quibus diximus, tum editis disceditur omnibus, raro tamen solus exhibet vera scribendi genera, saepius bona; plerumque quod dispar est reliquis, novitio debetur nec satis prudenti emendandi studio. Atque de singulorum discrepantiae exemplorum dignitate expeditum, ut plurimum, est iudicium; non item de eorundem origine et auctoritate. Nam quum editio ad duo inprimis codices parata sit, quorum unus propter malam Triclinian̄i nominis famam, alter Paullinus eam ob causam recentis curae suspectus est, quod de manifestis aliquot recentis emendationis exemplis convenit ei cum libro Parisino I., deinde quum eo tempore facta editio sit, quo ars critica liberius quam antea exerceri coepisset, ad cuius auctoritatem singula exempla referri debeant, accurate dignoscere non est humani acuminis. Ex his angustiis nuper Goettlingii diligentia aliqua saltem ex parte nos expedivit; sed ne hac quidem in causa Hesiodus infelicem, qua semper premebatur, sortem effugere poterat. Scilicet Morellus tradidit, Theogoniam ex Paullino fere codice ab Trincavello fuisse expressam: quocirca hunc examinari quam diligentissime maxime intererat nostra. Tamen vero Goettlingius eum ne attigisse quidem videtur; certe ne verbum quidem interposuit de eo. Interim est tamen magni aestimandum, quod Triclinii saltem codicem non sine magno, opinor, studio excussit. Sed quoniam ne hunc quidem librum iusta debitaque diligentia tractavit, aut quod in editione non omnibus locis, quibus vel maxime erat

opus, Triclinii mentionem apposuit, non sufficit in hac disputationem eius notatio.

Hanc ob causam quamvis consultissimum esset, integram exspectare codicum Venetorum collationem, experiamur tamen, quem ad finem disputatio nostra accurata editi exemplaris pervestigatione codicumque reliquorum comparatione perduci possit. Ordiamur ab his, quae monstrare licet apertetque concedere; deinde ponamus ea, quae ad speciem veri accedunt.

Ac primum quidem accurate et luculenter supra commonstrasse nobis videmur, codicem Paullinum vix multis rebus discrepare posse ab eo, quem Parisini 1. auctor pro fundamento recensionis assumpsit. Deinde ubi Parisinus liber recentem colorem traxit, plerumque ex Bodleiani auctoritate aestimare licet, quid Paullini proprium esse videatur. Verum illud parit interdum difficultatem, quod Paullinus quoque codex singularem quandam sibique propriam expertus est emendationem. Testimonio sunt v. 97. φιλῶνται, v. 28. γηρύσασθαι ex scholiorum farragine in carmen illatum, v. 41. θεῶν pro θεᾶν aequalitatis sine dubio gratia, sicut apud Triclinium, denique μεμέληται, omnium saecerrimum.

Codicum deinde Triclinianorum vestigia et longe pauciora supersunt in libro Trincavellino, et multo difficilius deprehenduntur. Certum tamen est, eosdem proxime venire in familiaritatem tum Medicei codicis tum Parisini secundi.

Denique quod initio harum commentationum prolixe a nobis illustratum est, Theogoniam ab Trincavello in exemplari Aldino ad codices Venetos fuisse reconcinnatam, hoc loco quam vim habeat, praeclare iam perspicitur. Etenim ubi Trincavellus non diversum ab Aldo exhibuit scribendi genus, scholia autem apud eundem aut assunt nulla aut aequalem in lemmate monstrant scripturam: non ubique inde cum quadam veri specie colligi potest, Aldinam scripturam in alterutro codice fuisse repertam. In hunc censum praeter exempla *l. I.*, *o. I.* indicata, iamiam referre licet haec: v. 90. παραφάμενοι, 446. γ' ὀΐων et γεθέλουσα, 480. Κρήτη εὐρείη, 895. πρώτην μὲν γὰρ κούρην, 986. φυτήσατο, v. 246. 247., ac prae ceteris vv. 721 — 725. Quid? quod similem propter causam vv. 307. ἄνεμον et v. 374. ὑπευνηθεῖσα ab Venetis libris aliena esse censenda sunt.

His iam positis, utriusque codicis scriptura multis exemplis gravissimis non magno negotio internosci potest. Nam

Tricliniano tribuenda sunt fere haec: *v.* 93. οἷά τοι, 94. ἐκ γάρ τοι, 243. Εὐκράντη, 276. Σθεινώ, 282. παρὰ πηγάς, 287. τρικάρηνον, 375. Κρίῳ, 377. ὃς καὶ πᾶσι, 384. Νίκην, 438. χαίρων τε τοκεῦσι δὲ —, 451. πολυδερκέον, 493. ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν, 563. μελίησι, 660. υἱὲ Ζεῦ, 695. ἔζεσε, 696. ἄμφεπε, 703. μέγας ὑπὸ —, 705. ἔγειτο, 706. ἐσφράγιζον, 732. θύρας, 748. ἀμφὶς ἰοῦσαι, 795. νήυτμος, 800. χαλεπώτερος, 801. ἀπαμείρεται, 811. χάλκεος, 847. ἔζεε πυρὶ χθὼν —, 850. τρέσσε δ' Ἀΐδης, 870. Ἀργέστεω Ζεφύρου τε, 884. αἰεὶ Ζῆνα, 892. τὼς γάρ οἱ ἐφρασάτην, 900. δή οἱ φράσσατο, 982. Γηρυονέα, 990. ἀνερειψαμένη. Ex horum exemplorum numero quae distinctius imprimi curavi, ab Goettlingio ex Triclinii libro prolata sunt; reliqua partim eiusdem silentio comprobantur, partim, si equidem vere disputavi, negligentiae eum arguunt.

Deinde Paullini codicis possessionem obiter iam *l. II.*, *c. VI.* descripsimus; nunc eandem augere licet exemplis his: *v.* 93. οἷα τε (sic), 243. Εὐκράτη, 276. Σθενώ, 281. Χρυσάορ, 287. τρικέφαλον, 375. Κρείῳ, 377. ὃς πάσαισι μετέπρεπεν, 493. ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν, 563. μελίοισι.

Ad hunc usque locum Goettlingii opera carere poteramus; iam vero multum nobis proderit eadem tum ad illustrandum Trineavelli studium, tum ad absolvendam codicis Tricliniani descriptionem. Primum expromam exempla ea, quae quamquam ex codice ab Trincavello desumpta esse ex aliorum librorum auctoritate intelligebatur, nunc tamen in Tricliniano reperiri certo cognoscimus. *V.* 6. ἵππου κρήνης, *vv.* 18. 19. permutantur, *v.* 24. ἔειπαν, 32. ὥστε κλύοιμι, 41. θεῶν, 48. λήγουσαι, 83. ἀοιδήν, 107. Νυκτὸς δὲ —, 140. Ἀστερόπην, 143. ἐνέκειτο, unde venit depravata Trincavelli scriptura αἰέκειτο, 165. πατέρος, 277. ἀγήρως, 293. Ὄρθον, 336. Φόρκυος, 347. Ἀπόλλωνι ξὺν ἄνακτι, 370. ὅσαι, 375. τέκεν ἐν, 380. θεὰ θεῷ, 397. ἄφθιτον, 453. Ῥείη ὑποδμηθεῖσα, 553. ἄλειφα, 584. θαυμάσια, unde Trinc. θαυμασία, 605. ὅγ', 648. ἐξεγένοντο, 669. Ἐρέβεσφιν, 781. ἀγγελίη, 862. ἀϋτμῇ, 979. Ὠκεανοῖο.

Contra aliis locis ad Triclinii exemplar sese non composuit: *v.* 43. δώματά τ', si vera tradidit Goettlingius; *v.* 71. νισομένων, 170. πατέρος, 178. λοχέοιο, 199. Κυπρογένει' ὅτι, 307. ἄνομόν θ', 328. κυδρή, 358. Τελεστώ, 370. περιναιετάουσιν, 398. σφῇσιν, 399. δέδωκεν, 442. κυδρή, 482. χειρί, 608. ἀρηρυῖαν, 877. συναντῶνται, 889. τέξασθαι, 1014. μυχῷ. Nec non *v.* 29.

μεγάλαι, 196. *ἀφρογένειαν θεὸν καὶ* —, 244. *Γαλη-ναίη*, 340. *Ἀχελώϊόν τ'*, 345. *Κάμανδρον*, 357. *Μενεστώ*, 649. *δή*, quae Triclinii sunt propria quaeque originem habent manifestam.

Reliqua sunt exempla ea, ubi quod Trincavellus ab omnium codicum fide discessit, Triclinii auctoritate id factum esse, Goettlingii beneficio comperimus. Ex hoc genere perpauca in solo errore posita sunt, v. c. *v.* 576. *νεο-θηλέης*, 415. *θεοῖσι τετιημένη*, unde Mediceus *τετιμημένη*. Sed idem vitium multorum fuit commune, sic Maneth. *Apot. II.*, 241. et codd. Odyss. Vind. *ap. Alter. p.* 709. 938. Deinde *εἴαται ἐσχατιῇ v.* 622., ubi denuo convenit fere Mediceus, in carmine *ἕζεται*, ad marginem *εἴατο* exhibens. — Alia exempla licet falsissima et ipsa sint, vix tamen Triclinio displicuerunt ac fortasse originem debent eidem. Sic *v.* 91.:

θεόν θ' ὥς εἰσορόωσι.

Simili modo imperiti homines Homerum curabant; velut in cod. Vindob. 5. *Odyss. τ*, 279. legitur in hunc modum:

οἵ δή μιν περὶ κῆρι θεὸν δ' ὥς τιμήσονται.

Vide Alterum *p.* 817.

Versu 256. Trincavellus dedit:

Γλαυκονόμη φιλομειδὴς τ' αὖ καὶ Ποντοπόρεια.

Praeclaram emendandi viam praeivit Triclinius, nisi quod *δ' αὖ* exhibet pro *τ' αὖ*. Verissime Ruhnkenius formae *φιλομειδής* notam inurit *ep. crit. I.*, *p.* 47. Aspernantur enim eam non modo optimi quique poetae, verum etiam admodum mediocres, v. c. Manetho locis supra allatis, Naumachius *γαμικῶν παραγγελμάτων v.* 46.:

μήτε φιλομμειδὴς μάλα γίγνεο,

Philippus *Anthol. Planud.* 4., 177. *p.* 679. *Iac.*:

Κύπρι φιλομμειδής.

Ab hac norma perpauci recesserunt recentissimi aevi versificatores, velut Paullus Silentiarius *Anth. Pal. VI.*, 66., 9. *p.* 207.:

ἐνθάδε Καλλιμένης φιλομειδέσιν ἄνθετο Μούσαις.

Ac praeclarus auctor hymni Bacchici *Anth. Pal. IX*, 524., 22. *p.* 186.:

φρρομανῆ, φρικτόν, φιλομειδέα, φοιταλιώτην.

Haec quamvis humilia et abiecta, omitti tamen non potuerunt propter Goettlingium, qui eosdem numeros probat *Theogon.* 200.:

καὶ φιλομηδέα δ' αὖ, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη,

secundum Triclinii exemplar. Praeterea huic debet Trincavellus *v.* 254. *σύν τε ἐϋσφύρῳ Ἀμφιτρίτῃ*, 369. *ἄνδρ' ἕν* (sic), 453. *Ῥείη ὑποδμηθεῖσα*, 783. *ὅς τέ κε ψεύσηται.*

Proxima his accedunt iusta quaedam discrepantiae genera, quae idem praeeunte Triclinio in carmen admisit: *v.* 732. *Ποσειδέων*, 151. *ἄπλατοι*, 867. *σέλαι*, 369. *ἐνισπεῖν*, 66. *νομοὺς* —. 345. *Ἄλδησκον* (Trinc. *Ἄλδισκον*), 328. *τὸν δ'*, 503. *ἐπεμνήσαντο* (cf. Heynium *ad Il. Tom. VIII.*, *p.* 684.), 417. *ῥέζων*, 864. *ὅτε*, 533. *ὅνπερ*, 810. *τά γε*, 127. *καλύπτη*, 954. *τελέσας*, quorum dignitatem satis illustravimus. Meliore fama digna sunt *Οἶκα v.* 326., ex scholiorum copiis a Triclinio repositum, de quo nulla dubitatio esse potest; et *v.* 593. *πενίης οὐ σύμφορα*, quod quamquam et ipsum recenti memoria poetae illatum est, in summo tamen doctae antiquitatis flore procul dubio Aristarchi nomine honestatum fuit. Vix enim in hunc locum aliud cadere poterat iudicium, quam in *Il. β*, 459., ubi Aristarchum accommodate ad *ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα* pro *ἀγαλλόμεναι* comperimus scripsisse *ἀγαλλόμενα*. Vide schol. *ad l. c.*, quod pridem edidit Victorius *Var. Lect.* XXX., 18. *p.* 859. *ed. Argent.* *), deinde Villoisonus ex codd. Ven. et Lips.

Quae supersunt in exemplari edito singularis discrepantiae documenta, utrum Triclinio, an Paullino codici, an Trincavello, an typographo denique assignanda sint, vix definire licet. Honesta sane sunt *v.* 635. *πιφαύσκεαι* in lemm. Trinc. et 312. *πεντηκοντοκάρηνον*, utrumque ad Triclinium refero, illud propter similem scripturam Parisini 2., hoc propter aliam quandam rationem. — Paullinus liber suppeditavit fortasse *v.* 144.:

Κύκλωπες δ' οὔνομ' ἔσαν ἐπώνυμον.

Quae scriptura quamquam nunc plane iacet in vitio, tamen

---

*) Victorius his Variarum Lectionum libris triginta circiter evulgavit locos e codicibus scholiorum Homericorum depromptos, qui quum in scholiis minoribus non deprehendantur, non discrepant plerumque ab Venetis, ita tamen ut emendatius partim, partim mendosius expressi sint. Res tamen neminem advertit eorum, qui de scholiis Homericis scripserunt, ne Valckenarium quidem, qui omnes eiusmodi librorum copias in numerato habebat. Nam quod scholion *ad Il.* λ, 115. primus sibi videbatur ex cod. Leid. protulisse *ann. ad Herod. III.*, 134. *p.* 265., 100., ignorabat idem ab Victorio editum esse *Var. Lect.* XXIX., 3. *p.* 820. Deinde quum de scholiis ex professo ageret *Opusc. II.*, *p.* 101., valde erat ex re sua, eundem commemorasse *l. XXXVI.*, *c.* 13. *p.* 993. Hunc vero ex tot locis unicum consignarunt Villoisonus *Prolegg. in Il. p. XV. not.* et qui eum sequitur, Harlesius *ad Bibl. Gr. Fabric. T. I.*, *p.* 395. Cfr. Graevium in *Burmann. Epist. Sylloge T. IV.*, *p.* 59. *sq.*

non modo recentioribus grammaticis non fuit ignota, velut ei, qui Etymologici Havniensis 1971. prototypon curavit, sed traxit etiam originem ex legitimo et antiquo discrepantiae genere, de quo dicemus libro tertio. — Denique v. 934. ῥινοτόμῳ, quamvis ineptius vix ullum excogitari possit epitheton, olim tamen nonnullis placuisse videtur hodieque exstat apud Io. Diaconum. Hinc aliquando carmini illatum est. —

Multa quae in vitio cubant manifesto, utrum ab librario an ab typographo errata sint, haud quicquam nostra refert. Huc pertinent: v. 260. Ψαμάτη (v. Lactant. ad Statium p. 51. et p. 260. ed. Cruc.), 357. Πετραίης, 359. Κρισίης, cui Aldinum Κρισίη et Triclinianum Κρυσηΐς dederit ansam, 949. Κρονίδης in fine versus, 994. Αλήταο pro Αἰήταο, 938. φαίδιμον Ἑρμῆν, 779. lemmate scholiorum κίοσιν ἀργαλέῃσι. Ab his exemplis vix segregandum est ὀφθαλμὸς ἕης v. 143. editum; de quo quid alii iudicent nescio, Stephanum vero illud in carmen admisisse notavimus. At sensu profecto illud cassum non est, sed a Doriensibus pro ἕεις dictum esse potuit. Ἧς enim aut ἧς ex illorum consuetudine illustratum a grammaticis est iisque fide dignissimis; v. c. Arcadio de accent. p. 126., 7—9.: τὰ εἰς ης κατὰ διάλεκτον γενόμενα ἐκεῖνον ἔχει τὸν τόνον, ὅπερ καὶ τὰ πρωτότυπα, μὴν μής, δαὶς δής, παῖς πῆς, εἷς ἧς. Deinde Etym. Gudian. p. 171., 46. sq. s. v. εἷς: διαφέρεται δὲ τὸ εἷς διὰ τῆς ει διφθόγγου καὶ διὰ τοῦ η παρὰ Δωριεῦσιν. Exemplum commodum monstrant aliquot Theocriti codices Cyclope v. 33.:

ἧς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι.

V. Valcken. ad l. p. 153., Bast. ad Gregor. Cor. p. 278. et Buttmann. Gr. Gr. Tom. II., p. 412. — Sed ne quis hoc loco formam ἕης tanquam genuinum antiquitatis monumentum suspiciat atque foveat, aut abutatur ea ad subtilem de dialecto Hesiodea disputationem, primum adversatur communis codicum conditio, deinde auctoritas grammaticorum locupletissima, qui vulgatam librorum scripturam ἕεις diserte appellant atque illustrant. Ex quo consensu antiquissimorum criticorum iudicium facile perspicitur. V. Apollonium de adv. p. 557., Herodianum περὶ μονήρους λέξεως p. 18., 31., Schol. Od. ι, 106. p. 313., Etym. Gud. p. 352., 43. sq., Etym. Magn. p. 544., 7. p. 16., 18. 317., 36. 48., Eustath. p. 1392., 37. sq. 1055., 13., Schol. ad Callim. in Dian. 53. Tom. I., p. 80., Grammat. Paris. Bastii ad Gregor. p. 675. et Bachmanni Anecdot. T. II., p. 364., 31., uterque in hanc sen-

tentiam obiter reformandus. Insuper poetae accedat imitatio haud obscura in *Anthol. Palat. VII.*, 341., 4. *p.* 404.:

αἴθε δὲ καὶ ψυχὰς χῶρος ἔεις λελάχοι. — Proximum huic exemplo illud est, quod quam impeditum sua natura sit, supra iam accurate illustravimus, *v.* 658.:

σῆς δ' ὑποφραδμοσύνῃσιν ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος.

Hoc item errori debere originem, haud cunctanter assevero. Constat φραδμοσύνη plane Hesiodeae esse consuetudinis vocabulum. Sic eadem, quam h. l. desideramus, sententia *Theogon.* 626.:

Γαίης φραδμοσύνῃσιν ἀνήγαγον ἐς φάος αὖτις.

V. *v.* 884. 891. *Opp.* 245. Hesiodum sequuti sunt h. Hom. *in Apoll.* *v.* 99., Apollon. Rhod. *Argon. IV.*, 122. aliique. Quod quum ita sit, dupplicitér iam de hoc loco statuere licet. Aut legebatur olim

σῆς δ' ὑπὸ φραδμοσύνῃσιν,

unde prodiit errore Trincavelli scriptura, aut, quod longe praestabilius duco, idem genus exortum sic est, ut primum verbo ἐπιφροσύνῃσιν, quod multo in hac re minus consuetudine tritum est, alterum apponeretur scholii instar, deinde quum ὑπό quoque aut huic aut praecedenti versui esset adscriptum (v. var. lect.), sive consilio sive errore editoris, opinor, utrumque vocabulum in unum coniungeretur carminique tanquam verior scriptura insereretur. Haec autem disputatio magnam auctoritatem adipiscitur eo, quod idem error commissus olim est libro de Homeri et Hesiodi certamine *pag.* 493. *ed. Loesn.*:

Φοῖβε ἄναξ, δῶρόν τοι ἑλὼν τόδ' Ὅμηρος ἔδωκα
σῇσιν ἐπιφροσύναις· σὺ δὲ μοὶ κλέος αἰὲν ὀπάζοις,

ubi Barnesius ab aliis scriptum fuisse tradit σῆς ὑποφραδμοσύνῃς.

His exemplis illustratis restant *v.* 228. Ὑσμίνας τε Φόβους τε, *v.* 733. τεῖχος περίκειται δ' ἀμφοτέρωθεν, *v.* 877. συναντῶσι. Horum igitur tam exilis est auctoritas, ut Trincavello ipso vix indigna ea esse iudicaverim.

3. Denique Iuntinum exemplar posterius paucis absolvere licet. Primum ex omni hac disputatione apertissimum est, castigatum illud fuisse ad codicem nostris usquequaque similem. Quapropter non est operae pretium, quae suis locis de singulis discrepantiae exemplis disputata sunt, hoc capite denuo congerere. Unum vero praetermitti non potest, quod ad Medicei libri cum Iuntino convenientiam proxime pertinet. Accurate notavimus supra exempla ea, quae propter solum Dorvillii silentium Mediceo codici tribuenda esse iudicavimus. Igitur si plenior et accuratior nobis concessa erit

illius notitia, singula quaedam exempla fortasse ad solam Iuntini libri auctoritatem erunt redacta.

Quod vero alio loco idoneis exemplis iam est a me demonstratum, Aldi et Trincavelli exemplaria ab editore carminis emendationi fuisse adhibita, id iam luculenter ex codicum reliquorum indole confirmatum est. Itaque vix amplius dubium erit, v. 61. *μέλλεται*, 482. *πρῶτον ἐς αὐτὴν Λύκτον*, 574. *ἀργυφεῖ*, 637. *τις ἔριδος* non ex codice, sed ex Aldino libro traducta fuisse.

Quae denique sibi propria habet exemplar scripturae genera, partim libris deberi credo, ut v. 178. *ἐδέξατο*, quod marg. Med. est ascriptum, et *προφέρει* v. 792., quod, adiunctis verbis proximis *μέγα πῆμα θεοῖσιν*, explicatum saltem admittit: partim ex editoris iudicio reposita sunt, veluti v. 696. *ἄμφειπε* ex *ἀμφείπετο* ortum Aldino, aut 733. *τεῖχος περίκειται ἀμφοτέρωθεν*, cui Trincavelli scriptura dedit ansam.

LIBER TERTIVS.

DE GRAMMATICORVM RELIQVORVMQVE SCRIPTORVM AD EMENDANDAM THEOGONIAM VSV ET AVCTORITATE.

CAPVT I.

PROOEMIVM.

Libro secundo universam carminis formam et conditionem, qualis in codicibus manu scriptis tradita nobis est, plene et accurate descripsisse videmur. Nam primum, ut summam rei paucis complectar, cunctorum codicum nostrorum integritatem haud raro gravissima corruptela laesam fuisse, prolixe accumulateque demonstravimus. Deinde diversissima novitiorum grammaticorum studia, quorum permulta et praeclara tum in singulis libris tum per quasdam librorum familias deprehenduntur documenta, sedulo aperuimus argumentisque redarguimus firmissimis. Denique perpauca tantum verae discrepantiae exempla ex docta antiquitate ad nostram memoriam fuisse perlata, non sine magno labore declaravimus singulorumque non infeliciter, spero, peregimus censuram.

Haec igitur disputatio nostra, quamvis propter codicum paucitatem ad umbilicum non ubique perduci, sed inchoari potius quam absolvi potuerit, quantum nihilominus afferat utilitatis ad veram carminis crisin, tum insignia aliquot declarant commentationum nostrarum capita, tum aliis exemplis prudentissimo cuique facile obviis luculenter illustratur. Verum longe et certior fiet et amplior illius usus, si ulterius eam licuerit persequi. Etenim non sufficit, novissimorum temporum indagasse reliquias, sed retrorsum flectendus est gradus ad anteriorum saeculorum pervestigationem. Hinc demum in genere erit manifestum, utrum universa carminis forma inde ab aetate grammaticorum Alexandrinorum multas magnasque subierit mutationes, an eadem illud, quam nos miramur, partium dissimilitudine rerumque perturbatione etiam tum fuerit conspicuum. Deinde erit indidem definiendum, quantum fidei et auctoritatis tum iis scribendi generibus, quae in codicibus tantum reperiuntur, tum iis, quibus scholiorum grammaticorumque consensus opitulatur, tum iis, quae solo grammaticorum scriptorumve vetustiorum testimonio constant, iure meritoque assignari possit. Hac igitur disputatione omnis Theogoniae crisis ab debili nostrorum librorum conditione, quantum fieri

licebit, ad antiquissimorum grammaticorum iudicium et auctoritatem studiose revocabitur. Ulterius vero cur progredi noluerim, et per se omnibus perspicuum est, et plenius ex hoc libro colligi poterit.

Dixi de harum commentationum consilio; cui ut ab omni parte satisfecisse videar, primum de grammaticis Graecis, qui inde ab vetustissimis temporibus Theogoniae operam criticam navarunt, haud perfunctorie erit agendum. Nam quae de eadem re ab aliis iam sunt exposita, consilio nostro non apta sunt nec satis accurate disputata. Deinde summa cum cura et diligentia eo in loco versabimur, quo demonstrandum est, quatenus hodierna carminis forma iam ab antiquis grammaticis fuerit deprehensa; quam in rem tum eorum testimonia usurpabimus, quorum prius dederimus recensum, tum in genere scholiastarum aliorumque magistrorum auctoritatem afferemus undique illustratam. Confirmata denique in hunc modum aliqua ex parte codicum auctoritate, aliunde eandem strenue aggrediemur. Itaque primum ubi manifesta libris inhaeret menda, non antiquam eam esse idonea auctoritate evincam. Deinde ea veterum percensebo documenta, ex quibus non easdem ubique res hodie et antiqua memoria carmine comprehendi aut re vera intelligitur, aut speciose colligi posse videtur. Denique de iis dicam lectionum exemplis, quae quamquam sine dubio olim in Theogonia ferebantur, non excludunt tamen necessarie nec elevant earum fidem, quae nunc in libris exstant solae. Iamiam possessione utrinque dispertita, fortasse apparebit, quantum in medio sit relinquendum, quantum coniectandi emendandique studio concedi possit spatii.

CAPVT II.

RECENSVS GRAMMATICORVM GRAECORVM QVI IN EMENDANDA ILLVSTRANDAQVE THEOGONIA OPERAM COLLOCARVNT.

Theogonia Hesiodea iam primis grammaticae inter Graecos disciplinae temporibus multorum sine dubio studiis fuit excepta. Non exstant quidem ea de re diserta scriptorum testimonia, nec possum quemquam appellare illius aevi criticum, qui bene de Theogonia meruerit. At quum per se res habeat omnes probabilitatis numeros, tum ex eo praeclare intelligitur, quod et ab grammaticis ac sophistis iuventuti carmen solebat explicari, et philosophis amplam praebuit disputandi argutandique materiam: utrorumque enim studia non poterant diu sine omni critices auxilio agitari *). Prius cognovimus ex pervulgata illa de Epicuro narratiuncula, quam tradidit Sextus Empir. *adv. Phys. II.*, 18. p. 636.: ὁ μὲν εἰπὼν ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετο, ἐξ αὐτοῦ περιτρέπεται· ἐρομένου γάρ τινος αὐτόν, ἐκ τίνος γέγονε τὸ χάος, οὐχ ἕξει λέγειν. καὶ τοῦτό φασιν ἔνιοι αἴτιον γεγονέναι Ἐπικούρῳ τῆς ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν ὁρμῆς. κομιδῇ γὰρ μειρακίσκος ὢν ἤρετο τὸν ἐπαναγινώσκοντα αὐτῷ γραμματιστὴν

ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ',

ἐκ τίνος τὸ χάος ἐγένετο, εἴπερ πρῶτον ἐγένετο. τούτου δὲ εἰπόντος μὴ αὐτοῦ ἔργον εἶναι τὰ τοιαῦτα διδάσκειν, ἀλλὰ τῶν καλουμένων φιλοσόφων, κ. τ. λ. Idonea Apollodori Epicurei auctoritate rem confirmat Diogenes Laert. X., 2.; Athenis denique id accidisse, addit Eudocia *Viol. p.* 172. *s. v.* Ἐπίκουρος. Philosophorum deinde varia studia innotuerunt tum ex Platonis et Ari-

*) Operibus et Diebus operam vere criticam adhibuit Praxiphanes, Theophrasti discipulus. Vid. Procli *Prol. ad Hes. p.* 4. Sed vilissimum illius ingenium perspicitur abunde ex eiusd. *comm. in Tim. I.*, *p.* 5.

stotelis libris, tum ex aliorum reliquiis. De Zenone Stoico vid. Cic. *de nat. Deor. I.*, 14., 36., Schol. *ad Apoll. Arg. I.*, 498., Schol. *ad Theogon. v.* 117. 134. 139., Diog. Laert. 8., *c.* 48., I. Lipsii *Physiolog. Stoicor. l. II.*, *c.* 6. *p.* 907. De Chrysippo Stoico v. Script. Anon. *ap. Drummond. Herculan. Lond.* 1810. *pag.* 159., Minuc. Fel. *Octav. p.* 154. *ed. Ouz.*, Cic. *de nat. Deor. I.*, 15., 41., Galen. *de Hippocr. et Plat. dogm. l. III.*, 4. *p.* 314. 2., *p.* 300., Schol. *ad Theogon.* 135. 459., Etym. M. *p.* 540., 9. *sq.*, 701., 22. *sqq.* Chrysippus autem, qui in commentationibus Homericis non modo philosophum egit, verum etiam criticum (v. Schol. Vict. et Ven. *ad Il. ο*, 241., Vict. *ad Il. χ*, 212., Ven. *ad Il. ϑ*, 441. cll. Et. M. *p.* 81., 16., Schol. Pal. *ad Od. ε*, 240.), fortasse in Hesiodo eandem provinciam non usquequaque neglexit. Praeterea Aristoteles ἀποϱήματα Ἡσιόδου singulari libro (ἓν α΄) persequutus esse dicitur. Vide scriptorem de vita Aristot. incertum, quem protulit Menagius *ad Diog. Laert. Tom. II.*, *p.* 202. Quo libro, si re vera exstitit, Theogoniam quoque attigisse Aristotelem, non est ambiguum. Nulla eius supersunt, quod sciam, fragmenta, nisi schol. *ad v.* 275. fortasse inde desumptum est. Sed indolem tamen operae valde illustrant simillimarum disputationum reliquiae per libros superstites dispersae et a nobis in hunc librum coactae: ex quibus si certa duci potest coniectura, Aristotelem libro ἀποϱημάτων philosophum potius et interpretem quam criticum egisse iudicaverim. Magnam tamen nihilominus fecimus iacturam eapropter, quod ex Aristotelis opere quae obtinuerit gravissimis exemplis ante grammaticorum Alexandrinorum aetatem scriptura, praeclare intelligi potuisset.

Hac ipsa Alexandrinorum grammaticorum aetate quam reliqua vetustissimae memoriae carmina expertа sunt curam, eadem operose destinata fuit Theogoniae. Multorum enim eorumque principum in hac arte virorum vario modo excitavit studia. Plerique carmini operam navabant criticam, alii impedita poetae dicta explicabant ac remotissimae antiquitatis afferebant auxilia; alii res mythologicas philosophorum instar pervestigabant. Verum ex florente hac rei criticae conditione ad nostram memoriam perexiguae tantum casu perlatae sunt reliquiae, adeo tenues illae ac lacerae, ut istorum studiorum vix adumbrare liceat imaginem. Nam ut unum afferam, quod primarium tamen est in hac causa, ne ullo quidem testimonio certo et indubitato demonstrari potest, a quibus grammaticis singulares carminis recensiones (ἐκδόσεις) olim accuratae fuerint. Qua de re si quid tamen statuere co-

nabimur, non tam firmo nitimur auctoritatum fundamento, quam coniectura probabili, ex Homericorum studiorum similitudine derivata.

Primum Theogoniam ab Zenodoto tum singulari censura castigatam, tum commentariis illustratam fuisse probabile est. Exemplaria Zenodotea commemoravit Schol. Venet. *ad v.* 5.: ἐν δὲ τοῖς Ζηνοδοτείοις γράφεται Τερμησσοῖο. Quae verba alium explicatum non admittunt; quamquam probus auctor posuisset ταῖς. Interpretem deinde novimus ex Schol. Paris. *ad v.* 116., ab Ruhnkenio exprompto *Epist. crit. I.*, *p.* 91.: χάος λέγει τὸν κεχυμένην ἀέρα· καὶ γὰρ Ζηνόδοτός φησι. Multis autem diversissimae aetatis grammaticis quum idem illud nomen fuerit inditum, ad cuius memoriam utraque narratio referenda sit, minime est ab omni parte expeditum. Primum vix quisquam illa rettulerit ad Zenodotum istum, cuius frequens ab Etymologo Magno iniecta est mentio. Quem quum Sylburgius perperam cum critico Ephesio confudisse videatur, eam fortasse ob causam, quod Zenodoti nescio cuius γλώσσας ab Schol. *ad Ap. Rhod. II.*, 1005. aliisque appellari meminerat, totus ille tamen et ab hoc et ab omni Alexandrinorum disciplina est alienus. Nam post Herodiani memoriam vixisse istum colligitur ex Et. M. *p.* 134., 56. 238., 28. 539., *in.* 646., 20. *sq.* Deinde ea fuit illius eruditio ingeniique indoles, ut, quum proxime accedat ad similitudinem Byzantinorum post Choerobosci aevum grammaticorum, vix multum ab eorundem aetate abfuisse censendus sit. — Deinde Zenodotus Mallotes, de quo prorsus opinabilis est sententia Wolfii *Prolegg. Hom. pag. CXCIX.* et *pag. CCLXXVII.*, non habet ullum cum rebus Hesiodeis commercium. — Sed diutius tenebit nos Zenodotus Alexandrinus, minor, cui cognomento fuit ὁ ἐν ἄστει. Hunc enim in Theogoniam composuisse commentarios auctor est Suidas *s. v.* Ζηνόδοτος, *Tom. II.*, *p.* 8. De aetate hominis nihil constat certi; nam quod Wolfius *Prol. p. CXCIX.* narrat tanquam Suida auctore, Zenodotum Aristarcho supparem fuisse et adversarium, hoc verum est fortasse, alterum prorsus commentitium. Sed plenius novimus ingenium et studia Zenodoti: Suidas enim operum ab illo compositorum servavit recensum. Egit autem rem criticam non sordidam illam et angustam, quae circa muta repit vocabula, sed altiorem etiam et ingenuam, quae poetae sensum mentemque pervestigat, explanat, redintegrat. Documento est Zenodoti de versibus Homericis ab Aristarcho damnatis liber, commentatio de Dis contra Platonem

scripta, ac spissum περὶ τῆς Ὁμηρικῆς συνηθείας opus. Neque enim multorum assensum tulerit Wolfius, qui orationis tantum proprietates Homericae hoc libro explicatas fuisse edixit *Proleg. p. CXCVII.* Non nego Ὁμηρικὴν συνήθειαν ista sententia usurpari potuisse; atque sic plane verbis usus est cum aliis Apollonius Dyscolus *de coniunct. p.* 502., 6. 506., 8. Verum apparet, suo iure illum verba adhibuisse ad unam aliquam συνηθείας partem. Deinde ampliori sensu ab Zenodoto συνήθειαν fuisse pertractatam, ab omni parte illustrat egregium operis fragmentum a Porphyrio conservatum. V. Schol. Ven. B. et Leid. *ad Il.* σ, 356. *apud Valcken. Opp. Tom. II.*, *p.* 139 — 141. At vero Wolfius Suidae omnem in hac re denegat fidem librumque περὶ συνηθείας Zenodoro cuidam assignat auctori. Nimirum in codice Leidensi praefixum disputationi est Zenodoti nomen, sed in clausula transiit illud in Zenodorum; deinde in codice Veneto secundo, qui eandem disputationem exhibet, et principio et fine comparet Zenodorus. Res promptum habet explicatum, ex simillimis vocabulorum compendiis petendum; deinde animadversione prae ceteris illud dignum est, quod in Leidensi codice, optimo illo et antiquissimo, in principio scholii Zenodoti nomen clare scriptum est. Quippe ubi primum eius iniecta est mentio, distincte exaratum fuit nomen; altero loco vulgaris compendii modus suppositus est, qui postmodum librario minus docto et attento fraudem fecerit. Haec quamquam plana sunt et perspicua, Wolfium tamen advertebat Veneti tantum codicis auctoritas; deinde movebatur fortasse fortuita quadam aliorum locorum convenientia, ubi Zenodoro assignantur, quae commodam in isto libro habuissent sedem. At si quid video neutrius rationis ea est vis ac potestas, ut Suidae testimonium, Leidensis libri auctoritate communitum, protinus sperni possit. Praestat enim Leidensis codex aetate; Venetus autem ne diligenter quidem ab Villoisono est descriptus. Praeterea exempla ea, quae Zenodori nomen prae se ferunt, aut reapse ad Zenodorum aliquem pertinent aut aequali corruptela laborant. Nolo exilem quaerere gloriolam, plura contra Wolfium de re incerta disputando; sed praestat, opinor, in causa impedita negare pertinacius, quam remissius assentiri. Hoc vero effecisse saltem videmur, ut tale fuisse constet Zenodoti minoris ingenium, ut eorum exemplorum, quae in scholiis Hesiodeis nomini Zenodoteo ascribuntur, neutrum aut indignum illo sit aut non conveniat eius studiis. — Idem denique minime dubium est, quin vere dici possit de Zenodoto Ephesio, criticorum principe. Negligere saltem Theogoniam non licuit ei, qui Homeri carmina erat castigaturus. —

His igitur in utramque partem accurate disputatis, ad solum opinionis arbitrium nos esse redactos satis apparet. Itaque si nihilominus aliquid tentandum est, rem felicissime sic administrari posse arbitror, ut Zenodoto Ephesio tribuatur *Τερμησσοῖο* scriptura, utpote ex Zenodotea carminis recensione deprompta, interpretatio vero utri ascribenda sit, prorsus in medio relinquatur.

Aristophanes Byzantius an praeceptoris exemplo obsequutus, quemadmodum Iliadis, sic Theogoniae novam curaverit recensionem, item certo definiri nequit. Rem sane affirmavit Wolfius *Proleg. pag. CCXX.*; nec fefellit eum fortasse coniectura. Verum nititur in una tantum Aristophanis notatione, schol. Ven. et Cantabr. *ad v.* 68. conservata: *ἐπεσημήνατο ταῦτα ὁ Ἀριστοφάνης.* Deinde propter ambiguum verbi usum notatio haec, licet prudentiae plena, haud quicquam cogit in ista quidem causa. V. Weichert. *de Apollon. Arg. p.* 393. *sq.* Etenim Aristophanes priusquam bonorum scriptorum composuit canonem, acerrimam sine dubio peregit singulorum censuram. Sedulo igitur rimatus est carminum integritatem et authentiam, singularumque partium continuitatem et commissuram pervestigavit. Rem tenemus vel ex iis, quae de scuto Herculis et de ὑποθήκαις Hesiodo subditis decrevit. V. Argum. Scut. *p.* 122. *Gaisf.* et Quintil. *Inst. I.*, 1., 15. Probabile est autem, Aristophanem non modo delectus rationem explicuisse scripto, verum etiam succinctam carminum interposuisse censuram. Hoc igitur in opusculo ista quam memoravimus notatio percommodum habuisset locum. Ceterum Theogoniam in ordinem legendorum scriptorum fuisse ab Aristophane receptam, nisi docerent etiamnum grammaticorum quae supersunt studia, poterat ex Quintiliano colligi X., 1., 52.; cuius verba prae ceteris Theogoniam spectant et reliqua carmina genealogica.

Proxime appellandus est Aristarchus, nobilissimus criticorum et severissimus; cuius auctoritatem scholiographi frequentissime omnium h. e. quinquies fere attestantur. Afferunt autem tum criticae artis documenta, tum varia interpretationis exempla. Itaque pro certo sumi potest, exstitisse olim integram Theogoniae recensionem Aristarcheam, deinde astructam eam ab eodem fuisse rerum criticarum grammaticarumque commentariis. Exigua horum particula servata fortasse ab Orione est *Etym. p.* 96., 27. *sq.*: *Λακίδες ἐπὶ σχίσματος ἱματίου παρὰ τὸ λακεῖν καὶ ψοφεῖν ἠρέμα ἐν τῷ σχίζεσθαι. οὕτως Ἀρίσταρχος ἐν τοῖς Σημείοις Ἡσιόδου.* V. Hesych. *T. II., p.* 417. *s. v.*, Ruhnken. *praef. Hesych. p. VII.* Nam etsi res adhiberi poterat *Opp.*

v. 745. ad explicandam dictionem λακέρυζα κορώνη, veri tamen est paullo similius, ad Theogoniam eam fuisse perscriptam *v.* 694., ubi adest verbum λάκε. Nam eodem modo utriusque vocabuli memoria copulari solet ab Homericis scholiastis. Vide Schol. Ven. A. *ad Il.* ξ, 25., B. D. *ad Il.* υ, 277., Eustath. *ad Il. p.* 950., 13. 1208., 39. Hinc si satis certa efficitur coniectura, Orionis testimonium commentariorum Aristarcheorum tum indicem praebet, tum indolem ac formam obiter illustrat. Iidem ab aliis fortasse de vulgari consuetudine ὑπομνήματα appellati sunt: exstiterunt certe hoc nomine eiusdem in Opera et Dies commentarii, quorum notitia conservata est ab Etymologicorum auctoribus. Nam in *Etym. Gud. p.* 71., 41. *sq.* exstant haec: Ἀργειφόντης παρὰ τὸ ἐναργεῖν (leg. ἐναργεῖς) τὰς φαντασίας ποιεῖν. οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήσει τοῦ Ἡσιόδου. Aristarchum autem laudari praeclare evincit *eiusd. p.* 73., 26.: Ἀργειφόντης παρὰ ἐναργεῖς τὰς φαντασίας ποιεῖν, ὥς φησιν Ἀλεξίων καὶ Ἀρίσταρχος. Utriusque testimonii gravitatem adauget consensus Etymologicorum duorum Parisinorum, alterius Sorbonici, quae produxit Gaisfordus *ad Schol. Hesiod. Opp.* 84. *p.* 99. *Lips.*

Aristarcho aemulus in Theogonia emendanda exstitit Crates Mallotes, criticus Pergamenus. Certum enim est, illum aut commentarios composuisse criticos, qui ad instar editionis essent, aut potius propriam carminis recensionem singulari studio peregisse. Vide Schol. Venet. et Cant. *ad v.* 142.: Κράτης ἀντὶ τούτου ἄλλον στίχον παρατίθεται:

οἳ δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τράφεν αὐδήεντες.

Qui versus utrum ab Cratete confictus an ex veteri exemplari erutus sit, propter scholiastae breviloquentiam certo diiudicari nequit. Commentarii deinde quos adiecerat spissi erant procul dubio atque omnigena explicatione referti. Quatenus vero omnes ipse quas statuit (v. Sext. Empir. *adv. Gramm. I.*, 3. *p.* 233. 234.) grammatici et critici partes illis susceperit peragendas, vix accurate describi potest. Sed veri est tamen simile, eum tum sententiarum difficultates studiose perquisivisse et pertractasse, tum altiorem poetae sensum operose illustrasse, ex allegoriarum involucris revelatum. Prius deinde constat etiam testimonio scholiastae. V. *ad v.* 126. 142. *).

---

*) Quae in scholio *ad v.* 142., quod non unius est hominis, proxime subiuncta leguntur scripturae Crateteae, quum ad eam cor-

Quapropter aliarum quoque difficultatum solutiones apud Scholiastam Theogoniae obvias, quae eodem ingenii cultu aequalique iudicii perversitate insignes sunt, ad Cratetis auctoritatem referendas esse existimaverim. Speciminis loco afferam Scholion *ad v.* 56. sat lepidum et ab Arnobio callide usurpatum *adv. gentes l. IV.*, *c.* 26. — Ceterum multis de causis Cratetis opera valde est desiderabilis. Primum enim quamquam hodie pessime audit nomen, ab laudatis tamen auctoribus olim inter principes grammaticorum solebat referri, velut ab Sexto Empir. *adv. Gramm. III.*, *p.* 224. et Strabone *I.*, *p.* 28. Gellius autem *Noct. Att. II.*, 25.: *Duo*, ait, *Graeci grammatici illustres Aristarchus et Crates summa ope ille ἀναλογίαν, hic ἀνωμαλίαν defensitavit.* Quae verba quotiescunque perlegi, quamvis non immemor essem Varronis, adeo tamen me advertebant, ut non possem quin iniquius vulgo de Cratetis ingenio iudicari existimarem. Est saltem res digna desiderio, utriusque disciplinam absoluto exemplo expressam contueri experimentoque metiri. — Deinde, id quod gravius etiam est, quoniam exemplum paullo ante exprompium aut insigni temeritate Cratetem carmina tractasse demonstrat aut exemplaria usurpasse valde ab reliquis discrepantia, Crateteus carminis textus non fieri poterat, quin multum ab Alexandrinorum criticorum labore dissideret. Atqui schola Pergamena non solum inter Graecos haud parvam nacta est sectam, verum primum etiam Graecorum eruditionem ad Romanos transtulit. Ergo inter utrosque antiqua memoria multi scriptorum codices de Cratetis sententia circumferebantur reconcinnati. Quocirca diligenter erit videndum, ne forte Crateteae Theogoniae vestigia apud scriptores Graecos aut Latinos adhuc lateant.

Redeo ad grammaticos Alexandrinos, ex quorum numero unus superest, ad quem absolutam carminis recensionem referri posse putaverim, Seleucum dico, cuius crisin ter appellant Scholia. Duo autem quum exstitissent olim hoc nomine grammatici, alter Alexandrinus cognomento Homericus, alter Emesenus, prior ut videtur Hesiodo curam navavit. Nam Emesenus in Lyricos poetas est commentatus, alter vero, ut Suidae verbis utar *s. v. T. III.*, *p.* 296., ἔγραψε ἐξηγητικὰ εἰς πάντα ὡς εἰπεῖν

---

firmandam dicta sint, eiusdem auctoris esse videntur. Quod quum ita sit, admonitione diguissimum est, a quo Leucippidarum catalogi facta mentio sit.

ποιητήν. Deinde non leve in hac causa momentum addit illud, quod idem magnum de Dis volumen composuisse fertur. Suidas Seleucum Romae artem rhetoricam docuisse tradidit. Quando vero vixerit, memoriae non est proditum. Sed inter antiquos scholae Alexandrinae auctores eum non sine causa referri posse, colligimus inde, quod eius memoria colitur ab Apollonio Dyscol. *de synt. II.*, 22. *p.* 167. *de adverb. p.* 608., 17. — Ceterum Seleuci emendationes — nam pro ipsius conaminibus habendae sunt istae, minime vero pro librorum antiquorum lectionibus — etsi licentius fortasse quam fas erat institutae sunt, ingenium tamen produnt acutum et callidum.

CAPVT III.

CONTINVATIO.

Reliqui Grammatici Graeci, qui Theogoniae operam navasse feruntur, iusta carminis recensione spreta, aut commentariis tantum illustrabant illud aut alio scriptionis genere castigationem sive interpretationem adiuvabant.

Principem ex his meretur locum tum aetate tum nominis fama Apollonius Rhodius, ingentis lectionis, doctrinae variae, fervidi subactique ingenii. De quo viro qui nuper copiose et accurate singulari scripto exposuit Weichertus, casu, opinor, Hesiodeorum studiorum memoriam prorsus praetermisit. Commodum ea locum habuissent §. 17. *p.* 91 — 93. Atque horum tamen ratio valde est ad explicandum difficilis. Hoc unum certum est nullique dubitationi obnoxium, crisin quam dicunt altiorem Hesiodo fuisse ab Apollonio admotam. Tria in hanc rem supersunt documenta luculentissima. Primum Schol. Cantabr. *ad Theogon.* *v.* 26.: Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον φησί, nimirum in oratione ea, qua Musae compellant Hesiodum. Deinde auctor argum. *ad Scut. Ald. p.* 122. *Gaisf.*: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ' φησὶν (τὴν ἀσπίδα) αὐτοῦ (τοῦ Ἡσιόδου) εἶναι ἔκ τε τοῦ χαρακτῆρος καὶ ἐκ τοῦ τὸν Ἰόλαον ἐν τῷ Καταλόγῳ εὑρίσκειν ἡνιοχοῦντα τῷ Ἡρακλεῖ. Denique Proclus *ad Hes. Opp. v.* 824.: τούτοις δὲ ἐπάγουσί τινες τὴν ὀρνιθομαντείαν, ἅ τινα Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἀθετεῖ. Cfr. Bandin. *Catal. Mss. Bibl. Laur. T. II.*, *p.* 93. Quam rem Apollonius quum persuaserit criticis, hodie caremus carmine. Feliciter autem factum est, ut uno saltem loco obscurum quoddam libri Apolloniani indicium deprehendatur. Ex reliquis deinde notationibus neutra eam habet indolem, ut non ex eodem libro petita esse videri possit. Quum vero nullius libri Apolloniani prodita nobis memoria sit, in quo cum specie veri locum istis rebus assignare liceat, ex libro ignoto eas esse depromptas, consentaneum est. Deinde nisi forte plenus libri index compendio designatus per imperitiam novitii librarii periit, opus illud aut celebratum admodum aut

rei propinquum fuerit necesse est; quippe quod grammaticus indice vel maxime in compendium redacto significasse satis habuerit. Iam quum ad solam coniectandi libidinem redacti simus, dupplex fere patet via, quam sine magno discrimine ingredi licet. Aut in Hesiodum composuit *ὑπομνήματα* variae explicationi destinata, aut de poetarum Graecorum memoria vetustissimorumque carminum indole et conditione uberius commentatus est. Posterior sententia aliquanto videtur esse potior: nam ad idem fere genus pertinent eiusdem de Archilocho et de trilogia fragmenta, ab Weichertio exhibita *l. c. p.* 93.

Magis dilucida ac multo etiam in hanc disputationem gravior est Aristonici Alexandrini memoria, quem Suidas scripsisse tradit *περὶ τῶν σημείων τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου.* Desideramus adhuc accuratam illius temporum descriptionem. Scholiasta Homeri Venetus A. Aristonicum coniungit cum Tryphone *ad Il. κ,* 252., qui Augusti fere aetate docuit secundum Suidae testimonium *Vol. III., p.* 513. Deinde ex Schol. A. *ad Il. κ,* 252. colligitur, ante Dorotheum Ascalonitam eum vixisse, a quo impugnabatur scripto. Ergo nihil obstat, quominus hunc non fuisse diversum asseramus ab illo, qui Straboni laudatur *l. I., p.* 65. *A.* (38.): *Ἀριστόνικος ὁ καθ᾽ ἡμᾶς γραμματικὸς ἐν τοῖς περὶ τῆς Μενελάου πλάνης.* Praeterea ab hoc non videtur is esse seiungendus, cuius Suidas meminit *s. v. Πτολεμαῖος* et Eudocia *pag.* 360.: *καὶ ἄλλος γραμματικὸς Πτολεμαῖος ὁ Ἀριστονίκου τοῦ γραμματικοῦ πατήρ, καὶ αὐτὸς γραμματικός. ἄμφω ἐπεδείκνυντο ἐν Ῥώμῃ, κ. τ. λ.* Hinc explicandus est Schol. Ven. *ad Il. δ,* 423. ubi laudatur *Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Ἀριστονίκου.* Nempe quum multorum grammaticorum idem illud esset nomen (v. Suid. *l. c.* et Villois. *Prol. p.* XXX.), huic inditum cognomen est a filio, patrem fortasse laudibus superante. Ceterum Schoellius *Gr. Litt. Hist. Tom. II., p.* 553. iterum omnia miscet, Ptolemaeum Alexandrinum ab Ptolemaeo Aristonici patre non discernens. — Vixit igitur Aristonicus florente Alexandriae litterarum Graecarum studio, excelluit autem tum doctrina et ingenio, tum vero etiam auctoritate. Nam in permultos poetas accurate commentatus est, qua de re exstat docta Valckenarii annotatio *ad Ammon. p.* 181.; scholae autem praefuit amplae ac locupleti multosque habuit sectatores. *Οἱ περὶ Ἀριστόνικον* citantur Schol. Vict. *ad Il. σ,* 483. *p.* 506. Ingenium deinde Aristonici et eruditionem

praeclare novimus prae ceteris ex Venetis Homeri scholiis, quibus haud exiguam partem operis *περὶ τῶν σημείων τῆς Ἰλιάδος* intersertam esse constat. Nam quae faciunt illic ad explicandam rationem *σημείων* carminibus singulis in codice appositorum, tantum non omnia aut ipsa Aristonici verba referunt aut summam disputationis. Pauca tamen ex hoc genere pertinent ad Didymum, id quod colligi quodammodo potest ex Schol. Ven. *ad Il.* *ϑ*, 535., ad cuius normam depravatus Schol. *Il.* *ο*, 86. locus redintegrandus est. Declaravimus hoc scripti genus *), grammaticis veteribus non insuetum (v. Villois. *Prol.* *p.* *XVIII.* *sqq.*), luculento Aristarchi exemplo, a quo tantum abest, ut multum deflexerit Aristonicus, ut id vel maxime cum in Homerico tum in Hesiodeo labore ad imitandum sibi proposuisse videatur. Veterum autem signorum criticorum explicatio quum absolutam prope posceret carminis interpretationem, quamquam nullam eius partem neglexerit Aristonicus, eam tamen pro studiorum ratione diligentissime persequutus fuisse videtur, quae consummata rerum grammaticarum explicatione continetur. Ex quo genere una eius notatio superest, Schol. Cantabr. *ad* *v.* 178. conservata. Vix dubito tamen, quin plures in scholiis nostris adhuc lateant eorundem commentariorum reliquiae, magna ex parte nullo negotio detegendae. Ita Aristonico tribuenda duco, quae Scholiasta Cantabr. de signis criticis notavit *ad* *v.* 927. et *post* *v.* 943. — Deinde ex eiusdem commentariis fortasse conservatae sunt antiquissimorum criticorum notationes, praesertim Zenodoti, Aristophanis, Aristarchi, Cratetis, Apollonii aliorumque, quorum conamina nunc prostant sine nominis accessione. In genere autem admonendum est, non potuisse eiusmodi opus ab Aristonico coagmentari, nisi multorum iam opera ad carminis emendationem prius fuisset collata.

Didymus quoque Chalcenterus ille in Theogoniam aliquid commentatus fuisse videtur. Laudant eius enarrationem

---

*) Mireris lepidam Larcheri epicrisin, Suidae adhibitam *annot* *ad Orion.* *Et.* *p.* 44. *not.* 73. *et* *p.* 120. *not.* 16. Apud Suidam enim et Eudociam *s.* *v.* *Ἀριστόνικος* editur: *ἔγραψε περὶ τῶν σημείων τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου καὶ τῶν τῆς Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας. ἀσυντάκτων ὀνομάτων βιβλία ϛ'.* Nempe suo iure ac de more suo non repetunt nomen *σημείων*, ex antecedentibus supplendum. Contra Larcherus, celeberrimi illius immemor operis, omissa post v. *Ὀδυσσείας* distinctione, novum finxit nec admodum commodum libri indicem. Sequutus tamen haud cunctanter est Schoellius *l.* *c.* *T.* *II.*, *p.* 554. Ceterum *ἀσύντακτα ὀνόματα* qualia dicantur, neuter perspexisse videtur. V. Etym. M. *p.* 401., 6. *sqq.*

Scholia Ven. et Cant. *ad v.* 126. Ceterum quod tradidit Fabricius *Bibl. Gr. T. I.*, *p.* 588. *Harl.*, Didymum istum scholiorum quae supersunt Hesiodeorum auctorem videri Natali Comiti *Mythol. VI.*, 18. *p.* 633., inconsideranter factum est nullaque nititur fide. Rem facillime deprehendendam non pervidit Goettlingius *praef. Hesiod. p. XXXIII.* Natalis verba sunt haec: *cum Ioannes Diaconus et Didymus (Tantalum) Iovis et Plutus Nymphae filium fuisse arbitrentur.* Nempe Didymum de more saeculi appellat scholiorum Homericorum auctorem, qui rem istam exposuit *ad Odyss.* λ, 582. Deinde quod Ioannem Diaconum nuncupavit, ubi scholia Hesiodea laudare vellet *ad Theog. v.* 355., non consilio, sed errore accidit homini laborioso facile condonando. Usus enim Natalis est exemplari Trincavellino; id quod colligitur ex *l. VI.*, *c.* 7. *lin.* 6. *p.* 577. Ubi quum Allegoriarum corpus scholiis antiquis membratim fuerit intersertum, difficile erat minus attento in errorem nusquam incidere. Cfr. eund. *l. II.*, *c.* 1. *p.* 92. *sq.*

Magnum deinde detrimentum res critica cepit eo, quod metaphrasis Theogoniae ab Demosthene Thrace perscripta aetatem non tulit. Suidas eam solus, quod sciam, appellat *s. v. Tom. I.*, *p.* 545.: μετάφρασιν εἰς τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν. Fuit is incertae aetatis rhetor, sed Atticae elegantiae plenus. Neque enim sine idonea causa hominis diligentiam accuratam elegantemque doctrinam laudibus extulit Valckenarius *Opusc. T. II.*, *p.* 116. Multo autem magis desideramus hanc illius operam quam μεταβολὰς Ὀδυσσείας. Nam ne de singulorum verborum pervestigatione vulgarem repetam cantilenam, de omni carminis continuitate, quae fuerit antiqua memoria, plenius nos Demosthenes ac dilucidius quam spissa scholia docuisset. Et huius tamen libri ne tenuissima quidem hodie indagare licet vestigia.

Vix feliciori conditione fruitur Neoptolemus Parianus, doctus vir, qui non modo criticam et grammaticam disciplinam professus est, verum elaboravit etiam in rebus mythologicis. Exposuit nuper de eo Weichertus libro de Apollonio Rhodio *p.* 213. *sqq.* *); sed quum reliqua pleraque diligenter pertractasset, hac quoque in re accidit illi, ut eorum quae ad Hesiodi interpretationem exprompsit Neoptolemus, plane esset immemor. Locum autem illa habebant in libris

*) Hinc emendanda est Schoellii notatio *l. l. T. II.*, *p.* 345.

γλωσσῶν, quibus variorum poetarum vocabula propter notionis etymologiaeque rationem aut ob aliam quamlibet causam impedita Parianus sibi sumpserat illustranda. Ex his enim libris Athenaeus Euripideae dictionis explicationem produxit; indidem Neoptolemi de Homerici vocabuli etymologia praeceptum pervenit ad Schol. Ven. A. *ad Il.* ω, 235. Ad Hesiodum denique quae pertineant, duae Neoptolemi supersunt eiusdem generis explicationes, altera λέσχη vocabulo apta, quam Proclus conservavit *ad Opp.* v. 491. addito operis nomine ἐν τῷ περὶ γλωσσῶν, altera ex Etymologicis Magno *p.* 525., 22. *sqq.* et Gud. *p.* 334., 40. *sqq*, deinde ex Suida *Tom. II.*, *p.* 339. eruenda, quam equidem ad Theogoniam referendam esse affirmo. Nam Heinsius *ad Hesiod. Schol. p.* 108., quamquam ad γλώσσας fragmentum vere rettulit, ad Hesiodum illud pertinere ne cogitavit quidem, nedum auctoris mentem ullo modo est assequutus. Etenim Grammatici isti transcripserunt explicationem ab Neoptolemo verbis καὶ ἀργαλέου κολοσυρτοῦ, quae exstant *Theog.* v. 880., accommodatam hancce: μεγάλως αἰρομένης τῆς φωνῆς καὶ εἰς ἀέρα ἱκνουμένης. τὸ γὰρ κοῖλον κυρτώσεως καὶ ὑπεροχῆς μετέχει. Apparet enim facile, verba a nobis apposita ab reliquorum continuitate fuisse seiungenda. Suidas p. 339. Neoptolemi nomen scholio non apposuit; fortasse librarius legere illud non poterat. Pari autem modo pluribus scholiorum grammaticorumque explicationibus Hesiodo aptis nomen tantum deesse videtur Neoptolemi. Nam in duabus certe vix constitit eius opera, sed ad multas sine dubio pertinuit Hesiodei sermonis proprietates.

Iam ab his, quos in Theogonia emendanda illustrandaque elaborasse certis testimoniis comprobari potest, accurate segreganda videtur eorum memoria, quorum in Hesiodum commentarii indistincte commemorantur. Namque Demetrium Ixionem, cuius εἰς Ἡσίοδον ἐξήγησιν affert Suidas *Tom. I.*, *p.* 539., aut Dionysium sive Corinthium sive Lithicorum scriptorem, utrique enim ὑπόμνημα εἰς Ἡσίοδον ascriptum esse vidit Suidas *Tom. I.*, *p.* 601., aut Plutarchum, cuius quartum in Hesiodum commentarium attulit Gellius XX., 8., omnibus poetae carminibus aequalem impendisse curam, nullo argumento evinci potest. Contra Hieronymum et Epaphroditum, non ignobilis memoriae grammaticum *), quos in Scutum Herculis

*) Multae et praeclarae Epaphroditi reliquiae exstant apud Stephanum Byz. aliosque.

commentatos esse comperimus ex Etymol. Gud. *p.* 36., 13. et *p.* 69., 46. et Parisino *apud Ruhnk. epist. crit. I., p.* 104. *et Bekk. ad Etym. M. p.* 724., ecquis aequali studio Theogoniam pertractasse asseveret, ea fretus ratione, quod Aristarchus, Crates, Seleucus, alii, omnium simul curam susceperint. De his aliisque rebus similibus, nisi mirum quantum adaucta veterum grammaticorum notitia, nihil certi definiri poterit; igitur nunquam fortasse.

Contra expedita res est et continuo decernenda de Cleomene fictitio carminum Hesiodeorum interprete. Etenim Cleomenem, incertae aetatis hominem, quum περὶ Ἡσιόδου scripsisse tradat Clemens Alexandrinus Strom. *l. I.,* 14. *p.* 351., I. G. Vossius protinus non iam de Hesiodo, quam in eius carmina commentarios scripsisse affirmat *de hist. Graec. l. III., p.* 167. et de *poet. Gr. p.* 87. — At sententia omni caret fundamento, nec potest ulla cogitari ratio, cur verba Clementis citra vulgaris consuetudinis modum dicta fuisse coniiciamus. — Caeterum quod Cleomenis liber communem ruinam non evasit, accidit fortasse non sine magno rei criticae dispendio. Fuit enim amplissima materiae tractatione constructus multaque varia doctrina fuisse refertus. Coniectura efficitur ex Clementis testimonio. Is Cleomenem eo consilio ap- ut dictum quoddam unius ex septem sapientibus ab illo in Homeri carminibus indagatum fuisse commonstret. Quam quidem observationem nomine praetermisso apposuerunt Scholiasta *ad Odyss.* θ, 351. et Eustath. *p.* 1599., 60. Cf. Plutarch. *Tom. II., p.* 164. *C. ed. Francf.* Ad huius considerationem Cleomenes in isto libro non potuisset delabi, nisi gnomicam Hesiodi poesin ad exemplar reliquorum gnomologorum exegerat et omnem huius generis originem et aetatem accurate erat persequutus. Atqui quum huic carminum parti plenam eiusmodi et minutam diligentiam impenderet in libro, qui in universum erat poetae destinatus, consentaneum est, ut reliquorum carminum rationem studio non impari inquisivisse videatur. Ergo multa Cleomenem de antiqua Graecorum theologia in eodem opere coacervasse verisimile est. Qua in re si non fefellit coniectura, haud levem sane fecimus iacturam. Sed levandum erit desiderium eo, quod nihil de Cleomenis aetate constat; vixit enim fortasse, quando de rebus quod operae esset pretium, ne poterat quidem com- Maiorem certe iacturam fecimus libro Hecataei Abderitae philosophi, quem de Homeri Hesiodique poesi scripsisse rettulit Suidas *T. I., p.* 686. Vixit is inter διαδόχων.

CAPVT IV.

GRAMMATICI GRAECI RECENTIORES. SCHOLIOGRAPHI. IOANNES DIACONVS. IOANNES TZETZES.

Seriorum grammaticorum tum scholae Alexandrinae, tum eorum, qui Byzantii, Romae aliisque locis litteras Graecas Alexandrinorum more colebant, neminem novimus, qui Theogoniam dedita opera castigandam et explicandam sibi sumpserit. Hoc tamen aevo vetustorum grammaticorum recensiones inter se coniunctae et commistae, novis deinde curis adauctae, denique maximam partem in eam iam conformatae sunt speciem, quam hodie miramur et admiramur. Quantum vero eorum, qui hancce operam agitarunt, in genere hodie petiri licet ingenium studiorumque modum, admonendum primum est, carmen ab his sic videri posteritati fuisse oblatum, ut nullum certe versum, qui a probatis criticis et ab ipso Aristarcho damnatus esset, prorsus eiicerent, sed omnes potius quos acceperant addita tamen censura propagarent. Singulas deinde scripturae discrepantias ita rimati sunt, ut non ad unius exemplar accurate se componerent, verum saepenumero ad suum quisque arbitrium varia criticorum iudicia exigerent. Fortasse excogitarunt nonnumquam etiam aliquid novi *), praecertim in rebus grammaticis; quarum studium quum per saecula aliquot optimis ingeniis esset excultum, fieri non potuit, quin verius interdum hac aetate quam ab criticorum principibus iudicaretur. Quamquam non multum fuerit ab hac parte carmini exspectandum salutis. Etenim disciplina, ut ita dicam, grammatica ad ingentem variarum observationum cumulum excreverat; iudicandi vero arti haec copia obfuisse potius quam profuisse videtur. Abiit enim ad subtilem rerum exilium disceptationem.

*) Sic Porphyrio *de Plot. vit.* p. 5. *F. ed. Bas.* laudatur Zoticus, Plotini aequalis, *κριτικός τε καὶ ποιητικός, ὃς καὶ τὰ Ἀντιμάχου διορθωτικὰ πεποίηται καὶ τὸν Ἀτλαντικὸν εἰς ποίησιν μετέβαλε πάνυ ποιητικῶς.*

In genere autem quae fuit ista aetate grammatici studii ratio, praeclaro scholiorum in Homerum Venetorum cognoscere licet exemplo: nam prima eorum forma diu ante Choerobosci tempora constructa fuit atque perpolita *). Videlicet largissimas antiquorum copias sub unum conspectum cogebant, easque sub censuram aliquam revocare studebant. Similis deinde opera Theogoniae ab aliis eadem aetate sine dubio fuit praestita; si quid intercedebat diversitatis, certa ea est necessario ex diversa carminum indole. Orationis enim genus simplex et aequabile minus varia et operosa indigebat explicatione. Gravior erat rerum illustratio longeque impeditior; ad quam quum ista aetate ex Homeri aliorumque poetarum comparatione et ex universa antiquitatis memoria non multum promi posset adiumenti, eo studiosius plerique, philosophorum vestigiis ingressi, reconditam allegoriarum doctrinam amplectebantur et ingeniose admodum exornabant. Hoc autem interpretandi genus novum incrementum cepit inde, quod quum Christiani magistri apertas fabularum ineptias severe et acriter perstringerent, Graeci ethnici crimen allegorica interpretatione diluere conabantur. — His igitur studiis haud parvam scholiorum nostrorum partem, quae eiusdem consilii est particeps, originem debere admodum veri est simile.

Ceterum videndum erit, ne quid forte Theogonia his temporibus ab furiosis theologorum disputationibus traxerit decrementi. Nam quum Christiani magistri omnes scriptorum Graecorum locos, quibus ad declarandas veteris religionis spurcitias feliciter uti possent, summo cum studio anquirerent; ex vetustis carminibus deleri ea, quae prae ceteris pravos Deorum mores ineptaque figmenta poetarum illustrarent, cummaxime erat e re paganorum. — Mox vero magis stabilita re Christiana, quum Theogonia ut reliqua carmina erudiendae iuventuti inserviret, Christianis magistris eae tantum carminis partes gratae esse poterant, quae ad enarrandas res mythologicas ab aliis scriptoribus obiter indigitatas apprime facerent: reliquae vero, moribus illae nocivae, fortasse in compendium redactae aut rescissae sunt.

2. Denique ex recentissimis grammaticis Byzantinis, eos dico, qui inde a saeculo nono p. Chr. nat. vixerunt, ne unum quidem appellare possum, qui criticam curam Theogoniae destinaverit, perpaucos vero com-

*) Contraria est Goettlingii sententia *praef. Theod. p. XIII.* At uno ille eoque prorsus ambiguo usus est argumento neque vero omnem eruditionis modum animo videtur concepisse.

mentariis conscribendis laudem quaesivisse comperimus. Constat vero ex accurata codicum pervestigatione, multorum studia eadem illa aetate circa Theogoniae emendationem mirifice ferbuisse; neque improbabile est, scholiorum vetustiorum reliquias, ex antiquo exemplari excerptas novitiaque doctrina adauctas, eorundem studio ad nostram memoriam pervenisse. Admodum igitur fuit memorabile tempus, quod vellem et accuratius definiri et plenius describi potuisset. Nam non aequale fuisse grammaticorum studium per longum illud multorum saeculorum spatium, tum singulorum scriptorum memoria docet, a quibus carmen aut tantum non neglectum est aut prorsus ignoratum, tum universa rei litterariae historia abunde confirmat et illustrat.

Ad hanc aetatem refero Ioannis Diaconi in Theogoniam Allegorias, non unicum quidem illud, sed luculentissimum et absolutissimum istorum studiorum documentum. Uberius autem erit de hoc viro dicendum, quum quae vulgo de eius aetate traduntur, falsa sint atque inepte conficta.

Trincavellus primum evulgavit Allegorias hasce ex codice Tricliniano, ubi indicem prae se ferunt hunc *pag. CXXI.*: *εἰς τὴν τοῦ Ἡσιόδου Θεογονίαν Ἀλληγορίαι τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ* (sic, non *κυρίου*) *Ἰωάννου Διακόνου τοῦ Γαληνοῦ*. Eundem exhibet codex Vindobonensis 128., quo item continentur Allegoriae, apud P. Lambecium *comment. de Bibl. Caesar. Vind. l. VII.*, *p.* 234. Iam quum de aetate Ioannis Diaconi Galeni nihil aliunde comperire liceat, Lambecius primus, quod sciam, pronuntiavit, Ioannem Diaconum Galenum non diversum esse ab Ioanne Diacono Pediasimo, cuius in Scutum scholia paraphrastica in iisdem libris prostant, ab Trincavello postmodum edita. Vide *l. l. p.* 233. 234. Ratio autem, si tamen ratio dici potest, desumpta est ex cognominum fictitia quadam aequalitate. Utrumque enim Lambecius de tranquillitate animi accipi voluit: id quod minime cadit in *Πεδιάσιμος* nomen. Interim Ioannis Diaconi Pediasimi, *τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων*, ut vocatur ab librariis, non minus ignota fuit aetas; ergo denuo erat iam unicum in coniectura refugium. Exstant autem opuscula quaedam grammatica, philosophica, mathematica, quae nomen prae se ferunt *τοῦ σοφωτάτου χαρτοφύλακος τῆς πρώτης Ἰουστινιανῆς καὶ πάσης Βουλγαρίας κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Πεδιασίμου*, qui vixit ultimo sive medio saeculo quarto decimo. V. Saxii *Onomast. T. II.*, *p.* 386. Haec tanta nominum convenientia invitavit Lambecium, ut Ioannem Diaconum Pediasimum ab Ioanne Pediasimo

Chartophylace non seiungendum duceret. Vide *l. c.* *p.* 233. Particeps erroris fuit Du Cangius *Glossar. Graec. med. aev.* *p.* 1637. *s. v.* ὕπατος τῶν φιλοσόφων. Sic tres viri diversissimae aetatis diversissimique ingenii in unum audacter coniuncti copulatique sunt. Coniectura autem, mox ab aliis sine castigatione repetita, paullatim, ut fit, increbruit abiitque ad vulgi opinionem. Vide Fabric. *Bibl. Graec. ed. Harl. T. I.*, *p.* 582. *T. VI.*, *p.* 371. *T. XI.*, *p.* 648. sq. et *ed. vet. Tom.* X., *p.* 252., Bandin. *Catal. Mss. Graec. Laur. Tom. II.*, *p.* 96. 162. *Tom. III.*, *p.* 528., Bongiovanni *Bibl. Marc. Ven.* *p.* 246. 252., Morelli *diss. in Anal. Litt. Vol. III.*, *p.* 263. 265., Heinrich. *ann. ad Schol. in Hesiod. Scut.* *p.* 60., Schoell. *Hist. Litt. Graec. Tom. III.*, *pag.* 94. 185. His nuper accessit Goettlingius *praefat. Hesiod.* *p.* XXXV. Error autem arguitur eo, quod Triclinianus codex, qui scholia Io. Diaconi Galeni et Io. Diaconi Pediasimi exhibet, a. 1316 —1320. exaratus est. Ioannes vero Pediasimus Chartophylax, uti diximus, aliquanto posterius floruit. Io. deinde Diaconus Galenus et Io. Diaconus Pediasimus sermonis genere et doctrinae modo tantum distant inter sese, ut eorum scripta nullo pacto ab eodem profecta esse possint. Nolo plura in re manifesta addere, quamquam non deest uberioris disputationis materia; sed unum praeterire non possum, quod Io. Diaconi Galeni eruditionem egregie illustrat. Duo enim eiusdem opuscula inedita exstant in codicibus Veneto et Vindobonensi, alterum *de triplici modo allegoriae fabularum poeticarum*, alterum ἀλληγορία ἀναγωγικὴ εἰς τὸ παρ' Ὁμήρῳ ῥηθὲν οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ κ. τ. λ., h. e. in quattuor primos versus libri quarti Iliadis commentarius. Haec autem opuscula quae Bongiovanni Morellique credulitate ad Ioannem Pediasimum relata sunt, Lambecio auctore *l. c.* *p.* 233. 234., qui codicum scripturam accurate expressit, Io. Diacono Galeno reddenda esse affirmo. Igitur Ioanni Diacono Pediasimo relinquo scholia in Scutum, post Io. Tzetzae aetatem composita (v. *ad v.* 20. 29.), Ioanni autem Pediasimo, recentissimae aetatis homini, manent scholia in Syringem Theocriteam, opuscula mathematica aliaque exigui pretii. De his vide Lambec. *l. c.* *p.* 55. *et* 187. et Fabric. *Bibl. Gr. l. c.*

Ex solo igitur Galeni scripto de eius aetate erit aestimandum. Ac primum quidem Christianam fidem professus est. V. *pag.* 544., 12. 545., 5. 555., 29. *sqq.* 582. 585. *sqq.* 608. Sed de Graecorum theologia

sic est loquutus, ut illius aevo verae religioni eam fama potius quam re ipsa fuisse formidolosam, aut plane non exstitisse amplius sit manifestum. Hinc explicandum est, cur et philosophos ethnicos magni faciat, prae ceteris Plotinum et Aristotelem, et philosophi quam grammatici laudem quaerere maluerit. V. p. 548., 22. 29. 570., 14. 588. Ante Triclinii aetatem eum vitam degisse docuimus supra. Contra post quartum p. Chr. nat. saeculum scripsit idcirco, quod Adamantium attulit libro de ventis, quem ab Physiognomicorum scriptore nihil discrepare probabile est. V. pag. 584., 13. Hunc autem constat vixisse ineunte saeculo quinto. Omnia autem clamant, Byzantii Ioannem et scripsisse opusculum et litteras docuisse. Ad alios libros allegoricos ablegat lectorem pag. 577., 27. 28.

Iam vero angustioribus etiam terminis illius aetatem circumscribere licebit; quam in rem primum expendenda sunt ea, quibus de Nereidum allegoria exposuit Diaconus: *Νηρέα δέ*, ait, *ὁ λόγος τὸν πρακτικὸν νοῦν ὀνομάζει νῦν, ὃν καὶ ἐκ πόντου γεννηθῆναι πρεσβύτατον λέγει τάχα, διὰ τὸ νέεσθαι ῥεῖα, τουτέστι πορεύεσθαι. Ἴδοις γὰρ ἂν τοὺς πρακτικὸν πλουτήσαντας νοῦν νῦν μὲν ἐξ Ἰωνίας εἰς Ἑλλάδα μεταβαίνοντας, νῦν δ' εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου μεταχωροῦντας τῷ λόγῳ, καὶ αὖριον εἰς τὴν Βύζαντος ταῖς νομοθεσίαις καὶ τοῖς θεσπίσμασιν.* V. p. 561., 25. sqq. Ultima verba explicatum habent omnino nullum, nisi eo tempore scripta esse convenit, quo, capta ab Arabibus Alexandria, paullatim iam instaurata esset mercatura; quod quidem lente accidisse constat. *But the seventh and eighth centuries were a period of discord and darkness; the library was burnt, the college was abolished, the Iconoclasts are represented as the foes of antiquity; and a savage ignorance and contempt of letters has disgraced the princes of the Heraclean and Isaurian dynasties. In the ninth century we trace the first dawnings of the restoration of science.* Gibbon *Hist. of the fall of the Rom. emp. chap. LIII. Tom.* X., *p.* 144. At vero antiquarum litterarum studia non subito pullularunt Byzantii, sed tarde lenteque exoreverunt. Quocirca eiusmodi allegoriarum librum vix ante finem saeculi noni componi construique posse probabile est. — Contra ab altera parte non aptum esset exemplum illud, nisi ea aetate vixisset auctor, quum nondum omnis potentia maritima esset penes Venetos et Genuenses. Itaque vix illum ad saeculum duodecimum t..o licebit referre.

His iam, utcunque fieri poterat, stabilitis, ad ultimum qui huc facit Galeni locum progrediamur expendendum. Scriptus est liber ad filium Ioannem, quem aliquoties inter disputandum compellat, v. c. *p.* 576., 5. 588., 3. 604., 32. Eundem iam in fine opusculi magnifice alloquutus est in hunc modum: *ἀλλὰ γὰρ ἔχεις, ὦ τέκνον Ἰωάννη, τὰς εἰς τὴν Θεογονίαν τοῦ Ἡσιόδου ἀλληγορίας, κατὰ τὸ ἡμῖν ἐφικτόν. ἔχεις ἄρα τὸ ζητηθέν σοι, κἂν οὐ κατ' ἐλπίδας τὰς σὰς, ὦ Μούσης τῆς Ἀττικῆς θρέμμα καὶ μαίευμα, — — Μούσης Ἀθήνηθεν μὲν ὁρμωμένης, ἐν τῇ Βύζαντος δὲ κρονομένης τῷ πνεύματι καὶ πέρα φωνούσης Θούλης τῆς Ὠκεανίτιδος.* Loquitur de studio litterarum Graecarum, inprimis philosophiae; quam quum *πέρα φωνεῖν* dicat *Θούλης τῆς Ὠκεανίτιδος*, quid illud sit quibusque congruat temporibus, sedulo erit dispiciendum.

De insula Thule non est aliter statuendum quam de Atlante et de hortis Hesperidum; de quibus prae ceteris videndus est Humboldt *Ansichten der Natur, T. I., p.* 104. *sqq. cll. p.* 18. et Gibbon. *l. c. T. I., p.* 37. *not.* Antiquissimis enim temporibus quum remotissimarum regionum obscura quaedam et imperfecta Graecis venisset notitia, mox, adaucta paullatim terrarum cognitione, quaerebant locos pristinis fabulis congruos variosque variis temporibus antiquo nomine appellabant. De Thule autem insula quum quae ab diversis auctoribus Pytheâe ascripta fuit narratio, plurium sine dubio de variis regionibus septentrionalibus traditioni originem debeat, nullius erat usus, quod nostra etiam memoria multi in exploranda primitiva insulae sede mirifice laborabant. Magis fuisset operae pretium indagasse, quibus deinceps regionibus nomen illud ab antiquis fuerit inditum. Nos hoc loco de medio aevo explicabimus; quo quamquam plerique indisertam Thules mentionem instituerunt scriptores, velut Marcianus Capella *de nupt. Philol. l. VI., p.* 100. *Grot.*, Isidorus *Origg. l. XIV., c.* 6. (cll. Raban. Maur. *de Univers. l. XII., c.* 5. *p.* 179. *T. I.*), P. Orosius *Hist. l. I., c.* 2.; nonnulli tamen distinctius significarunt situm.

Primum Geographus Ravennas, quem saeculo septimo ascribunt, *Cosmogr. l. V., c.* 31. *p.* 110. *Gron.* Orcadas insulas Thules nomine designasse videtur: *Finitur autem ipsa Britannia, a facie Orientis habens insulam Thyle vel insulam Dorcadas.* Ultimum nomen manifesto est corruptum. Sed mirifice disconveniunt ea, quae apud eundem auctorem *l. c. l. V., c.* 33. *p.* 111. de Thules situ traduntur:

In ipso oceano dilatissimo, expleta parte occidentali, i. e. regredientes a parte meridiana, procul a litore Spaniae est insula quae dicitur Tyle.

Procopius deinde *de bello Goth. l. II., c.* 15. quam vocat Thulen insulam, eam sine dubio esse Scandinaviam, accurate demonstravit Cellarius *Geogr. Ant. II.*, 14. *p.* 446. *sq.* Interim haec opinio saeculo nono etiam Byzantii abrogata haud dubie erat; Scandinaviam enim peninsulae potius habere formam, tum aliis Northmannorum expeditionibus erat in vulgus declaratum, tum maxime Ohtheri indicio, qui Scandinaviae Lapponiaeque litora usque ad Dwinae ostium pervestigaverat. V. Anderson. *Histor. Mercat. V. I.*, *p.* 372. *sq.*, Forster *Gesch. der Entdeck. im Norden*, *p.* 67. 86. *sqq.* Ceteroquin quae Io. Diaconus de Thule insula praedicat, minime quadrant in Scandinaviam.

Superest Annae Comnenae locus *Alexiad. l. II.*, *p.* 53. *D. ed. Venet.*: ἐκεῖσε δὲ τοὺς ἐκ τῆς Θούλης Βαράγγους — τούτους δὴ λέγω τοὺς πελεκυφόρους βαρβάρους —. Convenit de iisdem *l. II.*, 57. *B.*: τοὺς ἀπὸ τῆς Θούλης βαρβάρους, et *l. XII.*, *p.* 292. *D.*: καὶ ὅσοι ἀπὸ τῆς Θούλης νήσου στρατεύονται. Varangos autem ex Britannia sive oriundos esse sive inde Byzantium venisse, reliqui scriptores ad unum omnes confirmant. V. Du Cangii *annot. p.* 36. Certum igitur est, Annam Britanniae obscurum remotissimae septentrionem versus regionis indidisse nomen. At vero non credidit illa, Britanniam fuisse celebratissimam istam Pytheae Thulen. Nam hanc alibi disertius memorat, v. c. *l. VI.*, *p.* 140. *C.*: ἡ πολυθρύλλητος Θούλη. Itaque haec quoque licentia condonanda ei est cum aliis, pristinam orationis ubertatem et elegantiam eruditionis paullo studiosius captanti. Caute igitur et prudenter in hac quoque causa Gibbonus *l. c. cap. LV. Tom. X.*, *p.* 202.: *On this occasion the vague appellation of Thule is applied to England.* Cfr. *c. LVI.*, *p.* 260. Sed praeivit Du Cangius. Vide *Hist. de l'Empire de Constantinople sous les Emper. Franç. Par.* 1657. *Tom. I.*, *p.* 296.

Igitur non celebri populi fama, sed incomposito eruditorum lusu Thules nomen ad Britanniam relatum est, quodque per se ne levissimam quidem habet probabilitatis speciem, illustri Annae exemplo extra omnem dubitationem collocatur. Quodsi quis hanc ob causam Ioanni Diacono eandem nominis significationem tuto obtrudi posse putaverit, vix multum contra disputare licet. Graecae vero linguae studium in Britannia et Hibernia inde ab saeculo septimo ad decimum usque si non floruit, crebrius certe ac diligentius quam inter

alias gentes celebatur; nec philosophi Graeci illic omnino erant ignoti atque neglecti. Vide *Heeren Opp. Histor. Vol. IV.*, *p.* 98. *sqq.* 124. 131. *sqq.* 167. *sqq.* 207. *sq.* Harum rerum obscura quaedam fama perrepsit haud dubie etiam ad Byzantinos doctores; qui quum e longinquo rem intuerentur, honorificentius fortasse quam par erat de illis studiis aestimarunt. Igitur non inepta esset nec plane incongrua Diaconi laudatio.

Hanc si comprobamus disputationis rationem, consequens est, ut Galenum Diaconum saeculo nono exeunte sive ineunte decimo scripsisse contendamus. Sed ista Thules interpretatio non tam certa saltem est, ut omnem excludat dubitationem; praesertim quum altera quaedam assit, prompta et ipsa nec longius repetita. Plurimas Graecorum de Thule narrationes praeclare convenire in Islandiae insulam, multis iam diu est deprehensum. Quocirca quum Islandiae demum repertae notitia quaedam ad Graecos esset perlata, non defuerunt, opinor, qui rem continuo perspicerent vetustamque appellationem insulae adhiberent. Ad Islandiam autem primus appulit Naddod a. 861. p. Chr. n., aliique mox sequuti sunt Northmannorum. Duobus post saeculis, re publica celeriter constituta, scholae floruerunt nec deerat varius litterarum cultus. Amissa a. 1261. libertate, paullatim refrixerunt studia. Iam vero incolae quum saepenumero tum mercaturae tum studiorum causa peregrinarentur Romamque adeo viserent, nihil istorum Byzantinos diu latere poterat. De his rebus omnibus secundarios testes attulisse sufficiat Herderum *Oper. Philos. T. VII.*, *p.* 155. et Schloezerum *Beitr. zur Isländ. Literat. und Geschichte, T. I.*, *p.* 3. 6 — 7. Graecorum autem philosophia num fuerit ab Islandiae doctoribus admodum culta, profecto ignoramus; sed qui recentium Graecorum ingenium vanae ostentationi unice deditum probe cognorit, levissima philosophici studii inter illos vestigia sufficere concedet ad conflandas magnificas eorum laudationes. Quodsi haec fervidius non sunt disputata, Ioannem Diaconum undecimo saeculo vixisse convenit.

Iam alterutra ratio quum necessario sit admittenda, Galeni aetatem sat angustis, si rem ex debili temporum illorum notitia aestimaveris, circumscripsisse videmur terminis. Itaque nihil iam dubium est, quin hunc ipsum Allegoriarum librum indigitaverit Eustathius *ad Il. p.* 989., 38. *sqq.* Vide *Alleg. p.* 602., 20. *sqq.*

Non sine iusta et idonea causa minutam hanc diligentiam interposuimus indagandis Ioannis Diaconi temporibus. Neque enim per se magistellus iste multum refert nostra; verum coniunctissima est causa cum universa Theogoniae historia

critica. Videlicet ea carminis species, quam Galenum in libris suis repperisse manifestum est, nulla re gravi praestat codicum nostrorum vitiositati. Complectitur autem liber tum auctoris conamina, tum aequalium praecepta, tum varias antiquorum grammaticorum reliquias. Tenemus rem partim ex ipso Galeni testimonio: citat enim *pag.* 570., 19. τὸν παλαιὸν ἐξηγητὴν τοῦ παρόντος βιβλίου: partim ex convenientia vetustiorum grammaticorum, partim ex variarum interpretationum cumulatione. Itaque temerarium esset, si quis omnem inter Byzantinos interpretationis rationem ac disciplinam hoc libro adumbratam esse contenderet.

Deinde paucis est de Ioanne Tzetza dicendum, quem fuerunt qui scholiorum Cantabrigiensium perhiberent auctorem. Vide Stephanum *not. ad Theog. v.* 61., Albertium *ann. ad Hesych. T. I.*, *p.* 515. *n.* 11. *p.* 803. *n.* 7. Alii vetusta scholia ab Tzetza in compendium reducta propriisque studiis adaucta fuisse statuerunt. V. Heins. *ed. mai. p.* 225. Utraque sententia auctoritate pariter ac ratione destituta est. Etenim Tzetziani ingenii, quo vix ullum et plenius innotuit et ad deprehendendum est facilius, ne levissima quidem vestigia dignoscere licet. Nam quas Heinsius indagasse sibi visus est Tzetzae reliquias *ann. ad Schol. v.* 34. *p.* 122. *ed.* 1603.: ἀλλὰ σὺ, ὦ Ἡσίοδε, παῦον τῶν ἀρχαίων ῥημάτων, παῦσαι κομψοποιῶν, παῦσαι μύθους λῃρωδῶν ἀλλοκότους, versum 35. uberius his esse explicatum non perspexit. Ergo verba non *irrepserunt hic alicunde* nec *commista sunt cum scholiis.* — Deinde eadem fere scholia, quum in multis praeterea codicibus compareant, nusquam tamen Tzetzae assignantur: quod Lambecii, Bandinii aliorumque diligentia nunc certissime compertum habemus. — Denique quod a nemine dum in medium prolatum est, ne Cantabrigiensis quidem libri auctoritate possessionem Tzetzae ullo pacto tueri licet. Scio quidem, scholia in Hesiodum omnia tum in indice editionis Basileensis, tum in Io. Birchmani epistola libro addita diserte ad Ioannem Tzetzam referri auctorem. Verumtamen res manifesto est ex editoris errore exorta. Scholia in Theogoniam hunc habent indicem: ἐξήγησις εἰς τὴν τοῦ Ἡσιόδου Θεογονίαν, v. *pag.* 214. *ed. Bas.*; auctoris nulla omnino mentio facta est. Reliquorum autem carminum interpretatio quum in ipso codice (v. *pag.* 3. *et* 201.) singulatim ad Io. Tzetzae auctoritatem relata esset, non magnum profecto editores adisse videbantur discrimen, tertiam eidem auctori ascribendo. — Ceterum ut hoc cumuli instar addam, dubito omnino, an unquam Tzetzes in Theogoniam quicquam fuerit commentatus. Nam ne plura hic de inepto illius commento,

exegesi in Iliad. p. 19. et *schol. exeg. p.* 147. exprompta, importune interponam, in commentariis certe Hesiodeis nisi praeeunte Proclo nusquam Theogoniam usurpavit; deinde quum Variarum Historiarum componeret Chiliades, vix tenuissimam habuit carminis notitiam. Nam quamquam multas res pertractavit, quibus illustrandis valde illud erat congruum, tamen uno tantum loco Theogonia commemorata est, et eum quidem in modum, ut ex quovis potius scholiasta, quam ex Hesiodo hausisse videatur. Vid. *Var. Hist.* X., 337., 515. 6. *p.* 384. *Kiessl.*

Ultimo denique loco dicemus de Demetrio Triclinio, diffamati nominis grammatico, quem non fine, sed initio seculi quarti decimi vixisse, hodie attentum fugere non potest. Fugit tamen Schoellium *Hist. Litt. Gr. T. III., p.* 186. Triclinius et commentariis illustravit Theogoniam, nec criticam ei denegasse videtur curam. Sed utrum tanta incesserit in hunc poetam libidine, quanta in aliis scriptoribus emendandis versatus est, nondum ab omni parte est perspicuum, tum propter imperfectam reliquorum librorum notitiam, tum quod nullus dum collatus est codex Tricliniano vetustior. Interim etiamnunc non desunt nonnulla scripturae genera, quae non sine causa ab Triclinio repeti posse videantur. Ea accurate consignavimus supra; reliqua deinde, quae in suspicionem fraudis incidunt, diligenter a nobis notata, quum ad aliorum quoque librorum possessionem pertineant, non poterunt Triclinio vindicari priusquam illa in recentioribus tantum codicibus reperiri constiterit.

Scholia autem Triclinii, quae prorsus inedita esse narravit Schoellius *l. c.*, *fere omnia* sine auctoris indicio ab Trincavello iam edita et nuper ab Morello designata sunt *ap. Wolf. Anal. Litt. V. III., p.* 265. *sq.* Sunt autem ea partim ex Io. Diaconi aliorumque commentariis deprompta, partim ipsius Triclinii ingenio non indigna.

CAPVT V.

DE SCRIPTORVM CITATIONIBVS.

Demonstravimus Theogoniam ab grammaticis Alexandrinis in numerum librorum praestantissimorum lectuque prae ceteris dignorum olim fuisse relatam. Multam deinde ac selectam exhibuimus per longam saeculorum seriem laudatissimorum hominum manum, qui in emendando et explicando carmine haud levem operam collocarunt. Insuper constat abunde, temporibus litterarum splendore illustrissimis et seriore etiam aevo Graecorum animos ab rerum divinarum pervestigatione nequaquam abfuisse. Quod quum ita sit, largam plerique et opimam inprimis apud Graecos scriptores exspectaverint eorum exemplorum messem, quibus tum praeclara carminis dicta celebrantur, tum fabularum momenta ac pondera afferuntur et examinantur; praesertim in eo scriptionis genere, quod illustrandae vetustissimae rerum Graecarum memoriae fabularumque rationibus componendis enucleandisve destinatum erat.

Sed res longe aliter cecidit. Namque ipsis vigentibus tum Alexandriae tum Romae Graecarum litterarum studiis nec multum curioseque vulgo lecta Theogonia est, nisi ab iis, qui grammaticam disciplinam profitebantur puerorumque institutioni praeerant, nec magni aestimata est ab iis, quorum studia in rebus sacris et antiquitatibus Graecis versabantur. Quippe etsi multa tum Graecorum tum Latinorum ac praestantissima in hoc genere litterarum opera aetatem non tulerunt, tantum tamen superest eorum, ut in genere qualis tum fuerit eruditionis studiorumque modus haud improbabiliter aestimare liceat.

Exempla promam gravium auctoritate virorum omni ex parte luculentissima. Primum Cicero, litteris Graecis si quis alius imbutus, quamquam Hesiodum non sine laude commemoravit, v. c. *ad Div. VI.*, 18., *de Senect.* 15., 54. 7., 23., nec criticorum in eum notationes neglexit, v. *ad Att. VII.*, 18., Theogoniam tamen nec usquam eum in modum adhibuit, ut sententias inde promeret luminaque orationis, quam in rem saepenumero ab eo praesertim in epistolis usur-

pata sunt Homerica carmina, neque vero libris de natura Deorum quum de Graecorum mythologia exponeret, illius aut mentionem iniecit ullam, aut tacito admisit usum. Nempe reddidit illa disputatione *veterem Graeciae famam, theologis, genealogis historicisque antiquis* dudum traditam et conservatam, nec simplex hoc atque incomptum antiquitatis monumentum multum curans, prosequutus est eos, *qui interiores scrutantur et reconditas litteras.* Vide *de Nat. Deor. III.*, 16., 42. 17., 44. 21., 53. 54. 22., 55. 23., 60. Haec quidem non in Ciceronem dicta sunt contumeliose, verum Graecorum eruditionem illustrant: nam magistros ille sequutus est philosophos. V. *l. c. III.*, 23., 60.

Secundum in hac causa testem affero Strabonem, haudquaquam illum ignobiliorem. Qui quamquam exquisitis doctrinae copiis ac praeclaris praesertim antiquarum litterarum reliquiis ab omni parte distinxit librum, Theogeniae tamen in eo ne levissima quidem usquam vestigia exstant. At si legisset unquam Strabo carmen attente et pertractasset, non poterat illud eum non invitare, ut crebro eius memoriam in tempore coleret. Veluti *l.* X., *pag.* 728. *B.* ubi montium in insula Creta situm accurate adumbravit, de Aegaeo monte *Theog. v.* 484., de quo magna erat antiquorum disceptatio (v. *Schol. ad Arat. v.* 33.), ne verbum quidem interposuit. Deinde in profusis illis disputationibus de ventis *l. I.*, *p.* 50—52., de Typhone *l. XIII.*, *p.* 929. *l. V.*, *p.* 380. aliisque Hesiodi identidem fuit immemor. Quae quidem res quum insignem eruditionis defectum coarguere videatur, dispiciendum erit, utrum ex singulari ille ac fortuito institutionis errore repeti debeat, an ad plerosque idem istis temporibus pertinuerit. — Miror autem maximopere, quod ne novissimus quidem Strabonis interpres, qui diuturnam ei nec infelicem ceteroquin impendit operam, de eius doctrina ac studiis saniora docuit, quam quae vulgo de his perferuntur, quodque immodicis et immeritis laudibus et ipse consummatam illius eruditionem ingentemque poetarum et scriptorum lectionem exornavit. Videlicet cum omnis Strabonis doctrina ex paucis quibusdam fontibus derivata est, tum maxime ea, quae pertinet ad res mythologicas. Deinde non principes fere adiit et iustos rerum auctores, sed novitiorum magistrorum narrationi fidem adiunxit. Ita quamvis creberrima assit Homericorum versuum laudatio, tamen non Homero, sed Homeri potius interpretibus operam navasse censendus est. Reliquos autem poetas maximam partem non suo labore et usu edoctus commemoravit, sed quando ab iis, quorum aucto-

ritati modo sese addixerat, eorum documenta apposita essent. Egregio in hanc rem exemplo sunt ipsae Hesiodeorum carminum reliquiae a Strabone conservatae *). Has enim non proprio illius studio debemus, sed Demetrii Scepsii, Apollodori, Ephori, Eratosthenis aliorumque scriptis prudenter ab auctore in usum vocatis: qua de re partim nos admonet diserta Strabonis notatio, partim omnis disputationis tenor ac sermonis modus. At quis tandem crediderit, Demetrium Scepsium, eruditissimum grammaticum, Aristarchi et Cratetis aequalem (v. Strab. *XIII.*, *p.* 906.), Ephorum, Hesiodi gentilem (*l. c. XIII.*, *p.* 924. *B.*, Procl. *ad Opp.* 631. 633.) et accurate doctum (*l. c.* X., *p.* 713. *A.*), Apollodorum, qui praeclaro illo de Dis opere omnium labores exhausit et superavit, denique Eratosthenem — quis tandem crediderit illos aut non cognitam habuisse Theogoniam, aut nusquam eius testimonio fuisse usos. Ergo ignotum quidem non erat carmen Straboni, verum aut recusavit lectionem mala fortasse fama deceptus, aut perlectum etiam fastidivit. Scilicet *τὰ μὲν σφόδρα παλαιά*, ait, *καὶ μυθώδη καὶ οὐχ ὁμολογούμενα τὰ πολλὰ ἐῶμεν, τὰ δὲ φαινόμενα ἡμῖν καίρια λέγομεν.* V. *l. IX.*, *p.* 657. Quicquid eius rei sit: neque enim ulterius persequi licet: non magnam carminis fuisse inter aequales auctoritatem consectarium est.

Huic non absimile Diodori est exemplum: qui quum tribus libris omnem Graecorum archaeologiam et mythologiam complexus esset, liber quartus, quo *περὶ τῶν ἡρώων καὶ*

---

*) His exemplis unum tamen fortasse eximendum est *l. I.*, *p.* 103. *A.* *καὶ ἡ πρότερον δὲ Ἀρτεμία λεγομένη μία τῶν Ἐχινάδων νήσων, ἤπειρος γέγονε. καὶ ἄλλας δὲ τῶν περὶ τὸν Ἀχελῶον νησίδων τὸ αὐτὸ πάθος φησὶ παθεῖν* (Demetrius Scepsius, v. *p.* 101. *A.*, aut *φασὶ* scribendum est) *ἐκ τῆς ὑπὸ ποταμοῦ προσχώσεως τοῦ πελάγους. συγχοῦνται δὲ καὶ αἱ λοιπαί, ὡς Ἡσίοδός φησι.* Coraes Herodotum substituit Hesiodo; *οὗτος γάρ*, ait, *οὐδαμοῦ τῶν γε ἐγνωσμένων ἡμῖν αὐτοῦ ποιημάτων τῶν Ἐχινάδων μέμνηται.* *Ed. Strab. Tom. IV.*, *p.* 29. Argumenti levitatem accurate monstravit Groskurdius *Interpr. Germ. T. I.*, *p.* 93., *not.* 3. Nihil tamen effecit idem vulgatam scripturam asserendo. Quippe Hesiodi testimonium, antiquissimi illud auctoris, post Demetrii aut vulgaris famae memoriam nec ullam habet vim et inepte omnino adiicitur. Appellandus potius erat aut aequalis Strabonis aetati scriptor, aut recentissimae saltem memoriae. Cfr. eundem *l. X.*, *p.* 703. *A.*, Pausan. *Arcad.* 24., 11., Dionys. Perieg. *v.* 435. c. not. Eustath. *p.* 180. Est autem ambiguum, utrum in nomine an in verbis *αἱ λοιπαί* lateat vitium.

ἡμιθέων exposuit (v. *l. IV.*, *c.* 1. *p.* 211., 43. *c.* 85. *p.* 413., 79. 80. *Dind.*), et quintus, quem νησιωτικά inscripsit, conservati sunt, sextus prorsus interiit. Graviter autem nec immerito Diodorus conquestus est de incredibili scriptorum in rebus antiquis tradendis inconstantia ac diversitate. Vid. *l. IV.*, *c.* 1. *p.* 210., 10. *sq.* *c.* 44. *p.* 363., 34. *sq.*, *l. V.*, *c.* 80. *p.* 498., 7. *sqq.* Quocirca varia narrationum genera poetis scriptoribusque tum antiquis ac fide dignis tum recentioribus nec ad severitatem aptis tradita et propagata inter se erant componenda strenuoque iudicio secernenda. Ac saepenumero quidem professus est Diodorus, ad antiquorum auctorum fidem sese omnem composuisse narrationis tenorem; interdum vetustissimorum ac probatissimorum vestigiis sese insistere affirmavit. V. *l. IV.*, *c.* 8. *p.* 320., 63., *l. V.*, *c.* 64. *p.* 480., 97. *c.* 80. *p.* 499. *in.* Sed quamvis diserte his annumeraret Homerum, Hesiodum aequalesque poetas *l. IV.*, *c.* 7. *p.* 318., 84. 85., vereor tamen maximopere, ne parum eis fuerit usus. Etenim *l. IV.* *et V.* Hesiodum certe perpaucis locis appellat (v. *l. IV.*, *c.* 7. *c.* 85., *l. V.*, *c.* 66. *c.* 81.), raro cum eo consentit tacito, saepenumero pugnat; plerumque ab simplicissima, quae apud Hesiodum obtinuit, fabularum ratione deflectit ad recentium auctorum fidem, uberiore et magis compto descriptionis genere captus. Qua quidem ex re praeclare intelligitur, illis temporibus nec Theogoniae nec reliquorum carminum Hesiodeorum eam fuisse inter viros doctos existimationem, ut saniora ex his et sinceriora quam ex reliquis scriptoribus prope omnibus de religione et de antiquitatibus Graecorum testimonia repeti posse putarint. Scilicet parum, ut videtur, aberat, quin carmina Hesiodea fuerint instar ἀποθέτων ἐπῶν. Vid. Platon. *Phaedr.* *p.* 252. *B. HSt.* Quocirca quum libro sexto Homeri, Hesiodi et Orphei de Dis fabulas ab Diodoro intertextas fuisse Eusebii testimonio constet *Evang. Praep.* *l. II.*, *p.* 39. *R. St.*, videndum erit, ne aut promissis pariter non steterit, aut quum summam sectaretur brevitatem (πειρασόμεθα συντόμως ἐπιδραμεῖν στοχαζόμενοι τῆς συμμετρίας), diversissimas saltem illorum fabulas non accurate disiunxerit. Quid? quod ex tertio et quarto eiusdem libri fragmento denuo eum aliena et inepte conficta antiquis admiscuisse manifesto tenemus. Itaque quamquam nondum omnem Theogoniae auctoritatem Diodori aetate interiisse apparet, magnam tamen et irreparabilem ad crisin carminis iacturam isto libro fecisse non videmur *).

---

*) Quum Diodorus universam rerum materiam ita in libros dis-

Quod pluribus iam deinceps exemplis comprobavimus, neglectam istis temporibus fuisse Theogoniae memoriam propter uberiorem quae dudum inter Graecos invaluerat fabularum traditionem, idem praeclaro Cornuti *) documento ab omni

---

pertivisset, ut singuli quique, quoad fieri posset (v. *l. V.*, *c.* 1, *p.* 416., 24. *sq.*), totum aliquod complecterentur certisque finibus descripti essent, difficile dictu est, post insularem librum deque heroibus commentarium quo nomine reliquam archaeologiae partem designaverit. Nec pronuntiavit ea de re quicquam Heynius commentatione de fontibus Diodori scripta. V. *Ed. Dind. Vol. V. Append.*, *pag. CVII.* Sed si coniecturae in hac caussa conceditur locus, quemadmodum quinto libro Diodorus insularum antiquitates persequutus est, sic sequenti ipsam Graeciam perlustrasse censendus est, ita ut tum singularum regionum populorumque mores, vitae cultum, res sacras historiasque ex intima antiquitate repetitas, attulerit, tum communem omnium antiquissima memoria conditionem resque gestas adumbrarit. Sic factum est, ut quae libro quarto brevius iam attigerat, eorundem accuratiorem partim hoc libro institueret descriptionem. Vide *Excerpt. de Virtut. p.* 545. *sq.* Deinde probe hinc intelligitur, quo consilio Diodorus ad gravissimum illum quem saepenumero iam antea et sat profuse tractaverat de rebus divinis locum denuo tanquam ex professo illustrandum pervenerit.

*) Codices Cornuti quos novimus omnes quum ex exemplari negligentissime scripto originem duxerint, tum indocta librariorum sedulitate magis etiam inquinati sunt. Interim ex libris scriptis vix multum illi exspectandum est praesidii. Nam Eudocia, quae totum prope Cornuti opus membratim interseruit Violario, — si tamen is est Eudociae illius Augustae labor: de quo merito posse dubitari puto —, saeculo undecimo ne Constantinopoli quidem emendatiorem ulla ex parte nostris nacta est codicem. Interim tanta adest nonnumquam mendorum nequissimorum communitas, ut vix me continere queam, quin Villoisonum in hac libri parte interdum negligentiae ac falsimoniae insimulandum esse contendam. Videtur enim taedioso transcribendi negotio, quantum fieri posset, supersedisse locosque ex Cornuto interpositos in Galeano exemplari typothetae consignasse illinc repetendos. Nimirum omnem profecto excedit fidem, Eudociam iam legisse v. c. *τιναχτορᾳγαίην cap.* 22. *p.* 193. *cll. Eudoc. pag.* 342., aut *καὶ φόνους c.* 25. *p.* 200. *cll. Eud. pag.* 158. Et si legisset eiusmodi ineptias, quae ab homine Graeco tolerari nullo pacto potuerunt, ut erat et ab doctrina et ab ingenio non imparata, statim incidisset in emendationem proclivem *κουφόνους*, *τινύκτορα γαίης*. — Sed graviores etiam iniurias Cornuti liber tum in plerisque tum in omnibus perpessus est codicibus. Aliquot enim locis genuina scriptoris disputatio alienis interpositis temere disiungitur; ex quo genere egregium mox illustrabitur exemplum, plura nullo negotio indagare licet. Deinde haud parva scriptionis pars adeo disiectis nunc fertur membris, ut quae olim principio collocata fuisse probabile est, mediam hodie disputationem intempestive perrumpant. Videlicet multis argumentis commonstrari potest, caput septimum decimum, initio

parte confirmatur. Cornutus enim posteaquam capite quod fertur 17. principia Theogoniae Hesiodeae i. e. *vv.* 116 — 138. philosophorum more illustravit, ad reliquas Graecorum fabulas enucleandas pergit his verbis *pag.* 178. *ed. Gal.* 1688.: *ἀλλὰ τοῦ μὲν Ἡσιόδου τελειοτέρα οὔ ποτ' ἂν ἡ ἐξήγησις γένοιτο, τὰ μέν τινα, ὥς οἶμαι, παρὰ τῶν ἀρχαιοτέρων αὐτοῦ παρειληφότος, τὰ δὲ μυθικώτερα αὐτοῦ προσθέντος· ᾧ τρόπῳ καὶ τὰ πλεῖστα τῆς παλαιᾶς θεολογίας διεφθάρη· νῦν δὲ τὰ διαβεβοημένα παρὰ τοῖς πλείστοις ἐπισκεπτέον.* Ex his igitur primum perspicitur, eam quae tunc vulgo perferebatur fabularum Graecarum memoriam ab Hesiodea admodum diversam fuisse. Illam autem quum in originibus earum pervestigandis sequeretur Cornutus, accidit necessario, ut rarissima cum Hesiodi, tum Hesiodearum fabularum in hoc libro interposita sit commemoratio. Deinde non est praetermittendum, quod adiecit scriptor, Hesiodi studio et consilio veterem Graecae Theologiae traditionem luxatam et interpolatam fuisse. Quodsi eadem multorum fuit illa aetate opinio, hinc fortasse repetenda videtur esse causa, cur Hesiodeum carmen a plerisque neglectum fuerit. Quod vero Cornutus nihilominus non omnem illius recusavit usum, partim insigni eius eruditioni ascribendum est, partim eam ob causam institutum ab eo esse videtur, ut luculento exemplo tum poetarum in fingendis fabulis licentiam ostenderet, tum accurate doceret, quemadmodum adventitiae eiusmodi fabulae ad reliquarum normam explicandae sint. Vide *pag.* 173. *init.*

Philosopho succedat rhetor celeberrimus Dio Chrysostomus, poetarum scriptorumque lectione nulli cedens, ingenio pleresque superans. Vide inprimis *Vol. I.*, *p.* 478. *sqq. Rsk.* Eum igitur tanta cepisse videtur Theogoniae oblivio, ut oratione de regno secunda, ubi Philippum Macedonium cum Alexandro de vario poetarum usu sermones inducit nectentem, omnem Hesiodi aestimationem ad Opera et Dies atque ad Mulierum Catalogum perageret. V. *Vol. I.*, *p.* 75.: *τὸν δὲ Ἡσίοδον ὀλίγου κρίνεις, ἔφη, ποιητήν; οὐκ ἔγωγε, εἶπεν, ἀλλὰ τοῦ παντὸς οὐ μέντοι βασιλεῦσιν οὐδὲ στρατηγοῖς ἴσως. ἀλλὰ τίσι μήν; καὶ ὁ Ἀλέξανδρος γελάσας, τοῖς ποιμέσιν, ἔφη, καὶ τοῖς τέκτοσι καὶ τοῖς γεωργοῖς.* Deinde *pag.* 77.: *οὐ μέντοι Ἡσίοδος δοκεῖ μοι οὐδὲ αὐτὸς*

---

illud mutilum multisque partibus temere interpolatum, alieno loco esse positum et olim exordii partem obtinuisse. — Ceterum locus supra appositus, qui in editis libris pessime habetur, partim de coniectura partim de librorum auctoritate redintegratus a me est.

ἀγνοεῖν τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ὅσον ἐλείπετο Ὁμήρου. πῶς λέγεις; ὅτι ἐκείνου περὶ τῶν ἡρώων ποιήσαντος, αὐτὸς ἐποίησε γυναικῶν κατάλογον, καὶ τῷ ὄντι τὴν γυναικωνῖτιν ὕμνησεν, παραχωρήσας Ὁμήρῳ τοὺς ἄνδρας ἐπαινέσαι. Cfr. Eustath. *ad Il. p.* 745., 50. *sqq.* Omnem vero huius disputationis vim et nervum levissima infringit Theogoniae recordatio. Itaque aut re vera Dio lapsus memoria est, aut, id quod veri est similius, tuto se artificio illo in Homeri honorem uti posse existimavit, quum perpauci lectorum nossent carmen antiquitatis squalore obsitum. Ceteroquin probe noverat carmen Chrysostomus veriusque de eius dignitate iudicavit. V. *Vol. II., p.* 412.: *πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα φανήσεται τῶν Ἡσιόδου πεποιημένα καλῶς περί τε ἀνθρώπων καὶ θεῶν σχεδόν τι καὶ περὶ μειζόνων πραγμάτων ὁποῖα τὰ λεχθέντα νῦν.* (*Opp. v.* 25.) Quid? quod semel etiam versus quosdam apposuit e Theogonia repetitos, paucis deinde locis ad rerum memoriam ea traditarum manifesto allusit. Vide *Vol. I., p.* 80. *sq.* 62. 443. *II., p.* 90. 282. 412. Quamquam quum haec omnia minime sint recondita, ab Dione fortasse ex aliorum scriptorum citatione repeti potuerunt. — Denique eiusdem auctoris beneficio certissime comperimus, non ubique saltem illis temporibus Hesiodeorum carminum studium defervuisse. Sic enim personatus ille loquitur Dio *T. I., p.* 427.: *οὐκοῦν καὶ ὑμεῖς, ἐπειδὴ δέῃ τι βουλεύεσθαι περὶ τῆς πόλεως, συνελθόντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν, οἱ μὲν ὑμῶν κιθαρίζουσιν ἀναστάντες, οἱ δέ τινες παλαίετε, ἄλλοι δὲ ἀναγινώσκετε τῶν Ὁμήρου τι λαβόντες ἢ τῶν Ἡσιόδου· ταῦτα γὰρ ἄμεινον ἴστε ἑτέρων· καὶ ἀπὸ τούτων οἴεσθε ἄνδρες ἀγαθοὶ ἔσεσθαι, καὶ δυνήσεσθαι τά τε κοινὰ πράξειν ὀρθῶς καὶ τὰ ἴδια.* Quo loco quamquam nullius carminis diserta adest significatio, tamen quum Quinctiliani accedat admonitio eodem fere tempore omnia poetae carmina iuvenibus commendantis *Inst.* X., 1., 52., Theogoniam quoque subindicatam fuisse veri est simile.

Denique in hac causa praetereundus non est Plutarchus, tum propter variam et prope absolutam viri eruditionem, tum quod in Opera et Dies saltem commentatum eum esse comperimus, tum quod ea Graeciae regione erat oriundus, unde carmina Hesiodea olim prodisse tradant. Itaque notatu primum dignissimum est, quod Plutarchus Theogoniam pro genuino Hesiodi carmine habuit; nonnullos enim inde apposuit sub nomine auctoris locos tum rerum tractationi idoneos tum ad ornatum orationis aptos. Quocirca famam illam Boeotorum, cui cessit Pausanias, nihil valuisse apparet apud Plutarchum, haud inferiorem,

opinor, harum rerum arbitrum quemque Alexandrinorum magistrorum decretis nequaquam in mancipium sese dedisse constat *). Concedendum autem omnino est, Plutarchi aetate popularem famam et verius pleniusque cognosci et examinari exquisitius potuisse, quam saeculo post; praesertim quoniam Boeotia legitimus prope omnium inter Graecos bellorum fuerat decertandi campus, et iam Strabonis aetate omnia fere illius oppida diruta atque deserta iacebant. *V. l. IX.*, *pag.* 628. *et p.* 617. Quam quidem rem abunde confirmat et illustrat ipsa Pausaniae narratio. Vide *Boeot.* 2., 1. 4., 4. 7., 6. 8., 1. 19., 2. 4. 8. 26., 5. 33., 3. 38., 9., *Attic.* 38., 9. — Deinde Plutarchus ubi de antiquissimorum poetarum fide ac dignitate et de subditiciis quibusdam carminibus, quae vanam in speciem gravissima prae se ferebant nomina, forte erat iudicium interponendum, sobrie et circumspecte re pervestigata, ab multorum ista aetate et excellentium virorum errore sese vindicavit. Sic ex paucis verum luculentissimis exemplis perspicitur, Plutarchum Orphica quae ferebantur carmina Hesiodea Theogonia indicasse recentiora. Nam ab Hesiodo tradidit confictos esse et introductos Deorum parentes

Κοῖόν τε Κρεῖόν θ' Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε.

Vid. *de plac. Philos. I.*, 6. *Tom. II.*, *p.* 880. *C.* Idem valet de daemonibus. V. Plutarch. *de Orac. Def. T. II.*, *p.* 415. *B.* Insuper in explicanda veterum fabularum diversitate ad Homeri, Hesiodi proximorumque poetarum fidem iudicium esse componendum, alio exemplo egregie docuit. Libro enim *de Herodoti Malignit. T. II.*, *p.* 857. *E.*: *καίτοι*, ait, *τῶν παλαιῶν καὶ λογίων ἀνδρῶν οὐχ Ὅμηρος, οὐχ Ἡσίοδος, οὐκ Ἀρχίλοχος, οὐ Πείσανδρος, οὐ Στησίχορος, οὐκ Ἀλκμὰν, οὐ Πίνδαρος Αἰγυπτίου ἔσχον λόγον Ἡρακλέους ἢ Φοίνικος, ἀλλ' ἕνα τοῦτον ἴσασι πάντες Ἡρακλέα τὸν Βοιώτιον ἡμῖν καὶ Ἀργεῖον.* Cuius quidem exempli memoria

*) Exemplis rei gravissimae in vulgus notis accedat aliud nondum in lucem prolatum. Nam *l. de Exsul. T. II.*, *p.* 603. *B.* ex initio libri VI. Odysseae Plutarchus exprompsit haec:

ἑκὰς ἄλλων ἀλφηστάων
ἀνθρώπων ἀπάνευθε πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ.

Hunc igitur versum, quorum in codd. scholiisque nostris nullum superest vestigium, critici Alexandrini eiecisse videntur e carmine; nec obscurum est, quam ob causam; alii, ut Plutarchus, eundem loco restituerunt suo. Ceterum *ἄλλων* ab illis mutatum est in *ἀνδρῶν*, quod codices tenent. *Ἄλλων* a perpaucis grammaticis servatum est, quorum memoriam recoluit Pors. *ad Odyss. p.* 43. 126. *ed. Lips.*, Plutarchei loci tamen immemor.

ab Theogonia non est prorsus aliena. V. vers. 526. sqq. 317. 292. 332.

Praeterea ne quis forte accuratam hanc carminis notitiam in solum Plutarchum, nec in plures eius aequales cadere putet, adest praeclarum Plutarchi testimonium, quo contrarium evincere licet. V. *Sympos. l.* 9., 13. *Tom. II.*, *p.* 743. *C.*: *ἐκ τούτου σπονδὰς ἐποιησάμεθα καὶ ταῖς Μούσαις καὶ τῷ μουσηγέτῃ Ἀπόλλωνι παιανίσαντες συνῄσαμεν τῷ Ἐράτωνι πρὸς τὴν λύραν ἐκ τῶν Ἡσιόδου τὰ περὶ τὴν τῶν Μουσῶν γένεσιν.* Nam ad vanam doctrinae famam conflandam Plutarchum haec confinxisse ecquis credat! Pulchre concordant *Sympos. l.* 9., 1. *T. II.*, *p.* 736. *E.*: *ᾄσαντος δὲ τὰ πρῶτα τῶν ἔργων οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος.*

At vero fatendum tamen est, tum multo rarius Plutarchum usurpasse Theogoniam, quam Homeri carmina vel adeo Opera et Dies, tum in iis maximam partem illius versari memoriam, quae vetustiorum scriptorum usu iam nota erant in vulgus. Quae quidem res quamquam fortasse et ipsa ex Plutarchi eruditione paullulum hic deficiente fuerit repetenda, vereor tamen, ne legitimam potius explicationem habeat eam, quod plerique illa aetate viri docti ab accurato carminis studio longe aberant. Videlicet omnino in iis scriptionum generibus, quae non ad severas disciplinae leges aut ad captandam doctrinae famam, sed in facilem usum et ad recreandos magis quam ad instituendos animos composita sunt, librorum eorum, qui derelicti fere erant a plerisque et neglecti, aut nunquam aut perraro institui poterat recordatio. Alioquin enim aut non placebant exempla aut non intelligebantur, praesertim in eo genere, quod non distincta rerum memoria continetur, sed earum potius ingeniose adumbrat imaginem. Quocirca ex frequenti scriptorum apud huiusmodi auctores usu multum illos etiam ab aequalibus fuisse tractatos certissima coniectura colligimus; contra rarior illorum memoria probat contrarium. Sic ex Plutarchi quoque exemplo confirmare licet ea, quae in genere de Theogoniae usu et auctoritate inter populares disputata a nobis sunt.

Sed ea in re Plutarchus maximopere ab plerorumque tum aequalium aetate tum posteriorum sententia recessit, quod posthabitis carminibus Orphicis gravissimam in rebus mythologicis auctoritatem ad Hesiodum et Homerum deferebat. Contraria autem quum fuerit reliquorum fere omnium opinio, Hesiodei carminis auctoritati egregie eam obfuisse in propatulo est: aliorsum enim deflexit eorum studia, qui Graecae Theologiae origi-

nes pervestigabant. Eo autem perniciosior fuit ista opinio, quo diutius iam ipsa antiquitatis memoria inter Graecos invaluit. Quam in rem ab omni dubitatione vindicandam unum Diodori testimonium sufficit *Bibl. l. IV.*, *c.* 25. *p.* 341., 91. *sqq.*: (Orpheus) *μέγιστος ἐγένετο τῶν Ἑλλήνων ἔν τε ταῖς τελεταῖς καὶ ταῖς θεολογίαις καὶ ποιήμασι καὶ μελῳδίαις. συνεστρατεύσατο δὲ καὶ τοῖς Ἀργοναύταις κ. τ. λ.* Reliqua ex locuplete Lobeckii penu depromere licet. Haec igitur sententia et mirifice postmodum placuit hominibus Christianis, qui contra Graecae religionis vanitatem et ineptiam erant disputaturi; quippe Orphica Theogonia spurciciis longe erat refertior, quam Hesiodea, facilioremque illis paravit aggressum (v. Isocr. *Busir. pag.* 542. *Wolf.*); nec ab iis abrogata aut impugnata est, qui Deorum cultum a patribus acceptum pie colebant nec eam fidem facile amplectebantur, qua paternae memoriae sanctimoniam generi humano innatam probrose violari putaverint. Producam in hanc rem pauca probatissimorum Christianae fidei auctorum testimonia. Sic Iustinus Martyr *ad Graec. Cohortat. pag.* 15. *C.*: *Ὀρφεὺς ὁ τῆς πολυθεότητος ὑμῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, πρῶτος διδάσκαλος γεγονώς.* Origenes *contra Celsum l. I.*, *p.* 14. *ed. Cant.* 1658.: *καὶ ἐκεῖν μὲν ἐπελάθετο τῶν περὶ τῶν νομιζομένων θεῶν μύθων ὡς ἀνθρωποπαθῶν ἀναγεγραμμένον μάλιστα ὑπὸ Ὀρφέως.* Lactantius Firm. *Divin. Instit. l. I.*, *c.* 5. *p.* 232. *C. ed. Galland.*: *Orpheus, qui est vetustissimus poetarum et aequalis ipsorum Deorum.* Deinde ab iis ipsis qui Hesiodeum carmen non prorsus ignorabant patribus Orpheo illud diserte posthabitum est. Sic Clemens Romanus *Recognit. l. X.*, *c.* 30. (*ed. Galland. T. II.*, *p.* 320.): *Omnis sermo apud Graecos qui de antiquitatis origine conscribitur cum alios multos tum duos praecipuos auctores habet Orpheum et Hesiodum.* Hunc tamen semel tantum appellat, Orphica plerisque locis. Athenagoras *Legat. pro Christ. p.* 16. (*ed. Galland. T. II.*): *φημὶ οὖν Ὀρφέα καὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον εἶναι τοὺς τοῖς ὑπ' αὐτῶν λεγομένοις θεοῖς καὶ γένη καὶ ὀνόματα δόντας.* Sanct. Caesarius *dialog. II.* (*ed. Gall. T. VI.*, *p.* 66. *D.*): *εἰ δέ τις ἀκούειν βούλεται τοὺς ἐκείνων λήρους, πυθέσθω Ὀρφέως καὶ Ἡσιόδου τῶν συγγραφέων τῆς ἐκείνων μυθοποιίας.* Eorum tamen quae inde exprompsit Caesarius, nihil ad Hesiodum pertinet: ita ut in usurpando eius nomine vanam potius famam sequutus esse videatur.

Ex hac observatione abunde declarare licet, cur ex plerorumque scriptorum sacrorum usu ad

carminis crisin vix quicquam percipi possit utilitatis. Etenim multi illud plane ne cognovisse quidem videntur, quippe qui ubi aut necessaria aut percommoda fuisset Theogoniae commemoratio, ne verbo quidem illam perstrinxerunt. Quem in censum veniunt, ut his utar, Athanasius Alexandrinus *contra gentes* oratione et, cuius incerta conditio est, Irenaeus *advers. Haeret. l. II.*, c. 19. p. 139. *sqq. Grab.* — Nonnulli, qui aliquem certe carminis usum habuerunt, quum parum honorifice de eius dignitate iudicarent, indisertam tantum eius instituerunt mentionem. Velut Iustinus Mart. *pro Christ. Apolog. I.*, *p.* 38. *B.*: *ἔστι ἡ πᾶσα ῥαψῳδία Ἰλιάδος τε καὶ Ὀδυσσείας ἀρχὴ καὶ τέλος γυνή. ἀλλ' ἐπεὶ Ἡσίοδος μεθ' Ὅμηρον ἔργα τε καὶ ἡμέρας συνέγραψε* *), *τίς αὐτοῦ τῇ ληρώδει Θεογονίᾳ συνθήσεται;* Idem *ad Graec. Cohortat. p.* 4. *A.*: *ταῦτα καὶ τοιαῦτα περὶ θεῶν ἐδίδαξεν ὑμᾶς Ὅμηρος, καὶ οὐχ Ὅμηρος μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἡσίοδος, ὥστε εἰ μὲν πιστεύετε τοῖς κορυφαιοτάτοις ὑμῶν ποιηταῖς, τοῖς καὶ γενεαλογήσασι τοὺς θεοὺς ὑμῖν, ἀνάγκη ὑμᾶς ἢ τοιούτους αὐτοὺς εἶναι νομίζειν ἢ μηδ' ὅλως θεοὺς αὐτοὺς εἶναι πιστεύειν.* Deinde Origenes *contr. Cels. l. IV.*, *p.* 186.: *οὐκ Ἰουδαῖοι οὖν συνέθεσαν ἀπιθανώτατα καὶ ἀμουσότατα τὰ περὶ τὸν γηγενῆ ἄνθρωπον, ἀλλ' οἱ κατὰ Κέλσον ἄνδρες ἔνθεοι Ἡσίοδος καὶ οἱ ἄλλοι αὐτοῦ μυρίοι — τοιαύτας ἔγραψαν ἱστορίας περὶ τῶν ἀρχαίων, ὁποίας καὶ Θεογονίας, γένεσιν τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς περιτιθέντες θεοῖς καὶ ἄλλα μυρία.* — Perpauci denique scriptores sacri, accurata doctrina prae ceteris imbuti, qui maiore cum cura tractasse videntur Theogoniam, disertius eius colunt memoriam. His accensendi sunt Clemens Romanus, Theophilus, Auctor libri Philosophumenon Origeni inscripti, Clemens Alexandrinus, Gregorius Theologus, Cyrillus Alexandrinus.

His igitur unum in locum compositis, ne quae sub idem iudicium cadunt, segregatim adducerentur, iam redit oratio ad paganos Graecos. Saeculo post Christum natum secundo, cuius in limine substitimus antea, si ex nobilissimorum quorumque scriptorum usu certa ducitur coniectura, Theogonia iis saltem in locis, ubi nondum omne litterarum studium erat exstinctum, a permultis non sine magna cura tractata esse videtur. Quae quidem res idoneum

---

*) Locus manifesto laborat; verba *ἔργα τε καὶ ἡμέρας συνέγραψε* e nota marginali orta esse videntur; quibus illatis, genuina exciderunt.

explicatum habet eum, quod, re Christiana paullatim adaucta, inter Gentiles quoque rerum sacrarum studia fervidius agitabantur. Coniectura autem ista eo minus est in lubrico collocata, quod plerisque exemplis tam recondita est carminum recordatio ac tam obscure enunciata, ut nisi ab iis, qui multa lectione carmini erant assueti, prompte intelligi non potuerit. — De dignitate carminis nihilominus in utramque partem illa quoque aetate discessum fuit: alii magni faciebant suspiciebantque auctoris ingenium, alii maligne carpebant Hesiodum tum ob fabularum ineptias, tum ob vanitatis speciem; quae quidem sententia ex antiquitate altiore iam repetenda apud plerosque tunc obtinuisse videtur. Hanc igitur queribundus reprobat Maximus Tyrius, eximius Homeri Hesiodique laudator, his verbis *Serm.* *XXXII.*, 2. *p.* 379. *Dav.*: *τὰ μὲν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου καὶ πᾶσα ἡ παλαιὰ μοῦσα ἐκείνη καὶ ἔνθεος μύθου χώραν ἔχει, καὶ ἀγαπᾶται αὐτῶν ἡ ἱστορία μόνον καὶ τὸ προςηνὲς τῶν ἐπῶν καὶ τὸ εὐανθὲς τῆς ἁρμονίας, ὡς αὐλήματα, ὡς κιθαρίσματα, παρορᾶται δὲ τὸ ἐν αὐτοῖς καλὸν καὶ ἀποχειροτονεῖται τῆς ἀρετῆς. καὶ Ὅμηρος μὲν ἀποκηρύττεται φιλοσοφίας, ὁ ἡγεμὼν τοῦ γένους.* Hesiodum autem nulla re inferiorem iudicat Homero. Vide *Serm.* XXX., 1. *p.* 355. *cll.* *XXVIII.*, 7. *p.* 343. *XXXVIII.*, 4. *p.* 451. Insuper ut erat ingenio liberali et supra humiles sophistarum captiones elatissimo, quae ab his inepte in Theogoniae auctorem iactata erant probra, non semel concinne elevat et refutat. V. *Serm.* *XXXVIII.*, 2. *p.* 447. *XXXVII.*, 4. *p.* 437. — Deinde eximiam laudem tulit Hesiodus ab Hermogene, acerrimo sermonis iudice, *de form. orat. II.*, *p.* 486. *Laur.*: *καθαρὸς δὲ ἐν ποιήσει κινδυνεύει μόνος Ὅμηρος ἢ σύν γε Ἡσιόδῳ κατ' αὐτὴν εἶναι,* quae verba cur non ad Theogoniam quoque pertineant, in quam magna ex parte egregie conveniunt, nulla est ratio. — Denique Lucianus, *qui nec Dis nec hominibus pepercit* et quo nemo acerbius in Hesiodum invectus est, nobilissimam tamen carmini non denegavit commemorationem. Vide *Icaromen.* *c.* 27. *T.* *VII.*, *p.* 40. *Bip.*: *ἐν δὲ τῷ δείπνῳ ὅ τε Ἀπόλλων ἐκιθάρισε, καὶ ὁ Σειληνὸς κόρδακα ὠρχήσατο, καὶ αἱ Μοῦσαι ἀναστᾶσαι τῆς τε Ἡσιόδου Θεογονίας ᾖσαν ἡμῖν καὶ τὴν πρώτην ᾠδὴν τῶν ὕμνων τοῦ Πινδάρου.* Nam si quis hoc quoque dictum maligne explicandum esse putaverit, nimis profecto videbitur suspicax. Cfr. *Iupit. confut.* *c.* 1. *T.* *VI.*, *p.* 202., *de saltat.* *c.* 61. *T.* *V.*, *p.* 155., *de astrol.* *c.* 22. *T.* *V.*, *p.* 225., *de morte Peregr.* *c.* 41. *T.* *VIII.*, *p.* 302.

Separatim paucis erit de Pausania dispiciendum, qui quum quotiescunque fere Theogoniae testimonia apponit, levi eam nota perstringat, despicatui carmen duxisse videtur. Nam *Boeot. c.* 27., 2. *Ἡσίοδον*, ait, *ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐσποιήσαντα*, quem locum illustravit Valcken. *ad Herod. VII.*, 5. *p.* 769. Deinde *Arcad. c.* 18., 1.: *Ἡσιόδου γὰρ δὴ ἔπη τὴν Θεογονίαν εἰσὶν οἳ νομίζουσιν*, et *Boeot. c.* 35., 5.: *Ἡσίοδος δὲ ἐν Θεογονίᾳ (προςιέσθω *) δὲ ὅτῳ φίλον τὴν Θεογονίαν)*. A multis eam ob causam Pausanias egregii critici laudem tulit, praeeunte videlicet Ruhnkenio *praef. hymn. Hom. in Cer. pag. V. et Biblioth. crit. Wyttenb. T. II., P. IV., p.* 5. Sed immerito, ut arbitror. Nam ut in Eoeis, sic in hoc carmine Hesiodo abiudicando nequaquam reconditam quandam rationem sequutus est ex rerum contemplatione sive ex observatione sermonis antiqui sollerter repetitam; verum cessit Boeotorum narrationi Heliconis accolarum, inter quos integerrimam antiquitatis memoriam conservari potuisse existimaverit, V. *Boeot. c.* 31., 5. Documento autem in hanc rem luculentissimo illud est, quod his carminibus cum auctoris nomine nequaquam fidem simul et auctoritatem abrogavit, sed utriusque testimonium in summae antiquitatis memoria cum probatissimis auctoribus coniunxit atque copulavit. Illa vero cui tantum tribuit Boeotorum fama quamvis fueritne ab hominibus fide dignis Pausaniae tradita et sobrie ab hoc propagata hodie sub examen vocari non possit, sic tamen est a nobis paullo ante illustrata, ut apud prudentissimos quosque non magna illius possit esse auctoritas.

Ex tertio post Chr. n. saeculo quod multo rariores reperiuntur Theogoniae citationes, quamquam omni litterarum studio ad interitum paullatim vergente **), scholis deinde neglectis ac dirutis, librorum thesauris disiectis, antiqua carmina aliquanto minus lecta et aestimata fuisse credibile est, verius tamen ex librorum plurimorum quam fecimus iactura explicari posse videtur. Nam qui reliqui

---

*) Procl. *praef. ad Hes. p.* 4., 10.: *τὸ μὴ προςίεσθαι τὸ προοίμιον (τῶν Ἔργων).*

**) Vide e. g. Longinum *ap. Porphyr. de vit. Plot. p.* 13. *ed. Bas.* 1580.: *πολλῶν καθ' ἡμᾶς γεγενημένων φιλοσόφων οὐχ ἥκιστα παρὰ τοὺς πρώτους τῆς ἡλικίας ἡμῶν χρόνους (ὁ μὲν γὰρ νῦν καιρὸς οὐδ' εἰπεῖν ἐστιν ὅσην σπάνιν ἔσχηκε τοῦ πράγματος).*

sunt ex illo aevo omnis generis scriptores, tum eam instituunt carminis mentionem, ut vix possit honorificentius, tum quamvis raro, eum tamen in modum apponunt dicta et internectunt sermoni, ut solet ab iis fieri, qui et ipsi in intimam scriptoris consuetudinem sese insinuarunt, et gnaris scribunt eademque doctrina imbutis. Haec autem apta sunt tum in Aelianum et Diogenem Laertium, tum vero etiam in Plotinum ac Porphyrium. Inprimis vero laudandus hic est Menander rhetor subtilissimus, qui ob eloquutionis genus simplex et concinnum primas in genealogico carmine deferebat ad Hesiodum. Nam *l. de Encom. I.*, *c. 7. p.* 49. *sq.*, ubi de hymnis genealogicis exponitur, *ἀρετῇ δὲ*, ait, *ἑρμηνείας ἐν τοῖς τοιούτοις καθαρότης, ὡς τὸ ἀπροσκορὲς γένοιτ' ἂν ἐν ποιήσει ἐκ συμμετρίας τῶν περιφράσεων, ἐν δὲ συγγραφῇ ἐκ τῆς ποικιλίας τῶν κώλων. παρέσχε δὲ τὴν μὲν ἐν ποιήσει ἀρετὴν Ἡσίοδος, καὶ γνοίη τις ἂν μᾶλλον εἴ τις* (legend. *τι*) *Ὀρφέως παραθείη· ἐν δὲ τῇ συγγραφῇ πολλοῦ μὲν Πλάτων, πολλαχοῦ δὲ Ἡρόδοτος ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς.* Ista autem in Theogoniam dicta esse apparet ex eodem *l. I.*, *c.* 6., *p.* 42. *c.* 7., *p.* 47. *c.* 2., *p.* 31. Ab Athenaeo deinde Hesiodus *τοῦ μουσικωτάτου* tulit nomen *Deipnos. l. III.*, *p.* 116. *C.* Ceterum a multis etiamtum studiose lectum fuisse carmen egregie convenit cum eo, quod reliqua poetae carmina eodem aevo nequaquam neglecta iacebant. Vide Athenaeum *l. VIII.*, *p.* 363. *F. sqq. XII.*, *p.* 512. *E. III.*, *p.* 116. *A. sqq. p.* 101. *F. II.*, *p.* 49. *B. XIII.*, *p.* 557. *A. p.* 609. *E.*, Aelianum *Var. Hist. XII.*, 20. 36., Longinum *de Sublim. c.* 9. *p.* 32., Porphyrium *ap. Eustath. ad Od. p.* 1424. *in.* aliosque.

Saeculo quarto multa et praeclara ingenia tum inter Christianos tum inter Gentiles excelluerunt, quorum quum haud mediocria servata sint monumenta, de omni illius aevi indole ac de variis litterarum studiis certius quam de tempore antecedente pronuntiare licet. Etenim si multorum ac diversissimorum auctorum consensui haud deneganda est fides, Theogonia tum in scholis illa aetate magna cum cura pueris explicabatur idque non inter Gentiles tantum, verum etiam in oppidis Christianae fidei addictis et ab Christianis magistris, tum a nemine poterat negligi, qui liberaliter institutus videri volebat. Primum Libanius oratione ad Antiochenses habita, Christianam fidem profes-

ιος *), Tom. I., p. 502. Reisk.: εὖ εἰδέναι χρὴ ὡς οὐ σβέσετε τὴν ὀργὴν (Ἰουλιανοῦ), ἣν μὴ παυσάμενοι τῶν ἄθλων τούτων δῶτε τῷ Διῒ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς τὴν πόλιν, περὶ ὧν ὑμᾶς πολὺ πρὸ τοῦ βασιλέως Ἡσίοδος διδάσκει καὶ Ὅμηρος εὐθὺς ἐκ παίδων, ὑμεῖς δὲ τῷ πεπαιδεῦσθαι μὲν ἀξιοῦτε τιμᾶσθαι καὶ παίδευσιν καλεῖτε τὰ ἔπη, περὶ δὲ τῶν μεγίστων ἑτέροις χρῆσθε διδασκάλοις. Deinde idem ubi Hesiodi quoddam testimonium usurpat, eius auctoritatem confirmat in hunc modum T. IV., p. 874.: πάντως δὲ οὐδεὶς οὕτω θρασὺς οὐδὲ πάντα τολμῶν ὅστις ἂν ἐπισκήψειε τῷ μάρτυρι. οἶμαι γὰρ δὴ καὶ τοὺς παῖδας τοῦτο ἐγνωκέναι, ὡς μάλιστα δὴ τῶν ὑμνουμένων ποιητῶν Ἡσίοδος ὁ μουσόληπτος γένοιτο καὶ παρ' ἐκείνων προσταχθείη γένος τε θεῶν καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ χρηστὰ τοῖς ἀνθρώποις ᾄδειν. Quibus ad principium Theogoniae alludit pari modo atque T. III., p. 352., qui locus item in nostram sententiam valet: ἀλλ' ἐκεῖνό γε τίς οὐκ οἶδε τῶν καὶ ὁπωσοῦν εἰς Ἕλληνας τελούντων, ὅτι φησὶν Ἡσίοδος τὰς Μούσας ἐν Ἑλικῶνι τὰ ᾄσματα πλαττούσας οὐκ ἀμελεῖν ὀρχήσεως. — Deinde Themistius eadem docet *orat.* XXXII., p. 363, A. Hard.: μεστοὶ καὶ ὑμεῖς ἐστὲ Ἡσιόδου καὶ ὧν λέγει ἐκεῖνος περὶ τοῦ Κρόνου. — His stabilitis, iam aliorum locorum explicatio non erit dubia. Primum hinc apparet quo tendat Basilii adhortatio *de legend. Gentil. libr. homil.* T. I., p. 573. A. B. *ed. Paris.* 1618.: πάντων δὲ ἥκιστα περὶ θεῶν τι διαλεγομένοις (τοῖς ποιηταῖς) προσέξομεν, καὶ μάλιστ' ὅταν ὡς περὶ πολλῶν τε αὐτῶν διεξίωσι καὶ τούτων οὐδὲ ὁμονοούντων. Deinde apprime huc faciunt quae Iulianus de rhetoribus, grammaticis et sophistis edixit Christianae disciplinae addictis, *Epist.* XLII. p. 422. D. 423. A. B. *ed. Spanh.*: Τί οὖν; Ὁμήρῳ μέντοι καὶ Ἡσιόδῳ καὶ Δημοσθένει μέντοι καὶ Ἡροδότῳ καὶ Θουκυδίδῃ καὶ Ἰσοκράτει καὶ Λυσίᾳ θεοὶ πάσης ἡγοῦνται παιδείας. οὐχ οἱ μὲν Ἑρμοῦ σφᾶς ἱεροὺς, οἱ δὲ Μουσῶν ἐνόμιζον; ἄτοπον μὲν οἶμαι τοὺς ἐξηγουμένους τὰ τούτων ἀτιμάζειν τοὺς ὑπ' αὐτῶν τιμηθέντας θεούς. οὐ μὴν ἐπειδὴ τοῦτο ἄτοπον οἶμαι, φημὶ δεῖν αὐτοὺς μεταθεμένους τοῖς νέοις, συνδίδωμι δὲ αἵρεσιν, μὴ διδάσκειν ἃ μὴ νομίζουσι σπουδαῖα, βουλομένους δὲ διδάσκειν ἔργῳ πρῶτον καὶ πείθειν τοὺς μαθητὰς, ὡς οὔτε Ὅμηρος οὔτε Ἡσίοδος οὔτε τούτων

---

*) Vide Basil. *Epistol.* LX. T. II., p. 834. sq., Gibbon *Hist.* c. 23. T. IV., p. 100. sqq. c. 24. p. 121. s. 16. T. II., p. 301.

τις, οὓς ἐξηγοῦνται καὶ κατεγνωκότες εἰσὶν ἀσέβειαν ἄνοιάν τε καὶ πλάνην εἰς τοὺς θεοὺς, τοιοῦτός ἐστιν. Insuper hinc lucem accipiunt abunde tum quae Iulianus de matris institutione tradit *Misopog. p.* 352. *B.*: εὐνοῦχος ἦν ὑπὸ τῷ ἐμῷ τεθραμμένος πάππῳ, τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν ὅπως ἀγάγῃ διὰ τῶν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ποιημάτων —, tum ea, quae Libanius de Nicocle, Iuliani praeceptore, ad Imperatorem ipsum scripsit *Tom. I.*, *pag.* 459.: ἀνὴρ Λακεδαιμόνιος, ἱερεὺς δικαιοσύνης, ἡμῶν παιδείας, εἰδὼς εἴπερ τις τῆς Ὁμήρου γνώμης τὰ ἀπόῤῥητα καὶ σύμπαντός γε τοῦ περὶ τὸν Ὅμηρον χοροῦ, ὃν ἐδέξω μὲν νέος ὢν, ὡς εἰκὸς τὸν τηλικοῦτον, ἐπίστασαι δὲ νῦν, ὡς εἰκὸς τὸν φιλοσοφοῦντα, καὶ μὴν καὶ ῥήτορας ἅπαντας καὶ συγγραφέας προςπεριείληφας τοῖς ἀπὸ τῶν μέτρων χρησίμοις. His enim copulanda est Iuliani ipsius gloriatio *Orat.* 7. *p.* 235. *A.*: τὸ δὲ ἐκ τῶν Ἡσιόδου λεγόμενον ὑπὲρ τῶν ὀνομασάντων ἑαυτοὺς τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασι Ἥρας τε καὶ Διός, εἰ μή πω καὶ νῦν ἀκήκοας ἔχω σοι συγγνώμην. οὐδὲ γὰρ ἐπαιδοτριβήθης καλῶς οὐδὲ ἔτυχες καθηγεμόνος, ὁποῖον περὶ τοὺς ποιητὰς ἐγώ.

Deinde ne quis paucis tantummodo locis, Alexandriae, Romae, Byzantii, Athenis, utpote legitimis litterarum sedibus, idem tum Hesiodi tum aliorum poetarum antiquorum studium tunc obtinuisse arbitretur, primum non istis tantum urbibus scriptae erant Libanii, Themistii, Iuliani, Basilii, Gregorii orationes, sed ampliorem mox nanciscebantur coronam. Deinde plures litterarum sedes tam in Graecia, quam aliis regionibus eodem tempore exstitisse, praeclare docet Iulianus *Orat.* 3. *p.* 119. *B. C.* Denique quum ad illustrissimos rhetorices et philosophiae magistros permagna iuvenum turba undique confluereret, fieri non potuit, quin iidem in patriam redeuntes et carminis notitiam a praeceptoribus commendatam eo propagarent, et vero etiam omnem illorum disciplinam palam profiterentur. Eminentissimum in hoc genere est Libanii exemplum, qui gloriosissimam discipulorum instituit mentionem ex omni prope terrarum orbe ad ipsum confluentium *Tom. III.*, *p.* 444. Docuit autem Libanius non modo τὰ ῥητορικὰ verum etiam τὰ γραμματικά. V. Phot. *Biblioth.* 96. *p.* 79., 8. Insuper magno est in hanc rem momento, quod Iulianus tum omne litterarum tum poetarum antiquorum studium et praeceptis adiuvabat et exemplo illustrissimo, ad cuius imitationem multi sese composuerunt. Vide Iulian. *Epist. LV. p.* 441. *C.*, Liban. *T. I.*, *p.* 376. 617. *III.*, *p.* 440., Ammian. Marc. *XVI.*, 5. *p.* 126.

His igitur omnibus sub unam cogitationem accurate vocatis, quis non contenderit strenue, plurimorum manibus Theogoniam tum fuisse tritam. At vereor tamen maximopere, ne magnifica illa studiorum poeticorum laudatio magna ex parte vana haberi debeat rhetorumque in morem sit instituta omni arte causam exornantium. Nam primum ipsum Iuliani dictum *Orat.* 7. *p.* 235. *A.* supra a nobis expromptum, si pensius sub examen vocatur, non omnes illa aetate ad accuratam epicorum poetarum scientiam fuisse institutos egregie commonstrat. — Deinde Gregorius Nazianzenus, profusus ille versificator, ceteroquin multae lectionis, vix ullum Theogoniae exemplum imitando expressit; nam nihil hic valent exempla in trivio collocata, veluti:

ταρτάρεοί τε μυχοὶ καὶ δαίμονες ἀγριόθυμοι
carm. 3. *ap. Galland. T. VI.*, *p.* 356. *B.*; sive:

Τάρταρον ἠερόεντα, Πυριφλεγέθοντος ἱμάσθλας,
carm. ed. Bill. T. II., *p.* 87. *C.* — Pari modo Himerius, Iulianus aliique quos memoravimus eiusdem indolis scriptores nusquam celebrarunt carmen nisi in eorum locorum memoria, quae iam ab vetustis scriptoribus crebra usurpatione nobilitata in communem usum devenerant. — Praeterea tum Iulianus tum plerique illius aevi philosophi, velut Iamblichus, tanta Orphicarum reliquiarum imbuti erant veneratione, ut prae his Hesiodea Theologia non magni aestimaretur. V. Iulian. *Or.* 7. *p.* 215. *B.*: *Ὀρφεὺς ὁ παλαιότατος ἐνθέως φιλοσοφήσας.* Id. *Epist.* XXXIV. *p.* 405. Metrodor. *ap. Iamblich. de vit. Pythag. c.* 34. *p.* 476.: *τὸν Ὀρφέα πρεσβύτερον* (sive *πρεσβύτατον*) *ὄντα τῶν ποιητῶν.* Iamblich. *ibid. c.* 28. *p.* 304. 306. 316. *Kiessl.* — His denique rationum argumentis adiungendum necessario est nobilissimum Themistii testimonium ex Orat. IV. in Constantium a. 357. habita *p.* 59. 60., ubi Constantii laudes ob conditam bibliothecam lectissimam eximie celebrantur: *ταῦτα τὰ μνήματα ὑπὸ μικρᾶς* (leg. *μακρᾶς*) *ἀθεραπευσίας διαῤῥυέντα ὥσπερ οἰκοδομήματα ἐν τῷ θησαυρῷ τῆς μνημοσύνης καὶ κινδυνεύοντα παντάπασιν αὐτά τε ἀϊστωθῆναι καὶ ἀποσβῆναι, ἀναζωπυρεῖν παραγγέλλει, καὶ τάττει μὲν ἄρχοντα ἐπὶ τῷ ἔργῳ καὶ ἐπιδίδωσι τὴν χορηγίαν τῷ δαπανήματι. — καὶ ὀλίγῳ ὕστερον ὑμῖν ἀναβιώσεται μὲν δημοσίᾳ ὁ πάνσοφος Πλάτων, ἀναβιώσεται δὲ ὁ Ἀριστοτέλης καὶ ὁ ῥήτωρ ὁ Παιανιεὺς καὶ ὁ τοῦ Θεοδώρου καὶ ὁ τοῦ Ὀλόρου. καὶ τούτων μὲν δὴ τῶν ἀνδρῶν εἰ καὶ τὰ ἐν κοινῷ ἀγάλματα ἐκινδύνευεν, ἀλλὰ τά γε ἴδια παρ' ἑκάστῳ καὶ ἄνευ νόμου φυλακῆς τυγχάνει καὶ σωτηρίας, καὶ ἱκανὴ αὐτὴ διασώζειν ἡ περιουσία τῆς*

ἀρετῆς. ὅσοι δὲ ὀπαδοί τε ἐκείνων καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν οὐκ ἐξαρκεῖ ἑαυτοῖς πρὸς διαμονήν, τούτους βιάζεται θνητοὺς ὄντας ἀθανάτους κοινὴ ἡ βασιλέως προμήθεια. πολλοὺς μὲν Ὁμήρου ὑποφήτας καὶ νεωκόρους, πολλοὺς δὲ Ἡσιόδου θεραπευτάς, Χρύσιππόν τε αὐτὸν ἤδη καὶ Ζήνωνα καὶ Κλεάνθην, χοροὺς τε ὅλους ἐκ Λυκείου καὶ Ἀκαδημίας, ἐν βραχεῖ τε εἰπεῖν στίφος ἀνάριθμον ἀρχαίας σοφίας οὐ κοινῆς οὐδὲ ἐν μέσῳ κειμένης ἀλλὰ σπανίου καὶ ἀποθέτου, ἐμμεμενηκότα ἤδη καὶ ἐξίτηλον ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ ἐν σκότῳ κατορωρυγμένον, κινεῖ καὶ ἐγείρει ὥσπερ ἐξ ᾅδου. Verba ὑποφήτης, νεωκόρος et θεραπευτής mysticum quid spirant et ab sanctissimis Deorum ministris *) traducta sunt ad poetas antiquissimos, quorum carminibus reconditam antiquitatis sapientiam fabularum involucris comprehensam tradi putabant. V. Themist. *Orat.* XXXIA p. 368. *A.* Intelligendi igitur sunt Homericorum Hesiodeorumque carminum interpretes, praesertim qui ad interiora poetarum sensa aditum paraverant. Horum, si Themistio fides, ea tum erat conditio, ut ne prorsus interirent merito verendum esset. At vero si poetae carmina apud plerosque in magna fuissent existimatione, neutiquam neglecti fuissent eius interpretes, praesertim quum commentarii ab exemplaribus illorum non segregarentur. Quocirca in genere de Theogoniae studio hoc aevo sic erit statuendum, ut quamquam erudiendae iuventuti nonnullis locis inserviit, ultra tamen nec accurata lectione nec insigni laudatione multis visa fuerit digna.

Quinto deinde saeculo Theogoniam in scholis etiam Christianorum adhuc fuisse tractatam, perspicuo Theodoreti testimonio comperimus *Graec. Affect. Curat. Disp. II., T. IV., p. 753. ed. Schulz.*: τὴν δὲ Ἀσκραίου ποιητοῦ Θεογονίαν οἶδε καὶ τὰ μειράκια. Nihilominus vero hac aetate et ab iis qui theologicas disquisitiones agitabant aliquanto etiam magis neglectum fuisse videtur carmen, nec ab aliis viris doctis studiose admodum fuit usurpatum.

Eminebant tunc inter viros eruditos philosophi Platonici tum Athenis aureae catenae, tum reliqui; horum plerique in explicandis carminibus vetustissimis insignem operam eo consilio posuerunt, ut Platonis philosophiae a poetarum consensu summae antiquitatis auctoritatem pararent. Sic de Hieroclis περὶ προνοίας libro Photius tradit: ὁ δὲ ε' εἰς

---

*) V. Schol. A. et D. *ad Il.* κ, 235., Gregor. Naz. *Orat.* 3. *T. I.*, *p.* 103. *D.*

Ὀρφέα καὶ Ὅμηρον καὶ ὅσοι ἄλλοι πρὸ τῆς Πλάτωνος ἐπιφανείας ἐγνωρίζοντο, τὴν Πλατωνικὴν φιλοσοφίαν ἀνάπτει. V. *Biblioth.* 214. *p.* 173., 15. *sqq.*, et inprimis Proclum *in Plat. Polit. pag.* 392. *sq.* 395. *sqq.*, *in Tim. l. IV.*, *p.* 289. *in. l. V.*, *p.* 291. *in. l. I.*, *p.* 53. *fin.*, *in Platon. Theolog. I.*, 5. *p.* 13. et *in Parm. Tom. V.*, *p.* 24. *ed. Cous.* At quamvis haec studia inter istos maximopere fuerint agitata, Hesiodeum tamen carmen multi ne usquam quidem appellant, velut Sallustius, plerique singulis tantum locis in earum rerum memoria, quae ab antiquis iam fuerant decantatae; quem in censum veniunt Chalcidius, Syrianus, Damascius. Nimirum reconditam Orphicarum reliquiarum oraculorumque *) sapientiam studiosissime illi anquirebant et venerabantur: alios poetas, si Homerum excipias, susque deque habebant. Quid? quod non defuerunt inter illos, qui omne poetarum studium contemnerent. Certe Damascium non puto vana tradidisse de Isidoro praeceptore, quem maximi aestimabat, *ap. Phot. Bibl.* 242. *p.* 339.: *μετρίως μετέσχε τῶν ποιητικῶν ὁ Ἰσίδωρος, οὐ λίαν σπουδάσας περὶ αὐτά, ἅτε οὐχ ἁπτόμενα τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ μέχρι φαντασίας καὶ γλώσσης ἱστάμενα, τὰ δὲ αὐτῶν καὶ μαχόμενα ταῖς ὁμολογουμέναις ἐννοίαις· διὸ καὶ ἐνδεέστερος ἦν ἐν τούτοις.*

Verum quoniam horum omnium vix paucae supersunt reliquiae, iniquius fortasse de omni scholae indole ex eiusmodi laciniis iudicasse videbimur. Itaque pergamus ad Proclum Lycium Diadochum, summum Platonicorum decus ac lumen, cuius tanta aetatem tulit operum moles, ut perfectissimam disciplinae imaginem exinde adumbrare liceat. Proclus igitur, tum in patria, tum Alexandriae, tum Athenis omni disciplina grammatica accuratissime imbutus, celebratissimum Hesiodi carmen minime ignorare poterat. Nam Alexandriae quidem, licet Orionis praeceptoris doctrina, Marino iudice *de vit. Procl. p.* 7. *ed. Port. p.* 16. 17. *ed. Fabr.* **), non ab omni parte tutissima esset, Theo-

---

*) V. Boethium *de discipl. schol. c. IV.*, *p.* 1284., qui locus magna ex parte studiorum quae tum Athenis obvaluit rationem praeclare illustrat.

**) Locus pessime habitus et ab interprete et ab editoribus sic est restaurandus: *ἐφοίτησε δὲ καὶ εἰς γραμματικοῦ Ὠρίωνος (ὃς ἦν ἐκ τοῦ παρ' Αἰγυπτίοις ἱερατικοῦ γένους καταγόμενος καὶ μετρίως τὰ τῆς τέχνης ἐπεσκεμμένος) οὕτως ὥστε καὶ συγγράμματα ἑαυτοῦ ἴδια ἐκπονῆσαι καὶ τοῖς μεθ' ἑαυτὸν χρήσιμα καταλιπεῖν.*

gonia non erat profecto inter libros derelictos censenda; id quod vel Cyrilli testimonio constat. Deinde Syrianum Atheniensem Homero saltem praeclaram impendisse operam, discipuli documento comperimus, τὰς τοῦ καθηγεμόνος λύσεις τῶν Ὁμηρικῶν προβλημάτων profuse collaudantis in *Platon. Polit. p.* 375. *fin.* Insuper etiamsi praeceptorum cura Proclus ad accuratum Theogoniae studium non fuisset perductus, tamen neutiquam credibile est, eum qui ineptissimas rerum sacrarum quisquilias undique conquisivit (v. Marin. *l. c. p.* 17. *Port.*), protinus sprevisse carmen antiquissimae memoriae et quod auctoris in rebus sacris maxime nobilitatum prae se ferebat nomen. Denique Proclum in Opera et Dies commentatum esse certissime constat.

At vero primum iam illud animum advertit et acriter pungit, quod hisce commentariis Hesiodeis perraro interserta est Theogoniae memoria. Vid. inpr. *ad v.* 11. *p.* 45. *ad v.* 48. *p.* 76. *ad v.* 51. *p.* 78. *ad v.* 115. *p.* 116. Deinde si quis forte hanc doctrinae penuriam ex librariorum studio repetendam duxerit, manet saltem illud, quod ne iis quidem rebus interdum apposita sunt Theogoniae testimonia, ubi quum ex eadem primitus derivatae sint, ad disputationis concinnitatem prope necessaria erat carminis commemoratio. Sic *praef. p.* 4., 8. *sqq.* *ἐπάγεται δέ τινας*, ait, *τὸ μὴ ἀπὸ τοῦ Ἑλικῶνος καλεῖν Βοιωτὸν ὄντα τὰς Μούσας, ὥσπερ ἐν τῇ Θεογονίᾳ πεποίηκεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς Πιερίας, εἰς τὸ μὴ προσίεσθαι τὸ προοίμιον· τάχα δ' ἂν εἴη καὶ τοῦτο παιδευτικὸν, εἰς τὸ μὴ πάντα τὰ οἰκεῖα σεμνύνειν, ἀλλὰ καὶ τὰ παρ' ἄλλοις ὄντα μειζόνως ἀγαθὰ προτιμότερα τῶν οἰκείων τίθεσθαι· καὶ γὰρ τὰς Μούσας τετέχθαι μὲν ἐν τῇ Πιερίᾳ φασίν, ἐν δὲ τῷ Ἑλικῶνι χορεύειν.* Nam ne quis prompta mutationis facilitate abusus *φησίν* scribendum esse statuat, vetat eiusdem disertior notatio *pag.* 24., 11. *sq.*: *εἰ γὰρ καὶ ἐν τῷ Ἑλικῶνι χορεύειν λέγονται, ἀλλ' οὖν ἐν τῇ Πιερίᾳ ταῦτά φασι γεγενῆσθαι.* Iam si certa obversata auctori esset carminis recordatio, omni argumenti pondere longe eum callidius usurum fuisse apparet. Simile exemplum prostat *p.* 5., 29. mox a nobis illustrandum, nec non *ad v.* 657. *p.* 369. *in.*

In Platonicis deinde quotquot editi sunt Procli commentariis nisi praeeunte philosopho diserta Theogoniae memoria nusquam apposita est. Vid. *in Tim. V., p.* 291., *in Polit. p.* 368. 370. 393. — Nec indisertam observavi usquam nisi ubi eiusdem aliorumve vestigiis insistere licebat. Sic *comment. in Alcib. I. T. II., p.* 113. *ed. Cous.*: *τὸ δὲ θαυμάζειν τοῦτο φιλοσοφίας ἐστὶν ἀρχή, καθάπερ*

αὐτὸς ἐν Θεαιτήτῳ λέγει. καὶ διὰ τοῦτο τὴν Ἶριν Θαύμαντος εἰρῆσθαι θυγατέρα κατὰ τὴν παλαιὰν φήμην. Cfr. *Theog. v.* 266. *et Plat. Theaet. p.* 155. *D. HSt.* Simili modo *in Tim. l. IV., p.* 257. *med.*: *τίκτει γὰρ ἡ αὐτὴ θεὸς ἥλιόν τε μέγαν καὶ λαμπρὰν σελήνην*, ubi verba etiam numeri ostendunt ruinas. Nimirum meminit *Theog. v.* 371., ab vetustis grammaticis iam decantati. — Verumtamen exiguus hic ac levis testimoniorum numerus paullulum fortasse augeri poterit. Etenim Proclus omnem inter Graecos rerum sacrarum doctrinam ab Orpheo repetendam esse existimavit. V. *in Theol. Platon. l. I., c.* 5. *p.* 13.: *ἅπασα ἡ παρ' Ἕλλησι θεολογία τῆς Ὀρφικῆς ἐστὶ μυσταγωγίας ἔκγονος*. Cf. *in Parmen. T. IV., p.* 40. Consectarium igitur fuit, ut Hesiodeae doctrinae eandem originem assignaret; quemadmodum idem aliorum fuit iudicium; v. c. Tzetzae *ad Lycophr. v.* 399. *T. II., p.* 579.: *Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ, τὴν Ὀρφέως ὑποκλέψας καὶ παραφθείρας Θεογονίαν.* Cfr. Schol. *ad Theogon. v.* 209. Nec fefellit nos coniectura. Iam primum *praef. Hes. p.* 3., 1. *sqq.* in hunc modum Proclus iudicat de Theogonia: *τὴν μὲν Θεογονίαν ὁ γενναῖος Ἡσίοδος δοκεῖ μοι συνθεῖναι πάσης τῆς περὶ τὸν κόσμον τῶν θεῶν προνοίας τὰς ἀρχὰς ἐθελήσας παραδοῦναι τοῖς μεθ' ἑαυτὸν κατὰ τὴν πάτριον τῶν Ἑλλήνων φήμην ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς θρυλλουμένων μύθων τὸ σύγγραμμα περιεργασάμενος.* Deinde *in Plat. Theol. l. IV., c.* 5. *p.* 188.: *ὁ Πλάτων αὐτὸς ἐν τῷ Κρατύλῳ ταῖς Ὀρφικαῖς Θεογονίαις ἑπόμενος τοῦ μὲν Διὸς πατέρα τὸν Κρόνον, τοῦ δὲ Κρόνου τὸν Οὐρανὸν ἀποκαλεῖ*, sub Orphicarum Theogoniarum nomine comprehendit Hesiodeam quoque; nam non praeteriit illum, *Cratylo pag.* 396., quem locum respicit illic, Platonem Hesiodi testimonio fuisse usum. V. *in Tim. V.*, p. 291. *). Haec observatio et Hesiodei carminis usum

*) Verba sunt haec ad Basileensium fidem: *καὶ εἰ καὶ αὐτὸ τοῦτο ζητοίημεν, διὰ τί μὴ καὶ τὰς δύο διαφθήσθην βασιλείας ἔλαβεν ἀνάλογον, προσεχέστερόν ἐστι λέγειν, ὅτι καὶ ἐκείνους μὲν ἡ Ὀρφέως εἶχε παράδοσις, δι' οὗ τὴν Οὐρανοῦ πρώτην καὶ Γῆς ἐξυμνεῖ βασιλείαν συνηθεστέρα τοῖς Ἕλλησιν οὖσα. καθάπερ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Κρατύλῳ λέγει, τῆς Ἡσιόδου διαφερόντως μεμνημένου* (leg. *μεμνημένος*) *Θεογονίας καὶ μέχρι ταύτης ἀνατρέχων κατὰ τὸν Ἡσίοδον. ἀπὸ ταύτης οὖν ὡς γνωριμωτέρας ὁρμηθεὶς καὶ τὸν Οὐρανὸν καὶ τὴν Γῆν ὡς πρώτους βασιλέας ὑπὲρ τὸν κόσμον λαβὼν κ. τ. λ.* Verba aeque sunt mendosa et lacera ac proxime praecedentia; sed impeditior medela. Paullo antea Proclus docuit haec: *θεῶν βασιλέας παραδέδωκεν Ὀρφεὺς Φάνητα, Νύκτα, Οὐρανὸν, Κρόνον, Δία, Διόνυσον.*

illustrat magis nec inutilis est ad Orphicorum epicrisin. Velut Hesiodo illa ratione vindicabimus haec: in Tim. V., p. 294. med.: δηλοῦσι δὲ οἱ θεολόγοι τὸν Ὠκεανὸν ἁπάσης εἶναι κινήσεως χορηγόν, δέκα λέγοντες αὐτὸν ἐκπέμπειν ὀχετοὺς ὧν ἐπὶ θάλατταν τοὺς ἐννέα χωρεῖν. Cfr. Theogon. v. 790. sqq. Deinde ibid. I., p. 56.: ἐπειδὴ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ τάξει (τῇ Τιτανικῇ) παραδέδοται τις Θαύμας καλούμενος καὶ Βίας ἄλλος τις ὑπὸ τῶν πάλαι θεολόγων. Cfr. Theogon. v. 237. 265. 385. Praeterea ampliandum erit de fragmentis Orphicis apud Lobeckium Aglaoph. pag. 564. p. 505. (cll. in Tim. V. p. 298.) p. 509. aliisque.

Hac igitur disputatione etiamsi Theogoniam non prorsus incognitam Proclo fuisse effecerimus, tamen quum raro vel sic prodeat eius memoria, ne ab eruditissimis quidem illa aetate et ingeniosissimis viris aut vere aestimatam aut multum lectam fuisse denuo videmur luculentissime comprobasse.

Proximis deinceps saeculis quum omne litterarum antiquarum studium paullatim exstingueretur, ita ut perpaucis tantum locis obscura quaedam eius imago remanserit, Theogoniae memoria magis magisque obmutuit. Rarissime apud scriptores reperiuntur illius testimonia, velut apud Simplicium, Olympiodorum Alexandrinum Peripateticum, Ioannem Stobaeum; at ne hos quidem carminis usum habuisse certum est, quoniam nihil ab eis ex Theogonia expromptum est, quod apud vetustiores auctores, quorum illi operam plerumque in suos usus convertebant, haberi non poterat. Interim quum ab Georgio Choerobosco, scholae oecumenicae magistro, et ab Ioanne Philopono Alexandrino singula quaedam carminis dicta nulla re insignia

---

Contra Plato Tim. p. 481., de quo commentatur, Γῆν καὶ Οὐρανὸν primos posuit Deos. Iam Proclus explicaturus, quapropter Plato ab Orpheo secesserit, ipsius utitur testimonio Cratyl. p. 496., ubi posteaquam nomina Ζεύς, Κρόνος, Οὐρανός dextre explicuit, ultra progressus non est, sed addidit: εἰ δ' ἐμεμνήμην τὴν Ἡσιόδου γενεαλογίαν, τίνας ἔτι τοὺς ἀνωτέρω προγόνους λέγει τούτων, κ. τ. λ. Ex quibus antea quoque ad eundem sese composuisse intelligitur. Mox vero intulit haec: φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους μόνους θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕσπερ νῦν πολλοὶ τῶν Βαρβάρων, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ γῆν καὶ ἄστρα καὶ οὐρανόν, quae quidem et ipsa non multum absunt ab Hesiodi doctrina. — Quid multa? Scribendum est: ὅτι καὶ ἐκείνους (Φάνητα καὶ Νύκτα) μὲν ἡ Ὀρφέως εἶχε παράδοσις, ἡ δὲ Ἡσιόδου τὴν Οὐρανοῦ πρώτην καὶ Γῆς ἐξυμνεῖ βασιλείαν, συνηθεστέρα τοῖς Ἕλλησιν οὖσα, καθάπερ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Κρατύλῳ λέγει. Sic et cum Cratylo Hesiodoque omnia conveniunt et Procli concinna efficitur disputatio; palaeographiae denique ratio tutissima est.

nec ab antiquis usurpata ad explicandum verborum usum apposita sint; nec nisi eorum scriptorum, qui in scholis etiam tum legebantur, in hanc rem apta videantur esse testimonia. Theogoniam tum Alexandriae etiam saeculo septimo ineunte in scholis enarratam, tum Byzantii ab doctoribus oecumenicis non reiectam fuisse veri est simillimum. Museum autem oecumenicum octavo demum saeculo ineunte dirutum est. V. Goettling. praef. Theodos. pag. VI. VII. Ergo ad illud usque tempus et ab oecumenicis, quorum constans ac stabilis erat disciplina, explicatum fuisse videtur carmen, et ab aliis lectum esse probabile est. Iam alia accedunt argumenta. Primum Hesiodei nominis fama Byzantii nondum perierat, sed cum aliorum poetarum memoria celebrabatur. Veluti ab Christodoro, qui in ipso exitu saeculi quinti vixit (v. Iac. Anth. Gr. Vol. XIII., p. 871.), Ecphras. v. 38. sqq., Anth. Pal. T. I., p. 39.:

Ἡσίοδος δ' Ἀσκραῖος ὀρειάσιν εἴδετο Μούσαις
φθεγγόμενος, χαλκὸν δ' ἐβιάζετο θυιάδι λύσσῃ,
ἔνθεον ἱμείρων ἀνάγειν μέλος.

Ac de Sopatri Sophistae Eclogis Photius Bibl. 161. p. 103., 33. tradidit haec: ὁ δὲ ἕκτος αὐτῷ συνελέγη λόγος ἔκ τε τῆς αὐτῆς Ῥούφου μουσικῆς βίβλου πέμπτης καὶ τετάρτης, αὐλητῶν δὲ καὶ αὐλημάτων ἀφήγησιν ἔχει, ἄνδρες τε ὅσα ηὔλησαν καὶ δὴ καὶ γυναῖκες. καὶ Ὅμηρος δὲ αὐτῷ καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀντίμαχος οἱ ποιηταὶ τῆς διηγήσεως μέρος. Deinde apud epicos poetas, quos tulit aetas illa decrepita, quamquam Homeri maximam partem regnat imitatio, tamen non desunt pauca quaedam exempla, quae Hesiodei carminis traxerunt colorem. Denique si reiecta fuisset Theogonia ab magistris oecumenicis, vix ad nostram illa memoriam conservata esset; id quod in genere de plerisque valet scriptis. Ceterum in rebus mythologicis tradendis plerique uberiores auctores sequebantur, velut Sopater ille Apollodorum: vid. Phot. l. c. p. 103., 20. sqq. et c. 239.

Post obsessam ab Arabibus Aegyptum Alexandriae tum omnino Graecarum litterarum studia paullatim perierunt, tum multo rarius librorum exemplaria transcribebantur. In Syria deinde si forte adhuc superstites tunc erant Theogoniae codices, nullius certe illi poterant esse usus ad carmen posteritati tradendum. Reliquae imperii provinciae, discidiis intestinis, detestabili Christianorum vesania, crebris barbararum gentium incursionibus adeo erant devastatae, ut vix pauca librorum exemplaria in insula aliqua sive in simili recessu servari potuerint. Itaque omnis prope antiquis scriptoribus erat exspectanda salus ab Byzantio. Verum combustis

sub Leone Isaurico doctoribus oecumenicis conflagrataque simul eorum bibliotheca (v. Ephraem. *Caesar.* v. 1706. sqq. ap. *Mai. Collect. Vatic. Nov. T. III.*, p. 44.), illic quoque eam obruit nox.

Saeculo nono renascentibus paullatim Byzantii antiquarum litterarum studiis, Theogonia, quae cum Operibus et Scuto forte fortuna temporum iniquitatem superaverat, mox denuo inclaruit. Quippe quum ad Homericam mythologiam pueris tradendam valde videretur esse commoda, a permultis eam in rem adhibita est. Deinde quoniam omnis eruditio illis temporibus cum disciplina grammatica veterumque scriptorum interpretatione erat coniunctissima, aliqua certe carminis notitia ad omnes pervenit, qui probe erant instituti. V. Tzetz. *ad Opp.* 285. *ad Lycophr.* v. 1196. Sic tum apud grammaticos illa aetate doctissimos non infrequens occurrit Theogoniae memoria, velut apud Eudociam, Nicetam Serrariensem, Eustathium, Tzetzas, Moschopulum, ne eos appellem, quorum minus accurate descripta est aetas, Nonnum Gregorii interpretem, Ioannem Diaconum, Eliam Monachum, Lexicographos, multorumque scriptorum scholiastas; tum ab aliis nonnumquam auctoribus in utramque partem colitur nomen. Sic Euthymius Zigabenus, saeculi duodecimi scriptor, *comment. in Psalm. IX.*, p. 381. *ad ed. Theophylact. Venet. Tom. IV.*: *τὴν τοῦ θεοῦ τιμὴν ἁρπάσασι τοῖς δαίμοσι καὶ ὀνόματα ἐπέθηκαν οἱ καταδουλωθέντες αὐτοῖς, ὡς ἡ φλύαρος Ἡσιόδου Θεογονία παρίστησιν.* Ex quo loco simul perspicitur, harum rerum scientiam tunc ex Hesiodi libro vulgo fuisse comparatam.

At vero nec plena apud illos, quos appellavimus, fuit carminis notitia nec ad omnes aut ad plerosque pertinuit. Hoc iam praecedente capite illustri Ioannis Tzetzae exemplo demonstravimus, cui alia accedunt, ubi idem eruditionis defectus nullo negotio coarguitur, v. c. Nicephori Gregorae *ad Synes. pag.* 371. *D.*, Nicephori Chumni *ap. Boisson. Anecd. T. III.*, p. 385., Nicephori Blemmidae *ap. Maium Collect. Nov. Vat. T. II.*, p. 662., ubi *Ἀθάμαντος* mutandum est in *Θαύμαντος*. Adde *lib. II.*, *c. XII.* p. 244. *sq.* Deinde in iustam reprehensionem incurrere non videar, si indidem repetendum esse dixerim, quod apud Hesychium, Suidam similesque auctores perraro impedita Theogoniae dicta explicantur; multas enim illi his temporibus perpessi sunt mutationes. Denique non est praetermittendum, quod quum multi illius aevi scriptores poeticum quoddam dictionis genus affectarent, Homeri praesertim pannis

distinctum, similem apud eosdem Theogoniae usum equidem nusquam indagare potui.

Hesiodi fama diu inter Romanos iam erat vulgatissima. Vide *Cassium ap. Gell. N. A. XVII.*, 21. Sed eo tempore quo litterarum Graecarum studia inter illos maximopere efflorescerent summoque labore ab ingeniosissimo quoque colerentur, quum perexigua inter Graecos fuerit Theogoniae existimatio, fieri non potuit quin magistrorum fastidium ad discipulos propagaretur. Confirmant suspicionem tum ea quae de Ciceronis exemplo disputavimus supra, tum Varronianae eruditionis reliquiae amplissimae, magnam partem etiamnum ex Augustini, Isidori aliorumque scriptis eruendae. Nam Hesiodi auctoritatem Varro perpaucis tantum iisque vulgatissimis fabulis adhibuit; in universum autem uberiorem recentium quorundam auctorum praeoptavit mythologiam. Verumtamen nec prorsus ignota tunc erat inter Latinos Theogoniae memoria nec potuit diu delitescere praesertim quum Romae per quoddam temporis spatium degerent grammatici, quos in emendando carmine elaborasse comperimus. Ab his fortasse in scholis explicatum est eo consilio, ut discipulis succinctam quandam rerum divinarum traderent disciplinam ad Homeri usum accommodate comparatam. Haec si vere colligere videmur, Theogonia non evitavit communem operum eorum sortem, quae erudiendae iuventuti erant destinata: quippe semel absoluta despicatui talia plerumque ducebantur. Certe qui supersunt ex illis temporibus scriptores, horum perpauci aut tacito aut palam profitentur Theogoniae lectionem.

Proximis saeculis usquedum haec studia Romae paullatim refrigescebant, nihil obstat, ne eundem in scholis obtinuisse ponamus Theogoniae usum, eandem inter viros doctos illius aestimationem. Itaque qui in Virgilii, Ovidii aliorumque carmina tunc composuerunt commentarios, his non deerat ut videtur carminis copia. — Verum quarto fere p. Chr. n. saeculo tum per Italiam tum per reliquas imperii provincias occidentem versus sitas aut prorsus exstincta iam erat Theogoniae memoria aut tam rara atque insolens, ut apud perpaucos tantum exigua quaedam eius notitia paucis in locis obduraverit. Documento in hanc rem luculentissimo sunt Augustini opera. Is enim quamquam praeeunte Varrone aliquot Theogoniae exempla usurpavit, tamen non modo in iis disputationum locis, quibus prae reliquis omnibus congrua fuerat illius memoria, ne verbo quidem appellavit Hesiodum v. c. *de civ. Dei l. XVIII.*, *c.* 14. *p.* 498. *F.* et *c.* 37. *p.* 520. *H.*, verum etiam multum aberat ut Graecorum

de Dis fabellas ad Hesiodi fidem illustrarunt. Augustini autem exemplum eo est in hac causa efficacius, tum quod non modo in Africa vitam degit, verum prius etiam in celeberrimis Italiae oppidis docuerat litteras doctrinamque summis probaverat iudicibus; tum quod in ipsa provincia Africana illo tempore Graecae linguae Graecorumque scriptorum quorundam v. c. Homeri et Menandri studia nondum defecisse compertum est. V. *Confess. I.*, 13., 20. *T. I.*, *p.* 77. *A.* *I.*, 14., 23. *p.* 78. *A. B.*, *de quantit. anim.* c. 18. *T. I.*, *p.* 416. *K.* Cfr. Fulgentii Rusp. Vitam *apud Galland.* *T. XI.*, *p.* 384. *A.* Deinde ne cui videar nimium tribuisse scriptoris silentio, speciminis loco afferam, quod multos tum philosophorum Graecorum tum Ciceronis libros in illis regionibus plane neglectos tunc fuisse nec comparari facile potuisse ex disertis eiusdem auctoris testimoniis comperimus. Quam in rem prae reliquis memoratu digna est Augustini *epistola* 118. ad Graecum quendam scripta *T. II.*, *p.* 331. *sqq.*

Boethii et Cassiodori labore litterarum studia novum ceperant incrementum. Interim quamquam Latinorum poetarum lectionem magnopere illi iuvisse censendi sunt (v. Boeth. *de schol. discipl.* c. 1. *p.* 1278. *ed. Bas.*), Homeri tamen, Hesiodi et omnium prope auctorum Graecorum usum tantum aberat ut in legitimum studiorum cursum introducere potuerint, ut solam Graecae linguae notitiam quantum ad libros divinos intelligendos sufficeret paullulum adauxisse satis habuerint. Si qui tunc ob singularem litterarum Graecarum scientiam eximie laudantur, non in Italia erant educti. V. Cassiod. *Var.* *l. XI.*, *c.* 2. *p.* 356., Boeth. *de schol. disc.* *c.* 4. *p.* 1284. Interim etsi exemplaria Theogoniae aut nulla tunc supererant amplius in Italia aut a nemine legebantur, permansit tamen inanis quaedam et Hesiodei nominis et Theogoniae fama, vetustiorum scriptis ad posteros translata. Sic Apollinaris Sidonius *carm. VIII.*, *v.* 208. 9.:

Non heic Hesiodea pinguis Ascrae
Spectes carmina Pindarique chordas.

Quippe totum carmen fastu est refertissimum. Deinde Diomedes *p.* 480. *Putsch.*: *Historice, qua narrationes et genealogiae componuntur, ut est Hesiodi* γυναικῶν κατάλογος. Locus eo magis pertinet rem nostram, quod in exemplari Mediolanensi Catalogo substituta est Theogoniae memoria. V. Gaisf. *ad Procl.* *p.* 395.

Proximis temporibus qui fuerit inter Latinos eruditionis modus et ambitus, ex Marciano Capella et Isidoro optime colligi potest. Ille vero Hesiodum nusquam appellavit nec iis quidem exemplis, ubi vel maxime fuisset e

re sum, v. *l. II. p. 46. ed. Grot.* Isidorus deinde uno loco illius colit memoriam *l. XVII.*, *c.* 1.: tradit enim Hesiodum *rerum rusticarum scribendi solentiam apud Graecos primum humanis studiis contulisse.* Sed eadem quum ex Plinio, Virgilii interpretibus, aliisque peti potuissent, libri usum reapse habuisse Isidorum nequiquam comprobant. Accedit quod quotiescunque ob verum divinarum fabularumque memoriam Theogoniae aut appellandae aut usurpandae oblata erat occasio, altum de ea est silentium. Latinorumque scriptorum ubique nitent reliquiae.

Qui Isidori vestigia presse sequutus est Rabanus Maurus *), et ipse nullam servavit Theogoniae memoriam. Quin idem quamquam semel usurpavit Hesiodi nomen, Homero, Musaeo, Lino aliisque ad exemplum patrum quorundam adiunctum *de arte gr. II.*, *p.* 46. *a. T. I. ed. Col.* 1626., mox tamen ubi Diomedis illam de poematum generibus disputationem prope ad verbum transcripsit, Hesiodei carminis commemorationem aut popularium eruditioni non iudicavit aptam aut potius non intellexit ipse. Reposuit enim haec *ibid. p. 47. b.*: *Historica est qua narrationis genealogiae* (sic) *componuntur, ut est matrum de generatione mundi, et situ et qualitate diversarum gentium, et liber Alcimi et his similia.* Idem tamen toleravit *Homeri Iliadem et Odysseam pag.* 46., *Theognidis librum pag. 47. b.*, carmina *Empedoclis et Lucretii*, *Phaenomena Arati*, *Arithmetica Nicomachi*, *Aristarchi Grammaticam pag.* 47.

Simili modo erit verbo notandum, quod Ioannes Sarisberiensis licet in materia propinqua elaboraverit nusquam tamen aut Theogoniae aut Hesiodi iniecit mentionem. Idem nihilominus et Homerum nuncupavit et Choerilum. V. *Metalog. p.* 170. *ed.* 1610.

Iam vero Io. Sarisberiensis in Apulia quondam habuit cum Graecis hominibus litterarum commercium. V. *Metal. p.* 37. Rabanus autem Maurus Romae ab Theophilo quodam Ephesio Graeci sermonis *intelligentiam apprehendit sufficientem.* V. Trithem. *de vita Rab. Maur. p.* 14. *a.* Neutri defuerunt animi fervor studiorumque perseverantia:

---

*) Rabani de Universo libri XXII. maximam partem ad verbum referunt Isidori Origines, partim adauctas ex novitiae doctrinae fontibus, partim in compendium redactas. Quod si novissimos advertisset Isidori editores, et singularia quaedam menda felicius curassent et de omni codicum manu typisque exaratorum auctoritate verius statuendum esse intellexissent.

ergo si parum profecisse videntur, magistrorum merito culpabitur inscitia.

Convenit igitur eumem tunc in Italia periisse Theogoniae famam. Iam si forte quaedam eius exemplaria ex communi codicum ruina servata supererant, saeculis proximis ubi litterarum Graecarum studia illic erant nulla, necessario paullatim interierunt. Nam parvulus eorum numerus, quos Graeci sermonis tunc utcunque peritos fuisse constat (v. Gradenigo ragionam. ist. alla letterat. Greco-Italiana p. 12. sqq. et Tiraboschi Stor. T. III., p. 108. 9. 180. 262. 3. 277.), etiamsi aliquantum augeri possit, tamen per tot saecula ad exemplaria ab interitu vindicanda nullo modo sufficere potuit. In genere autem sermo Graecus nunquam erat ignotus in Italia nec esse potuit tum propter situm regionis tum propter rerum publicarum privatarumque commercia; litterarum vero Graecarum notitia per multa saecula fuit exstincta.

His omnibus sub unam cogitationem coactis, renascentium litterarum aeve nulla amplius in Italia superfuisse Theogoniae exemplaria, nemine contradicente, affirmari posse puto. Nam unicum quod adversus disputationem nostram facere videatur Papiae testimonium prompta explicatione removebitur. Exstat illud in Papiae Elementario; quod quum propter singularem exemplorum raritatem a me usurpari non potuerit, ad solam Maffei et Gradenigi narrationem examinare licuit. Etenim Gradenigo l. c. p. 38. postquam a Papia tum vocabula Graeca tum scriptorum testimonia adhibita fuisse narravit, adiunxit haec: *Se ne può vedere un esempio, che non isfuggì alla diligenza del Maffei* (*Veron. Ill. II.*, 3. p. 143. *ed. Mil.* 1825.) *alla voce Charite, che Papia vuole che significhi tre persone dello stesso nome, adducendone in prova cinque versi di Esiodo tratti dall' original greco, che pur in latino traslata, e sono i seguenti* —. Iam ponuntur *Theog. v.* 907—911. proxime ad codicum nostrorum exemplum depravati: nam *v.* 909. τε particula omissa est et *v.* 910. εἴβεται redditum: deinde interpretatio Latina versibus hexametris perscripta. Haec omnia si a Papia perscripta sunt ipso, saeculo undecimo in Italia Theogoniam et notam fuisse et usurpatam, negari nequaquam potest. At vero Elementarium eiusmodi quotidiano plurimorum usui destinatum saeculo quarto decimo et quinto decimo gravissimas mutationes non potuit effugere. Deinde ad exemplaria vetustiora nondum illud excussum est, v. c. ad Lucense saeculi duodecimi. V. Mansi *ad Fabric. Bibl. Lat.*

Med. Aev. T. V., *p.* 194. Denique in ipso hoc exemplo multa insunt indicia, quae Hesiodeorum versuum memoriam non ab Papia, sed ab Mombritio adiectam esse suadent. Constat enim principem Papiae editionem Mediol. 1476. non sine Bonini Mombritii studio fuisse accuratam. V. Ebert. *Lex. Bibl. s. v. Papias.* Quocirca magnopere advertit illud quod Papiana illa Hesiodi interpretatio ad verbum convenit Mombritianae: ab hoc autem ex Papia desumpta esse non potest propterea quod et sermonis colorem et tenorem narrationis refert reliquo carmini prorsus congruum. Accedit mirabilis illa codicum Hesiodeorum cum Papia de mendis manifestissimis convenientia. Quod quum ita sit, Papiae in hac causa nihil aliud quam trium Gratiarum secundum Hesiodum commemorationem deberi censeo, quae ex scriptore vetusto facile ab illo hauriri potuerit.

Iam horum testimoniorum omnium non idem potest esse usus, non eadem auctoritas. Nam primum, quamquam in genere difficilis de his est disputatio, quadruplex fere illorum instituenda est partitio, ita ut diversa singulis tribuatur auctoritas. Levissimam videlicet in hac disquisitione potestatem exempla habent ea, ubi obscura quaedam dictorum Hesiodeorum imago scribenti obversabatur. Alterum genus illud est, quando verba poetae, sed omissa tum auctoris tum carminis memoria apposita sunt. Tertium deinde ac longe gravius documentis continetur iis, quae Hesiodi nomine insignita sunt. Firmissima denique haberi possunt ea, ubi auctori carminis memoria adiuncta est. Haec observatio non ubique profecto tenenda est propter inconstantem veterum citandi modum. Sed quamvis multis ex omni parte videatur esse vana atque exilis, certum tamen nonnumquam habet in hoc carmine usum. — Deinde ab reliquis documentis accurate seiungenda sunt ea, quae ex novissimo Byzantinorum aevo et ex Latinis infimi ordinis auctoribus colligere licet, ita ut quum ex illis certa maximam partem peti possint antiquae scripturae testimonia, horum contra dubia plerumque atque ambigua sit auctoritas. Sed quoniam antiqua illa monumenta per recentiorum temporum spatia ad nostram memoriam pervenerunt et variis tum curae tum negligentiae distincta sunt vestigiis; inprimis adhibenda cautio est, ne quae contra auctoris institutum ab librariis sive ab editoribus importune illata sunt, pro certo antiquae fidei testimonio afferantur. Contra ut probatissima et vetustissima in hoc genere scripta pessimis interdum notationibus recenti memoria distincta sunt, sic nequissima et recentissima quaeque nonnumquam legitimas antiquitatis reliquias praebent, praeclare doctrinae

specimine vel ipsa vetustatis rubigine conspicua. Nam Byzantini doctores multa antiquissimorum grammaticorum scripta usurpabant, quae aut postmodum perierunt aut in lucem nondum prolata sunt. Separatim autem in hac caussa nobis erit negotium cum grammaticis et cum reliquis scriptoribus, historicis veluti, philosophis, theologis, sophistis.

Prius dicemus de scriptoribus. Nempe ubicunque res in Theogonia tractatae ab vetere auctore metro soluto commemorantur, nec de loci integritate aut de scriptoris fide et consilio iusta ceteroquin moveri potest dubitatio, ea plerumque debet esse testimonii aestimatio, ut antiquitus res istas carmine traditas fuisse evincat. Contra si narrationi addita simul est versuum memoria, aut si versus quidam ita scripti sunt, ut quae eorum fuerit sententia, nec significatum accurate sit nec eluceat ex omni auctoris consilio, testimonia in genere nec ad versuum seriem nec ad integritatem vocabulorum asserendam idonea haberi possunt. Videlicet poetarum verba ad recentiorum exemplarium fidem saepenumero in codicibus suppleta aut immutata sunt, aut denique de novo consilio adiuncta.

Grammaticorum citationibus qualis in hac disputatione concedenda fuerit auctoritas, nec in genere facile describi potest, et singulis exemplis saepenumero non sine magno discrimine expenditur. Nam quum perpauca generis grammatici scripta ad unum auctorem certo referantur, verum pleraque aut ex diversissimorum auctorum copiis coagmentata sint aut novitiorum hominum studio varia sive incrementa ceperint sive decrementa, qui sobrie his in re critica uti velit, bonorum malorumque congeriem ingeniose discernat sollerterque diiudicet oportet. Quam in rem quum unumquodque grammaticorum scriptionum genus ac singula prope scripta singularem et propriam sibi expetant considerationem, acerrimo iudicio, doctrina consummatissima, altissima prudentia est opus. Nam omnis grammaticae eruditionis ratio qualis singulis deinceps temporibus inter Graecos obtinuerit, ex paucis reliquiis non tam mente colligenda quam divinando percipienda est.

In universum summa fide digna sunt pleraque Hesiodearum notationum exempla, quae in vetustis ad Homerum, Pindarum, Apollonium Rhodium, Aeschylum, Nicandrum, Sophoclem, Aratum commentariis prostant, praesertim in eo genere, quod ad aequalem aut diversam fabularum descriptionem pertinet. Contra scholia Callimachea, Euripidea, Theocritea longe minorem apud circumspectos iudices habent auctoritatem. Eustathii deinde ac Tzetzarum farragines quum bona multa conti-

neant et antiqua, tamen insigni novitiae doctrinae accessione dehonestantur.

Longe magis lubricum et impeditum est de lexicorum Graecorum auctoritate iudicium. Nam primum incertam atque ignobilem plerorumque originem diserta illustrant testimonia, v. c. Photii *Bibl.* 150. *p.* 99., Hesychii *Epist. ad Eulogium scripta p.* 3. Cfr. Valcken. *Opuscul. T. II.*, *p.* 152. *sqq.* Deinde omnia prolixam plurimorum post curam experta sunt, qui ex propriis doctrinae copiis, invitante ipsa librorum indole, vario modo illa adauxerunt aut in compendium redegerunt. Denique multum deliquit editorum principum incuria nimiaque industria. Itaque quod ab Schowio in Hesychii libro ad Marcianum exemplar exigendo praestitum est, idem maximopere optandum est, ut mox tum in reliquis eiusmodi scriptis, tum maxime in Etymologico Magno prudenter administretur. De quo quum a permultis in utramque partem pravum instituatur iudicium, quid in universum sentiendum sit, paucis comprehendam. Primum perversa est Peyronis sententia, qui Etymologicon litterarum in Italia reviviscentium tempore aequali studio atque Phavorini Lexicon, Adonidos Hortos similiaque consarcinatum esse statuit. V. *in Theodos. tract. de pros. p.* 212. Nam Eustathius aliique idem et usurparunt et eodem nomine appellarunt. Qua de re qui dudum accurate dixerunt Sylburgius *praefat. Et. pag. IX.* et Fabricius *Bibl. Graec. Tom. VI.*, *p.* 595. *ed. Harl.*, eo tamen non adverterunt animum, quod quae ab Eustathio in Etymologico reperta sunt, non supersunt hodieque omnia. Vide Eust. *ad Hom. p.* 1443., 65. 66. *p.* 834., 47. Interim iacturam hanc resarcit Etymologicon Gudianum *pag.* 447., 45. et *p.* 464., 58. Exemplum simile quod ad Theodosium pertinet ex parte illustravit Goettlingius *anim. ad Theod. p.* 211. Verum ne Gudianum quidem exemplar instar perfecti supplementi haberi potest; sic etymologiam litterae ω μέγα, ab Theodosio in Etymologico magno repertam, in neutro hodie observamus; id quod neglexit Goettlingius. — Idem de reliquis Etymologici exemplaribus valet, v. c. de Monacensi, de quo vid. *Act. Monac. T. III.*, 3. *p.* 544.

Deinde Valckenarius qui ex duobus diversis Lexicis Etymologicon conflatum esse contendit, ante ea consuluisse admonuit, quam Dorvillianus codex satis antiquus scriberetur (*ann. ad Adon. p.* 204. *A.*); ergo non primario libri auctori hanc operam ascribendam duxit. Duo autem diversa etymologica saepenumero in illo commemorari, vel Sylburgii diligentia constat *ann. ad pag.* 54., 18. At ab ipso iam auctore

operis ista et usurpata et sepulta fuisse; unicuique facile apparebit qui cum exempla ab Sylburgio excitata tum reliquam libri indolem accurate pervestigaverit. Quid? quod alterius etiam hodie delituit nomen sub compendii operimento, quod ex edito tamen exemplari explicari non potest. Vide p. 780., 35.

Omnis autem in hoc libro opera critica non eum habere potest finem, ut primitivum Lexici exemplar, quemadmodum ab auctore illud erat institutum, quam proxime redintegretur, sed in eo se continere debet, ut primum quid exemplarium fide nitatur, quid editorum studio accesserit, diligentissima observatione deprehendatur, deinde ex universa antiquitatis memoria ad exstirpandam variam verborum corruptelam sedulo anquirantur adiumenta. Etenim gravissimus et qui a multis neglectus est de editorum studiis locus in Musuri praefatione *pag. XIV. ed. Lips.*: *ἡ δὲ διόρθωσις ἐργώδης ὑπῆρξε καὶ χαλεπὴ διενεγκεῖν, κατ᾽ ἔνδειαν ὑγιῶς ἐφ᾽ ἅπασιν ἔχοντος ἀντιγράφου κ. τ. λ.*, hic igitur locus editionem ad plures codices scriptos paratam esse, deinde cum ex aliis eiusdem generis libris, tum de coniectura varias accessisse emendationem luculentissime comprobat. Hinc iam clare intelligitur, cur nullus dum repertus sit Etymologici codex, qui aut prorsus aut maximam partem cum edito conveniat.

Scripta autem eius exemplaria cum in modum apparata sunt omnia, ut librarii non integrum opus transcriberent, verum pro consilio redemptoris, pro doctrinae modulo aut ad arbitrium instituerent rerum delectum. Deinde possessorum studio paullatim excreverunt in maius, ita ut genuinae formae nonnumquam vix pauca manserint vestigia. Quod quum ita sit, maior eorum exemplorum haberi debet fides, quorum aut ad omnes aut ad plerosque codices pertinet communio; longe minor eorum, quae paucorum auctoritate sese tuentur. Deinde potiora aestimamus ea, quae aut doctrinae praestantia aut veterum grammaticorum memoria aut re simili eminent atque excellunt.

At vero Hesiodearum citationum, quae quidem Theogoniam pertinent, perpaucae ista laude dignae sunt; pleraeque vero cum doctrinae vilitate tum scriptorum exemplarium silentio admodum suspectae redduntur. Illarum igitur singulatim expendenda erit fides; has autem quamquam ambiguum est utrum editores proprio studio adiecerint an ex exemplari recenter adaucto deprompserint, nullius certe in re critica auctoritatis esse certissimum est. Eodem modo alia exemplaria ab novitiis hominibus deturpata sunt, velut Gudianum.

Denique ex Latinorum scriptorum usu ad cumulandum rei criticae apparatum perexigua capi possunt adiumenta. Nam quae certa sunt in hoc genere vetustissimorum quorundam scriptorum testimonia v. c. Varronis, Accii, Ovidii, in rerum vulgatissimarum memoria consistunt. Manilii exemplum unum omnium illud eminentissimum et incertam habet aetatem et alio loco a nobis disceptabitur. Reliqua sunt Mythographorum veterumque in Virgilium, Ovidium, Statium commentatorum monumenta: quae quum et originem habeant incertam et diuturna experta sint doctorum pariter atque indoctorum studia, multum abest, quin certum in re critica usque admittant usum. Interim tenendum est in genere, primum quod haec opera maximam partem veterum commentariorum nituntur fundamento: deinde quod quae recenti memoria accesserunt additamenta, ut plurimum aut sermonis genere aut alio sese produnt indicio. Utraque acerrimo studio iudicioque inter se sunt terminanda: iam illa idoneam habent antiquitatis auctoritatem, haec aut nullam aut prorsus exilem. Etenim additamenta illa in duas fere partes poterunt discerni; alia enim post renata in Italia litterarum studia ex codd. Hesiodeis aut ex alienis narrationibus doctorum virorum labore maximam partem importuno adiecta sunt vetustissimorumque librorum usu facile coargui poterunt: alia saeculo quinto, sexto, septimo, vigente adhuc Latinorum poetarum lectione, in scholis grammaticorum perscripta sunt. In his enim fieri non potuit, quin obscura quaedam et nominis Hesiodei et illius in materia fabulosa auctoritatis propagata fuerit fama: hac deinde multi aut per imperitiam aut ad vanam eruditionis laudem comparandam intemperanter abusi sunt.

de Dis fabellas ad Hesiodi fidem illustrant. Augustini autem exemplum eo est in hac causa efficacius, tum quod non modo in Africa vitam degit, verum prius etiam in celeberrimis Italiae oppidis docuerat litteras doctrinamque summis probaverat iudicibus; tum quod in ipsa provincia Africana illo tempore Graecae linguae Graecorumque scriptorum quorundam v. c. Homeri et Menandri studia nondum defecisse compertum est. V. *Confess. I.*, 13., 20. *T. I.*, *p.* 77. *A. L.*, 14., 23. *p.* 78. *A. B.*, *de quantit. anim. c.* 18. *T. I.*, *p.* 416. *K.* Cfr. Fulgentii Rusp. Vitam *apud Galland. T. XI.*, *p.* 384. *A.* Deinde ne cui videar nimium tribuisse scriptoris silentio, speciminis loco afferam, quod multos tum philosophorum Graecorum tum Ciceronis libros in illis regionibus plane neglectos tunc fuisse nec comparari facile potuisse ex disertis eiusdem auctoris testimoniis comperimus. Quam in rem prae reliquis memoratu digna est Augustini *epistola* 118. ad Graecum quendam scripta *T. II.*, *p.* 331. *sqq.*

Boethii et Cassiodori labore litterarum studia novum ceperant incrementum. Interim quamquam Latinorum poetarum lectionem magnopere illi iuvisse censendi sunt (v. Boeth. *de schol. discipl. c.* 1. *p.* 1278. *ed. Bas.*), Homeri tamen, Hesiodi et omnium prope auctorum Graecorum usum tantum aberat ut in legitimum studiorum cursum introducere potuerint, ut solam Graecae linguae notitiam quantum ad libros divinos intelligendos sufficeret paullulum adauxisse satis habuerint. Si qui tunc ob singularem litterarum Graecarum scientiam eximie laudantur, non in Italia erant educti. V. Cassiod. *Var. l. XI.*, *c.* 2. *p.* 356., Boeth. *de schol. disc. c.* 4. *p.* 1284. Interim etsi exemplaria Theogoniae aut nulla tunc supererant amplius in Italia aut a nemine legebantur, permansit tamen inanis quaedam et Hesiodei nominis et Theogoniae fama, vetustiorum scriptis ad posteros translata. Sic Apollinaris Sidonius *carm. VIII.*, *v.* 208. 9.:

Non heic Hesiodea pinguis Ascrae
Spectes carmina Pindarique chordas.

Quippe totum carmen fastu est refertissimum. Deinde Diomedes *p.* 480. *Putsch.*: *Historice, qua narrationes et genealogiae componuntur, ut est Hesiodi γυναικῶν κατάλογος.* Locus eo magis pertinet rem nostram, quod in exemplari Mediolanensi Catalogo substituta est Theogoniae memoria. V. Gaisf. *ad Procl. p.* 395.

Proximis temporibus qui fuerit inter Latinos eruditionis modus et ambitus, ex Marciano Capella et Isidoro optime colligi potest. Ille vero Hesiodum nusquam appellavit nec iis quidem exemplis, ubi vel maxime fuisset e

redolent antiquitatem, sed per longum annorum spatium multorum studiis varium in modum adaucta sunt: qua de re mox dicam explicatius. Igitur ne haec quidem attentant ac labefactant disputationis nostrae fidem. — Ceterum ut diversam exemplarium indolem simul paucis describam, scholia Cantabrigiensia et abundant magis antiquitatis possessione et horridam atque inecultam habent speciem; Veneta aut Tricliniana potius et laevigata postmodum sunt ac perpolita et magis, ut plurimum, in compendium redacta.

2. Primarium illud scholiorum exemplar, quod una cum carmine ipso conservatum est, ex commentariis antiquissimorum grammaticorum prodisse, certissimis argumentis efficitur. Nam primum supersunt in scholiis aliquot signorum criticorum explicationes, qualia ab illis apposita carmini fuisse scimus. Sic Schol. Cantabr. *ad v.* 925. *p.* 267. *Bas.*: *πρῶτον οὗτος τὸν Ἥφαιστον ἐκ μόνης Ἥρας εἶπε· διὸ καὶ τὸ σημεῖον. ὁ δὲ Ὅμηρος ἐκ Διὸς καὶ Ἥρας.* Idem fere scholion edidit Trincavellus, omissis tamen verbis: *διὸ καὶ τὸ σημεῖον*, quae ut supervacua detraxerat, puto, Triclinius. Heinsius et Gaisfordus eadem ne intellexerunt quidem; ille enim reposuit: *διὸ καὶ τοῦτο σήμηνον*, alter *διὸ καὶ τοῦτο σημείωσαι*. Quo quidem nihil potest fingi ineptius. Placuit tamen adeo illis, ut Procli scholion *ad Opp. et D. v.* 274. *p.* 191. *Gaisf.* pari mutatione inquinarent. Verba grammatici sanissima sunt et *διπλῆν ἀπερίστικτον* illustrant in codice versui 925. appositam; huius enim fuit in re simili apud veteres usus. V. Villois. *Excerpt. Grammat. in Prolegg. Hom. p. LX.* — Geminum exemplum exstat in schol. Cantabrig. *ad v.* 233. *p.* 240. *Bas.*, typothetae illud inscitia obscuratum: *τὸ δὲ σημαινόμενον παράκειται, ὅτι οὐκ ἔστι κ. τ. λ.* Pro *σημαινόμενον* ex codice Paris. 2708. *apud Gaisf. p.* 493. *not.* reponendum est *σημεῖον*. — Denique hanc rem illustrant varia *ἀθετήσεως* exempla, in schol. Cant. (*p.* 227. 228.), Ven., Paris. et Schellersh. *ad v.* 117., in schol. Par. *ad v.* 573. *sqq.*, in schol. Cant. *ad v.* 943. *p.* 268. conservata. Sed si quis forte haec ad exemplum Wolfianae de Homerica *ἀθετήσει* disputationis ex Aristarchi disciplina repetenda duxerit omnia, primum quae in Homerum ingeniose et vere fortasse disputata sunt, non sine discrimine transferuntur ad Hesiodum, praesertim quum nec de textus origine nec de scholiorum compositione certi quicquam memoriae traditum sit; deinde Seleuci quoque *ἀθέτημα* afferunt scholia Parisina *ad v.* 114. Sed ad antiquissimos tamen grammaticos sine dubio pertinent omnia. —

quem post Augusti tempora vixisse constet. Ex illis commemoro Hellanicum *apud Schol. Cant.*, *Ven.*, *Par.*, *Schell. ad v.* 139., quem locum usurpavit Eudocia *p.* 263., Acusilaum *ap. Schol. Cant. ad v.* 134. (*cll. Etym. M. pag.* 523., 51.) *et ad v.* 379., Alcaeum *ap. Schol. Cant. et Ven. ad v.* 313., Stesichorum *ap. Schol. Cant. et Ven. ad v.* 287. cll. Eudoc. *p.* 97. 214., quam praetermisit Kleinius *de Stesich. pag.* 62., Simonidem *ap. Schol. Cant. et Ven. ad v.* 313., Bacchylidem *ap. Schol. Cant.*, *Ven.*, *Par. et Gyrald. ad v.* 914. et *apud Schol. Par. Ruhnk. ad v.* 116. *cll. Hesych. V. I.*, *p.* 1122. *s. v.* εἰς χάος, deinde Aristotelem, Zenonem, Chrysippum, de quibus testimonia exprompsimus supra *l. III.*, *c. II.* His adiungere merito licet Phanodemum *apud Schol. modo memorat. ad v.* 914., de quo dixit Siebelis *ad Lenzii Phanod. p. V. VI.*, Agathoclem Babylonium *apud Schol. Cant. ad v.* 485., qui locus ex eius περὶ Κυζίκου libris depromptus esse videtur, de quibus exposuit Io. Meursius *Biblioth. Graec. Lib. I.*, *p.* 1201. *C. ed. Gronov. Thes. Gr. Vol. X.*, denique Lycum *ap. Schol. Cant. et Ven. ad v.* 326. Nam nihil adest causae, cur hunc seiungamus ab eo, quem non sine laude commemoravit Agatharchides *apud Phot. Biblioth. c.* 250. *p.* 454. *b.* 30. *Bkk.*: Τῆς ὅλης οἰκουμένης ἐν τέτταρσι κυκλιζομένης μέρεσιν, ἀνατολῆς λέγω, δύσεως, ἄρκτου καὶ μεσημβρίας, τὰ μὲν πρὸς ἑσπέραν ἐξείργασται Λύκος τε καὶ Τίμαιος, τὰ δὲ πρὸς ἀνατολὰς Ἑκαταῖός τε καὶ Βασιλεὺς κ. τ. λ. Simili modo Timaei et Lyci memoria coniuncta est ab Tzetza *ad Lycophr. v.* 615. Lyci autem περὶ Θηβαίων librum, quem in testimonium adduxit Hesiodeus Scholiasta, idem appellavit περὶ Θηβῶν *ad Lyc. v.* 1206. Quocirca dupliciter negligentiae accusandus est Vossius, a quo nulla facta est libri mentio *de histor. Graec. I.*, 12. *p.* 78. — Dubiam deinde conditionem habent Crates et Demades. Illius memoria exstat ap. Schol. Ven. et Par. *ad v.* 5., ubi eius Βοιωτικὰ laudantur; hunc et Vossius praeteriit, ubi commemorare debuerat, *de hist. Gr. III.*, *p.* 168., nec ulla re equidem illustrare possum, nisi forte ea, quod universo scholio eximia constat fides. Alterius autem, qui prodit cum familia honestissima *ap. schol. supra memor. ad v.* 914., ne nomen quidem ab omni parte certum est. Nam Δημάδης audit apud Trincavellum tantummodo; libri minus culti et politi multum discrepant. Codex Cantabrigiensis exhibet Δημαίας, cod. Gyraldi *Opp. T. I.*, *p.* 205. *D.* Damias, et cod. Parisin. 2708., h. e. is, qui varias grammaticorum novissimo-

rum curas monstrat, Δημίας. Quocirca Δημάδης nomen, quod et Siebelis usurpavit *Phanod.* p. 6. 7. et Lobeckius *Aglaoph.* pag. 546., videndum erit, ne recentissima memoria in Scholion fuerit introductum. Quale vero in librorum corruptela lateat nomen, nullo modo definiri potest; sed antiquissimum aliquem commemorari auctorem, ex reliquo testimonio apertum est. Eatenus probe convenit Demades, rhetor Atheniensis, quem περὶ Δήλου καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων scripsisse tradit Suidas. V. praeterea Meursium *Bibl. Att. l. II.*, p. 1477. *A. B. ed. Gron. Thes. Vol. X.* Itaque felix est fortasse grammatici commentum; sed si quis coniecturam audeat periclitari, verisimilitudinem non prorsus impeditam habet Δήμων, Atthidis scriptor. V. Siebel. *Phanod.* p. *VIII. sqq.* — Reliqui qui in Scholiis afferuntur scriptores ad Alexandrinorum disciplinam pertinent omnes. Sic Callimachus *ap. Schol. Cant.*, *Ven. et Par. ad v.* 82., ob insignem scripturae discrepantiam commemorandus, Mnaseas Patarensis ἐν τῇ τῶν Δελφικῶν χρησμῶν συναγωγῇ *ap. Schol. Par. et Schellersh. ad v.* 117. cll. *Creuzer. epp. ad Herm. pag.* 148., Asclepiades Myrleanus ἐν τοῖς Τραγῳδουμένοις *ap. Schol. Cant.*, *Ven.*, *Paris. ad v.* 223., denique Habro et Trypho, grammatici, *apud Schol. Cant. ad v.* 389.: Ὠκεανίνη: τὰ τοιαῦτα ὀνόματα ὁ μὲν Ἅβρων φησὶ πατρωνυμικά, Ὠκεανίνη, Ἀδρηστίνη, Αἰητίνη. Τρύφων δὲ παρώνυμα, ἐπεὶ οὐκ ἔχει ἄῤῥενα παρακείμενα πατρωνυμικῶς. Similia habet cod. Venetus. Hoc exemplum ad definiendam scholiorum originem maximae est auctoritatis. Nam quum scholiasta Habronis et Tryphonis dissensum significasse satishabuerit, Apollonii autem Dyscoli, Herodiani aliorumque quorum potior erat sequenti memoria auctoritas, nullam admiserit commemorationem, prius iacta esse scholiorum fundamenta, consectarium est. Ceterum plerique postea in Habronis sententiam discesserunt. V. Dionys. Thrac. *Gramm.* c. 14., p. 635., 1., Priscian. *Instit. l. II.*, c. 7. p. 83. *Krehl.*, Eustath. *ad Il.* p. 776., 5. 6.

Trypho vixit Augusti aetate; recentiore qui vixerit, nullus allatus est auctor. Nam Synesii, Simocattae Bibliorumque memoria *ap. Schol Ven. ad v.* 578. 761. 429. de Triclinii penu accessit. Vid. Morellum *in Wolf. Anal. F.* 3., p. 265. 266. Postremus locus non debuisset adeo imponere Graevio, ut scholiorum auctorem pronunciaret Christianum. Contrarium videlicet efficitur ex proxima scholiastae Cantabrigiensis otatione *ad v.* 413. p. 253. *Bas.*: μοῖραν ἔχειν: διὰ

τὸ ἑκάστῳ προνοεῖσθαι. τῶν γὰρ ἐν γῇ καὶ ἐν θαλάσσῃ πάντων ἄρχει ἡ εἱμαρμένη· ὡς γὰρ θεῷ εὐχόμεθα τῇ μοίρᾳ. Similia praebet Venetus liber; sed sive Triclinius sive alius quis ultima transmutavit, scilicet ne Christianorum laederent animos: *ὡς γὰρ θεᾷ πάντες εὔχονται τῇ μοίρᾳ.*

Praeterea multis locis insignia supersunt veteris tum consuetudinis tum eruditionis monumenta, quibus aut nihil aut non multum obfuit certe temporum iniquitas. Haec deinceps recensebimus paucis; perspicua enim sunt pleraque. Primum schol. Cant. *ad v.* 832.: *ἀγαύρου: κακοῦ, ἢ ἀπόρου, Ἰωνικῶς* *). *ἄγαυρος προπαροξύνεται. Τὰ γὰρ εἰς ρος ὀνόματα, τῇ αυ διφθόγγῳ παραληγόμενα, ἔχοντα κατ' ἰδίαν θηλυκὰ ὀξύνονται· οἷον ἀφαυρός, ἀμαυρός. τὸ δὲ ἄγαυρος βαρύνεται πλεονασμῷ τοῦ α ἐκ δισυλλάβου τοῦ γαύρου γινόμενον. Τὰ δὲ μὴ ἔχοντα θηλυκὰ προπαροξύνεσθαι θέλει· οἷον Ἐπίδαυρος —, Ἄγρατλος* (leg. *Ἄγλαυρος*), *Κένταυρος. σημείωσαι τὸ θησαυρός ὀξυνόμενον.* Haec ex vetustis technicorum Alexandrinorum commentariis fuisse derivata ostendit Arcadii praeceptum haud absimile, sed compendifactum, *de accent. pag.* 72., 20. *sqq.*: *τὰ εἰς ρος ὑπερδισύλλαβα παραληγόμενα τῇ αυ διφθόγγῳ μὴ ἔχοντα θηλυκὰ προπαροξύνεται, Πίσαυρος, Ἐπίδαυρος, Κένταυρος, Ἄναυρος* (*Scut. v.* 477., Turneb. *Advers. III.*, 2. *p.* 75.). *τὸ δὲ θησαυρός ὡς περιεκτικὸν ὀξύνεται, ὥσπερ καὶ τὰ τριγενῆ, ἀμαυρός, ἀφαυρός.* Ab Arcadio autem quod de v. *ἄγαυρος* nihil dictum est, non sine insigni quadam causa accidit, quam paucis explicuisse multum erit e re nostra. Etenim Schol. Hesiodeus vetustiorum servavit decreta, Arcadius recentiorum sequutus est doctrinam, qui *ἀγαυρός* scribendum esse praecipiebant. In hanc enim sententiam de h. v. decrevit Eustathius *ad Odyss. p.* 1444., 7. *sqq.*, ubi Arcadii cognatamve respicit disputationem nulla ex parte pleniorem, ita ut alteram doctrinam ne cognosse quidem videatur. Deinde aequalis fuit plerorumque recenti aetate conditio, v. c. Methodii *in Etym. M. p.* 6., 38. *sq.* Cfr. *Et. Gud. p.* 3. *p.* 118., 40., Eustath. *Od. p.* 1447., 58.

*) Perverse Gaisfordus verba in eam disposuit sententiam, ut *ἄγαυρος* ex Ionum consuetudine *προπαροξυτόνως* proferri dicatur. Restitui veram ed. Basileensis distinctionem *pag.* 265., quam illustrat Etymol. M. *p.* 6., 33. *sq. s. v.*: *σημαίνει δὲ καὶ τὸν ὑπερήφανον. ὑπὸ δὲ Ἰώνων τὸν ἄπορον· ὑπὸ δὲ Ἀττικῶν τὸν κοῦφον.*

Il. p. 919., 29., Nicand. *Theriac. v.* 661. Origo autem recentis doctrinae aperienda est in Herodiani commentariis *apud Orion. Etym. p.* 14. *s. v.* ἀγαυρός: παρὰ τὸ ἄγην τὴν ἔκπληξιν ἀγηρός. οὕτως εὗρον ἐν τῷ περὶ παθῶν Ἡρωδιανοῦ. Cfr. Etym. M. *p.* 6., 32. 3., ubi auctoris tantum abest nomen. Utrumque librarium ad Herodiani mentem vocabulis imposuisse signa, colligitur ex etymologia. Nam ἀγηρός βαρυτόνως scribi nequit. V. Arcad. *pag.* 71., 13. *sqq.* Quod quum ita sit, Hesiodei scholiastae praecepta ante Herodiani tempora perscripta fuisse et ex antiquiorum grammaticorum disciplina prodisse prope consectarium est; Herodianus autem partim improbavit illa et abiecit, partim probavit et suscepit, quemadmodum multa principum in hac arte virorum decreta ad verbum in commentarios reposuit suos. Deinde *minutissimum illum artium sciscitatorem* plerique secuti sunt auctorum; vetustior sententia obtinuit apud paucos, v.c. apud Hesychii *T. I., p.* 37., Suidae *T. I., p.* 24. et Hesiodi librarios, quos admonebat scholiastae notatio. — Deinde schol. Cant. et Venet. *ad v.* 326.: φῖκα δὲ αὐτὴν (τὴν σφίγγα) οἱ Βοιωτοὶ ἔλεγον, tradidisse vera, commode monstrare licet ex iis, quae Turnebus *Advers. l.* 2., *c.* 10. *p.* 85. *ed. Bas.*, Graevius *Lect. Hes. c. XXII. p.* 109., Galeus *ad Palaeph. c. VII. p.* 18., interpr. *ad Hesych. T. II., p.* 1505. *s. v.* φίγα, φίκα, σφίγγα, et nuperrime O. Muellerus *Hist. Gr. Gent. T. I., p.* 33. studiose composuerunt testimonia. Sed omnium tamen luculentissimum, quod latuit apud Platonem, ab nullo dum in hac causa est usurpatum, *Cratylo pag.* 414. *HSt.*: *primitivam vocabulorum speciem saepenumero accessione litterae demutari ad pronuntiationis commoditatem*, ὥσπερ καὶ τὴν σφίγγα ἀντὶ φιγγὸς σφίγγα καλοῦσιν. Ceterum accentus naturam, qui prave interdum imponitur vocabulo, abunde illustrant regulae prosodiacae Herodiani, si credimus Bastio, ab Hermanno editae *de em. Gr. gr. p.* 434. §. 64.: τὸ ἴξ καὶ φῖξ ἐκτείνονται. — Praeterea verbo commemoro schol. Cant., Par. et Ven. *ad v.* 250. εὐειδὴς Γαλάτεια: τοῦτο τὸ ἐπίθετον ἀφορμὴν παρέσχεν τοῖς νεωτέροις διασκευάσαι τὸν τοῦ Κύκλωπος ἐπὶ τὴν Γαλάτειαν ἔρωτα. Haec enim annotatio proxime accedit ad similitudinem multorum scholiorum Homericorum. — Insuper singulatim expendenda sunt schol. Cant. et Ven. *ad v.* 338. coll. Schol. *Ap. Rhod. II.*, 866. *I.*, 185. et Schol. *Nicand. Alexipharm. v.* 150., schol. *ad v.* 1002., schol. Cant., Ven., Par. *ad v.* 54. coll. Lobeck. *Agl. p.* 49. *p.* 662., schol. Cant. et Par. *ad v.* 12. cll. Lobeck. *Aglaoph. p.* 127. *sq.*, schol

Cant., Ven., Par. *ad v.* 56. cll. Arnob. *IV.*, 26., schol. Cant. et Ven. *ad v.* 411. cll. I. H. Voss. *Epist. Mythol. Vol. III.*, *p.* 193. *sq.*, schol. Cant., Ven. et Par. *ad v.* 116. cll. Io. Philopon. *in Aristot. Meteorol. p.* 79. *b. med. ed. Ald.* 1551., schol. Cant. *ad v.* 120., schol. Cant. et Ven. *ad v.* 30. cll. Procl. *Chrestom. p.* 386. *Gaisf.*

His rebus omnibus quod voluimus adeo videmur effecisse, ut paucis aliquot exemplis scholia ab vetustis et bonis auctoribus iam usurpata fuisse et excerpta sine temeritatis crimine pronunciare liceat. Non afferam profecto Eudociam, Ioannem Diaconum, Etymologica, librarios Cornuti *c.* 17. *pag.* 173. 174. aliosque, quippe quorum nulla nisi secundaria in hac causa potest esse auctoritas. Sed nihil admittunt dubitationis schol. Cant. et Venet. *ad v.* 287. cll. Lucian. *Hermotim. c.* 74. *p.* 99. *T. IV.*, quo uti debebat Kleinius *de Stesich. pag.* 62., schol. Cant., Ven. et Par. *ad v.* 56. cll. Arnob. *adv. Gent. IV.*, 26., schol. Cant. et Ven. *ad v.* 116. *pag.* 476., 13. *sqq. ed. Lips.* cll. Achill. Tat. *Introd. ad Arat. Phaenom. p.* 123. *E.*, schol. Cant., Ven., Par. *ad v.* 2. *p.* 461., 12. *sqq.* cll. Liban. *T. I.*, *p.* 302.

3. Hactenus antiquam et honestam scholiorum originem quantum fieri poterat confirmavimus: sed ut strictius eorum in re critica usum definiamus, ab altera parte iam erit prae ceteris dispiciendum, si quid lateat in istis adulterini atque subditi. In genere autem profecto non eget commonstratione operosa, quod ab eo inde tempore quo primum scholia haec coacta sunt, tum vitia plurima irrepserunt, tum magna notationum copia intercidit, tum variae interpretationes variis accesserunt temporibus. Docet hoc scholiorum consideratio etiam minus sollicita; idem illustrat ab omni parte studiorum ratio Hesiodeorum paullo ante, quantum fieri poterat, a nobis descripta. Sed ne quicquam praetermisisse videamur, quod ad operam criticam in hoc carmine severe administrandam ulla ex parte conducat, singulatim pauca de his quoque rebus expromamus.

Ac primum quidem vitia quae insunt in scholiis plurima ac nequissima, librariorum editorumque tum errore tum consilio commissa, facili negotio maximam partem ac sine magno doctrinae auxilio exstirpari emendarique possunt. Aut enim primo statim obtutu quod verum est deprehenditur, aut exemplarium sufficit usus prudentior et accuratior. Quippe tumultuaria fuit et inconstans editorum opera: sic, ut hoc utar, neminem eorum advertit ἀκριβεστέρα λέξεών τινων ἀνάγνωσις, Basileensi scholiorum exemplari subiunota: ex qua verissima

aliquot emendationis genera erant haurienda. Restant vitia nonnulla graviora: his tamen fere nisi ab ingenio vix speranda erit salus. Eiusmodi enim corruptela ad antiquissimos simul pertinuit libros et ex exemplari quod conservatum fuit unico ad omnes propagata continuo est.

Deinde ingentem ex veterum commentariis intercidisse variae interpretationis copiam, dupplici via deprehenditur. Nam in scholiis nostris enarratio carminis nulla ex parte perfecta est et absoluta, sed vario consilio tantummodo inchoata. Quocirca quoniam tum in genere critico, tum in verborum sententiarumque explicatione, tum in allegoriis indagandis desideramus plurima, quae arctissimo cum reliquis continentur nexu; non veterum in his, sed novitiorum grammaticorum culpanda est socordia. Deinde apud multos scriptores exquisitae nec exiguae supersunt uberrimi veterum studii reliquiae, quas quum ab scholiorum indole et tenore magnam partem nihil discrepent, ex iisdem olim commentariis excerptas fuisse probabile est. Sed utrum his quoque in rebus librariorum tantum incuria arguenda sit an exemplaris primarii defectus, valde ambiguum est. Interim quum unum aliquod exemplar forte fortuna fuerit conservatum, facile accidere poterat, ut id et mancum ac mendosum esset casu, nec plenam ac veram veteris doctrinae referret imaginem.

Denique quum et apud veteres post Augusti tempora et recenti memoria multorum cura circa Theogoniae enarrationem esset occupata, singula veterum commentariorum exemplaria multis et variis additamentis paullatim fuisse adaucta certissimum est. Quorum omnium aut nulla aut debilis est ad vindicandam antiquitatis possessionem auctoritas. Ex his recentissima studia non magno negotio dignoscere licet; quippe aut unius aut paucorum codicum sunt propria; minus expeditum est de anteriorum saeculorum possessione iudicium, quae ad omnes aut ad plerosque pertinere solet. Illa illustrabimus prius.

Excellit hac parte exemplar Trincavellinum, quod duorum codicum novellas complectitur divitias, Tricliniani et Paullini. Ex hac familia primum Triclinii ipsius segreganda sunt scholia, quae Morelli diligentia accurate consignavit *ap. Wolf. Anecd. T. II.*, *p.* 265. *sqq.* Haec quum partim Triclinii ingenio debeant originem partim ex Io. Diacono aliisque deprompta sint, ne minimam quidem habent in hac quaestione auctoritatem. — Deinde nota inurenda sine dubio est iis, quae ex Io. Diaconi libro librarius multis locis apposuit excerpta. Recensebimus ea, ut editorum compensemus negligentiam, V. schol. Ven. *ad v.* 178.

p. 487., 25 — 29. et *Allegor. p.* 558., 22 — 28. *ed. Lips.*; *ad v.* 185. *p.* 488., 10 — 13. et *p.* 558., 29 — 33.; *ad v.* 238. *p.* 494., 19 — 21. et *p.* 560., 30 — 32.; *ad v.* 240. *p.* 494., 22 — 24. et *p.* 561., 15 — 17.; *ad v.* 266. *p.* 497. *not. l.* et *p.* 562., 22. 23.; *ad v.* 297. *p.* 501., 8. et *pag.* 565., 10.; *ad v.* 298. *p.* 501., 10. et *p.* 565., 1.; *ad v.* 311. *p.* 502., 8 — 10. et *p.* 565., 13 — 18.; *ad v.* 313. *p.* 502., 14. 15. et *p.* 565., 21. 22.; *ad v.* 314. *p.* 502., 22. 23. et *p.* 565., 24. 25.; *ad v.* 319. *p.* 503., 15. 16. et *p.* 566., 3 — 5.; *ad v.* 325. *p.* 503. *not. h.* et *p.* 566., 22.; *ad v.* 327. *p.* 504., 17. et *p.* 567., 30.; *ad v.* 328. *p.* 504., 27. 28. et *p.* 567. *fin. et sq.*, *ad v.* 270. *p.* 498. *not. t.* et *p.* 568., 17.; *ad v.* 377. *p.* 508., 12 — 14. et *p.* 571., 12 — 14.; *ad v.* 392. *p.* 509., 22 — 28. et *p.* 572., 9 — 14.; *ad v.* 501. *p.* 516., 1 — 6. et *p.* 579., 1 — 3. 578., 25 — 35.; *ad v.* 617. *p.* 523., 9 — 12. et *p.* 582., 32 — 35; *ad v.* 732. *p.* 529., 8 — 10. et *p.* 590., 11 — 13.; *ad v.* 902. *p.* 536., 12 — 14. et *p.* 599., 23 — 25.; *ad vv.* 904. 906. *p.* 536., 21. *sqq.* et *p.* 599., 34. *sqq.*; *ad v.* 907. *p.* 536. *fin.* *p.* 537., 1. 2. et *p.* 600., 4 — 7.; *ad v.* 912. *p.* 537., 10. 11. et *p.* 600., 8. 9.; *ad v.* 922. *p.* 538., 11 — 14. et *p.* 600., 33 — 35.; *ad v.* 927. *p.* 538., 20. 21. et *p.* 601., 10. 11.; *ad v.* 932. *p.* 539., 3 — 5. et *p.* 601., 21 — 23.; *ad v.* 934. *p.* 539., 9 — 11. et *p.* 601., 23 — 27; *ad v.* 937. *p.* 539., 17 — 19. et *p.* 602., 5 — 8.; *ad v.* 940. *p.* 539., 23. 24. 27. 28. et *p.* 603., 25. *sqq. p.* 602., 21. 22.; *ad v.* 943. *p.* 540., 6. et *p.* 603., 9.; *ad v.* 945. *p.* 540., 7 — 9. et *p.* 603., 14. 15.; *ad v.* 947. *p.* 540., 12 — 17. et *p.* 603., 18 — 23.; *ad v.* 957 *p.* 604. *fin. p.* 605., 1. 4. 5.; *ad v.* 957. *p.* 541., 1. 2. et *p.* 605., 1 — 3.; *ad v.* 960. *p.* 541., 4 — 9. et *p.* 605., 14 — 20. Haec exempla omnia ex Diacono in Scholiorum corpus, non vicissim ex hoc in Allegorias fuisse transcripta, docet tum expositionis tenor, tum earum annotationum usus, quas reapse Diaconus ex antiquis h. e. ex nostris scholiis deprompsit. Sic *p.* 557., 21. 2. respicitur ad schol. *p.* 483., 19., *p.* 555., 10. ad *p.* 481., 4. 5.; *p.* 561., 20. *sq.* ad *p.* 495., 9.; *p.* 569., 9. ad *p.* 505., 22.; *p.* 570., 19. ad *p.* 509., 6.; *p.* 579., 24. *sq.* ad *p.* 516. 17. *sq.*; *p.* 580., 24. 25. ad *p.* 517., 24.; *p.* 605., 27. *sqq.* ad *p.* 541., 14. *sqq.*; quae quidem non Trincavelli sunt propria. Praeterea scholia illa ex codice Paullino edita esse conii-cio tum propter lemmatum convenientiam, tum quod nonnulla eorum ex codd. Par. 1. et Bodl. item prolata sunt. Et exstant in codice plura fortasse, typothetae socordia praetermissa;

certe in codice Parisino alia quoque Diaconi scholia adiuncta sunt. Vide *p.* 539., 12 — 14. et *p.* 601., 28 — 32. *ed. Lips.* — Paullino insuper codici propter lemmatum naturam supra a me commonstratam alia item attribuenda sunt scholia Trineavelli propria; quorum quae ad mendosam codicum nostrorum scripturam directa aut debili doctrinae firmamento astruota sunt, ab novitiae originis crimine vindicari non poterunt. Vide inpr. schol. Ven. *ad v.* 273, *p.* 498., 21 — 24., *ad v.* 563. *p.* 519., 29 — 31., *ad v.* 916, *p.* 537., 23 — 26. Alia quae in sola vocabulorum explicatione cernuntur, aut propter dictionis modum non imparem habent conditionem, aut quum unaquaque aetate scribi potuerint, nulla certe auctoritate digna sunt. — Praeterea quum vetus scholiorum exemplar sive casu seu consilio multis partibus mirum quantum esset imperfectum, Triclinius sive alius quis quoad eius fieri poterat, lacunas tum ex aliis grammaticorum libris tum ex ingenio supplevit. Eminet in hoc genere perversitate consilii schol. Ven. *ad v.* 563. 565. *p.* 519., 19 — 29. 36. *p.* 521., 32., quod ex scholiis quibusdam *ad Opp.* 42 — 62. sat bonis illis et antiquis temere ad Theogoniam translatum est. Nonnulla in his conveniunt Proculeianis; v. inpr. *pag.* 521., 7 — 10. cll. Procl. *ad Opp. v.* 51., *p.* 521., 18. *sq.* cll. *ad Opp. v.* 61.; deinde Empedocleae doctrinae excellit memoria *pag.* 520., 16. *sqq.*, quae praeteriit Sturzii diligentiam. Ceterum ne quis hoc scholio in eam sententiam abutatur, ut illos Operum versus etiam in Theogonia olim a quibusdam collocatos fuisse pertendat, advertenda inprimis sunt ipsius scholiastae dicta *pag.* 520., 22. *sqq.*: *διὸ καὶ ὁ ποιητὴς οὗτος ἐν τοῖς ὄπισθεν τὴν χείρονά φησιν ἔριν ὑπ' ἀνάγκης τιμᾶσθαι.* — Deinde schol. Venet. *ad v.* 459., quod complectitur Photii Patriarchae de Saturni allegoria disputationem, aut ex Photii Lexico, ubi nunc abest, aut ex Etymologico aliquo adiunctum est, V. Etym. M. *p.* 540., 8 — 24., Et. Gud. *p.* 586., 21 — 38. Frustra enim Kulenkamp. *ann. ad Et. M. p.* 934. 935. et Gaisford. *ad Schol. Hes. p.* 513. *not. q.* primariam et praestabiliorem altera asserunt Scholiastae annotationem. Immo tum praestat maximam partem Etymologi scriptura, tum eam in modum est ab librario Hesiodeo immutata, ut de eius consilio ambigere non liceat. Prae ceteris commemoro in hac causa Etymol. *p.* 540., 14. *sqq.*: *τοῦ χρόνου ἕκαστα διακρίναντος καὶ τῶν γεννηθέντων ἐκ τῆς πρὸς ἄλληλα μίξεως ζωογονοῦντος, ἐκτετμῆσθαι τὸν Οὐρανὸν εἰρήκασιν.* Sententia luxata paullulum est; cod. Gudian. praebet *ζωογονοῦντα*, quo nihil iuvamur. Sed *ζωογονούντων* ubi re-

posueris, omnia congrua erunt ac sana. Hoc non perspexit librarius Venetus; sed quum vitium tamen subesse animadverteret, ut qualicunque modo redintegraret structuram, invita sententia reposuit: *καὶ τὰ γεννηθέντα* — *ζωογονοῦντος*. — Tertium exemplum prostat in schol. Venet. *ad v.* 594. *p.* 522., 19—24., quod ex Etymol. M. *p.* 713., 21. *sqq.* in codicem illatum est. Librarii sive diligentiam sive incogitantiam arguunt plura; *v.* enim 594. apposuit quae ad *v.* 598. accommodate erant dicta; Etymologici vitia inepte curavit (v. supra *p.* 235.); omnem disputationis concinnitatem dissolvit atque pervertit. — Denique quae de historica Prometheae fabulae allegoria ap. schol. Ven. *ad v.* 527., 9—14. narrantur, ex commentariis antiquis *ad Apoll. Rhod. II.*, 1248. *ed. Flor. cll. Eudoc. p.* 347. *et Schol. Theocr.* 7., 77. deprompta sunt. Novitium enim compilatorem tum sermonis genus arguit, tum vitia quaedam in transcribendo commissa, v. c. *ἡ εὔκρατος γῆ* pro *ἡ εὔκαρπος γῆ*. — Interim haec exempla quum in vetustiorum auctorum nitantur fide, aliquam certe tenent auctoritatem. Contra alia, item adventitia illa, ob singularem doctrinae defectum haud quicquam habent dignitatis. Sic schol. Ven. *ad v.* 5. *p.* 463., 4. *Τερμησσὸς* et *Τεμμησσὸς* nomina perperam inter se confusa sunt; qua de re diximus explicatius *l. I.*, *c. III. p.* 33. *sqq.* Simili modo recentiorem originem flagitat schol. Ven. *ad v.* 1.: *ὁ δὲ Ἑλικὼν ὄρος τῆς Βεστιαίων χώρας ἐν τῇ Βοιωτίᾳ.* Qui idem scholion ex codice simili *) produxit Phavorinus *Diction. p.* 620., 28., edidit *Βαιστιαίων.* Sed alterum est in Veneto exaratum. Vid. Bongiov. *Catal. Mss. Bibl. D. Marc. Ven. p. XIV.*

Scholia Cantabrigiensia, quae locupletissima ceteroquin splendent antiquitatis possessione, communem tamen non potuerunt evitare sortem. Quippe singulari infortunio accidit, ut nonnulla in codicem inferrentur, quae et ab hoc consilio et ab hoc poeta alienissima sunt. V. *ed. Bas. p.* 223. *in.* (*ed. Gaisf. p.* 470. *not. f.*), *p.* 219. (*p.* 468. *not. m.*). Aliis deinde exemplis sed perpaucis tamen illis aut doctrinae damna aut sermonis modus recentem originem manifesto assignant. V. *ad v.* 661. *p.* 260. (*p.* 525., 27. *sqq.*), *ad v.* 95. *p.* 224. (*p.* 473., 12—16.), *ad v.* 209. *p.* 238. (*p.* 491., 5—9.). Insuper huc pertinent *Ἀστερόπης schol. ad v.* 139. *p.* 232., *Ἑαλὼ ad v.* 267. *p.* 244., *Ἰκαρίας*, *Σπειώς*,

*) Vid. ex. gr. Phavor. *pag.* 1275. *fin.*, 1276. *in.*, 945. *fin.*, 952., 7. *sqq.*, 335., 12. *sqq.*, 1122., 17. *sqq.*, 1221. *in.*, 1831., 50. *sqq.*, et cet.

Ἀρδεῖσκος *ad v.* 338. *p.* 250. Praeterea offendit *schol. ad v.* 535. *p.* 258. (*p.* 518., 26.): Μηκώνη δὲ ἡ ποτὲ Σικυὼν λεγομένη· ἔστι δὲ πόλις Ἄργους. Haec nec eo tempore quo primum scholia nostra composita fuisse convenit, nec multo etiam postea vere dici potuerunt. V. Apollonium Tyan. *apud R. Gompfium Sicyoniacor. p.* 75. et Iulian. *Orat.* 3. *p.* 119. *C.* Quid? quod apud medii aevi scriptores idem urbis nomen nequaquam interiit, sive propter aequalem incolarum usum, sive quod una cum novitio nomine nescio quo antiquum illud et celeberrimum tenebatur. Sic Sicyon urbs vocatur ab Anonymo Ravennate *l. V.*, *c.* 13. *p.* 96. *c.* 22. *p.* 101. et idem nomen pro Iscion restituendum est Aethico qui dicitur *Cosmograph. p.* 44. *b. ed. Gronov.* Alia eaque certiora ex uberrimis Gompfii commentariis licet petere *pag.* 75. 72. 13. Ergo nihil reliquum est, nisi ut aut ab indocto homine aut recentissimo tempore scriptum esse scholion statuamus.

Haec de spuriis iisque recentissimis scholiorum additamentis, quae singulorum codicum propria sunt: iam quum scholiorum corpus per octo fere saecula inde ab Augusti aetate maximas item non potuerit non experiri vicissitudines multaque paullatim acceperit additamenta, eius rei si forte in codicibus sive omnibus sive plerisque supersint vestigia studiose perquiramus. Sic schol. Ven. et Cant. *ad v.* 201. *p.* 490., 1—7. *cll. Gyrald. Tom. I.*, *p.* 406. *A.* ab veterum grammaticorum dignitate plane aliena sunt; levitatem deinde paene intolerabilem produnt schol. *ad v.* 142. *p.* 485., 3—7., inscitiam item schol. *ad v.* 614. *p.* 523., 7. 8., *ad v.* 2. *p.* 461., 14., ineptiam denique schol. *ad v.* 26. *p.* 465., 5. 6., ubi verba οὐ λείπει, ἀλλ' ἔστι recenter adiuncta esse particulae arguit defectus, quam supplevit librarius Parisinus. — His exemplis fortasse accenseri debet schol. Cant. et Ven. *ad v.* 192. *p.* 489., 14—17.: Κύθηρά ἐστι πόλις Κύπρου μικρά *κ. τ. λ.*, transcriptum illud et ab Etymologo Gudiano *pag.* 352., 19. *sqq.* et ab Phavorino *Diction. p.* 1122., 17. *sqq.* Nam tota prope antiquitas consentit in eo, quod ab insula repetunt nomen. Vide *lib. III.*, *c. IX. ad v.* 198. Verum fuisse tamen videntur ipsa antiquitatis memoria, qui ab urbe Κυθέρειαν appellatam esse censerent. Vide Moschopul. περὶ σχεδῶν *pag.* 3.: Κύθηρα, πόλις. ἢ καὶ *) οὐδετέρως λέγεται πληθυντικῶς τὰ Κύθηρα. ἀφ' ἧς καὶ Κυθέρεια ἡ Ἀφροδίτη. Etymol. M. *p.* 543., 43. *sq.*:

*) Vid. Ps. Herod. *Epimer. p.* 224., Ruhnk. *Ep. cr. p.* 61.

ὁ δὲ Ἡσίοδος ἀπὸ τῆς Κυθήρων πόλεως. Festus p. 40. ed. Lind.: *Cytherea Venus ab urbe Cythera, in quam primum devecta esse dicitur concha, quum in mari esset concepta.* His igitur scholiastae testimonium ab omni parte stabiliri videretur, nisi ambigua admodum essent verba, propterea quod partim recenter et ipsa scripta sunt, partim ad urbem in insula cognomine sitam item referri possunt. V. Pausan. 3., 23. Interim quod Κύθηρα Cypri oppidum esse tradidit scholiasta, non est ab ipso ad poetae locum accommodate effictum, uti opinabatur Cellarius *Geogr. Antiqu. l. III., c. 7. T. II., p.* 281., verum nititur etiam testimonio Anonymi Ravennatis *Cythara* inter Cypri oppida referentis *l. V., c.* 20. *p.* 100. Meminisse enim oportet, auctorem hunc in describenda Graecia bonorum scriptorum gloriari praesidio. V. *l. IV., c.* 10. *p.* 60. Ab Strabone autem aliisque nulla oppidi facta propterea est mentio, quod parvulum erat nec nisi sacris rebus fortasse nobilitatum.

4. Denique de possessione dubia tum unius tum plurium codicum pauca sunt interponenda. Primum in genere critico quae ad recentem originem aut pertinent sine dubio aut pertinere videntur, et supra generatim exposuimus et paullo post singulis exemplis pervestigabimus accuratius. Deprehenduntur autem ea partim inventione inepta, partim debili doctrina, partim verborum usu ab genuina criticorum consuetudine valde discrepantium.

Multo etiam difficilius in rebus allegoricis certa indagantur discriminis indicia. Triplex autem apud veteres in carminum enarratione obtinuit allegoriae genus, physicum, ethicum, historicum. Vid. e. g. Eustath. *ad Il. pag.* 3. *med.* Ultimum quamquam non omnino debiles habuit olim auctores, in scholiis Hesiodeis tenuia tantum reliquit vestigia; illa usu et auctoritate inter Graecos celebratissima hic quoque amplissimum ostendunt proventum. Primordia autem eorum omnisque disciplinae allegoricae ad poetarum interpretationem explicatae ab imis rerum Graecarum temporibus repetenda sunt. Nam ne quid importune de ipso poetarum sensu dicamus, de quo parum honorifice vulgo iudicari solet, sufficit philosophorum principum decreta in testimonium vocasse. Quod quum ita sit, apud paucos, spero, valebit Phavorini de Anaxagora et Metrodoro Lampsaceno *) testimonium, conservatum illud ab Diog.

---

*) De hoc v. Ionsium *script. hist. philos. p.* 110., Heyn. *ad Apoll. T. I., p. XXXIX.*, Wolf. *Prol. p. CLXII.* Distcrminandus enim est utique ab cognomine Epicureae disciplinae philosopho.

Laert. *l. II.*, *c.* 11. *p.* 86. *ed. Meib.*: *δοκεῖ δὲ πρῶτος* [Anaxagoras] (*καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ*) *τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀποφήνασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης· ἐπὶ πλεῖον δὲ προςστῆναι τοῦ λόγου Μητρόδωρον τὸν Λαμψακηνὸν, γνώριμον ὄντα αὐτοῦ, ὃν καὶ πρῶτον σπουδάσαι τοῦ ποιητοῦ περὶ τὴν φυσικὴν πραγματείαν.* Cfr. Tatian. *contr. Graec. c.* 21. *p.* 656. *ed. Galland. T. I.* Saltem disciplina ab his non est primum reperta et excogitata, sed ad summum aut cogitando perpolita aut scriptione illustrata. Paullo post Platonis aetate in consummata Homeri interpretatione allegoriarum doctrina principem obtinuit locum. Vid. *Cratyl. pag.* 407. *HSt.* Eadem deinde et a Platone magno studio exculta nec ab ulla prope philosophorum schola tempore insequenti prorsus neglecta est. Sufficit in hanc rem indicem commemorasse operum ab Diogene Laertio et Suida singulis philosophis ascriptorum. Sed prae reliquis omnibus Stoicorum disciplina allegoricam poetarum interpretationem singulari studio suscepit et fovit. Interim quod omnes fabularum allegorias, quae apud Eustathium scholiastasque Homericos supersunt, ad Stoicorum auctoritatem rettulit N. Schowius *comment. in Alleg. Hom. p.* 227., nec in Homerum ab omni parte valet nec ad Hesiodum vere transfertur. Nam primum grammaticorum Alexandrinorum sensa in hac causa in diversissimas partes discesserunt; deinde primis post Christum natum saeculis acerrimum exarsit ac plane novum harum rerum studium et ad omnes erectioris animi homines pertinuit. Huius et apud sacros scriptores insignia exstant monumenta, et apud profanos inprimisque apud philosophos largos deinceps persequi licet proventus, v. c. apud Plotinum, Porphyrium, Apuleium, Iamblichum, Libanium, Iulianum, Proclum, Damascium. Denique eadem allegoriarum disciplina Byzantii quoque tum vetustiore tum recentiore tempore prae reliqua carminum interpretatione eximie placuit, ita ut non veterum tantum de his rebus decreta susciperentur atque instaurarentur, verum nova etiam prodirent figmenta, antiquis partim similia partim dissimilia. — Iam si satis amplae singulorum temporum superessent reliquiae, ac tam constans et stabilis haec esset interpretandi disciplina, ut per certa temporum intervalla certis finibus generatim describi posset, non magno periculo in scholiis Hesiodeis recentioris aevi ex hoc genere additamenta investigarentur. Verum quum neutrum contigerit nobis, res prope pervenit ad vanam in hoc negotio coniectandi potestatem. Igitur segregatis scholiis iis, quorum antiquitatem aut testi-

quem post Augusti tempora vixisse constet. Ex illis commemoro Hellanicum *apud Schol. Cant.*, *Ven.*, *Par.*, *Schell. ad v.* 139., quem locum usurpavit Eudocia *p.* 263., Acusilaum *ap. Schol. Cant. ad v.* 134. (*cll. Etym. M. pag.* 523., 51.) *et ad v.* 379., Alcaeum *ap. Schol. Cant. et Ven. ad v.* 313., Stesichorum *ap. Schol. Cant. et Ven. ad v.* 287. cll. Eudoc. *p.* 97. 214., quam praetermisit Kleinius *de Stesich. pag.* 62., Simonidem *ap. Schol. Cant. et Ven. ad v.* 313., Bacchylidem *ap. Schol. Cant.*, *Ven.*, *Par. et Gyrald. ad v.* 914. et *apud Schol. Par. Ruhnk. ad v.* 116. *cll. Hesych. V. I.*, *p.* 1122. *s. v.* εἰς χάος, deinde Aristotelem, Zenonem, Chrysippum, de quibus testimonia exprompsimus supra *l. III.*, *c. II.* His adiungere merito licet Phanodemum *apud Schol. modo memorat. ad v.* 914., de quo dixit Siebelis *ad Lensii Phanod. p. V. VI.*, Agathoclem Babylonium *apud Schol. Cant. ad v.* 485., qui locus ex eius περὶ Κυζίκου libris depromptus esse videtur, de quibus exposuit Io. Meursius *Biblioth. Graec. Lib. I.*, *p.* 1201. *C. ed. Gronov. Thes. Gr. Vol. X.*, denique Lycum *ap. Schol. Cant. et Ven. ad v.* 326. Nam nihil adest causae, cur hunc seiungamus ab eo, quem non sine laude commemoravit Agatharchides *apud Phot. Biblioth. c.* 250. *p.* 454. *b.* 30. *Bkk.*: Τῆς ὅλης οἰκουμένης ἐν τέτταρσι κυκλιζομένης μέρεσιν, ἀνατολῆς λέγω, δύσεως, ἄρκτου καὶ μεσημβρίας, τὰ μὲν πρὸς ἑσπέραν ἐξείργασται Λύκος τε καὶ Τίμαιος, τὰ δὲ πρὸς ἀνατολὰς Ἑκαταῖός τε καὶ Βασιλεὺς κ. τ. λ. Simili modo Timaei et Lyci memoria coniuncta est ab Tzetza *ad Lycophr. v.* 615. Lyci autem περὶ Θηβαίων librum, quem in testimonium adduxit Hesiodeus Scholiasta, idem appellavit περὶ Θηβῶν *ad Lyc. v.* 1206. Quocirca dupliciter negligentiae accusandus est Vossius, a quo nulla facta est libri mentio *de histor. Graec. I.*, 12. *p.* 78. — Dubiam deinde conditionem habent Crates et Demades. Illius memoria exstat ap. Schol. Ven. et Par. *ad v.* 5., ubi eius Βοιωτικὰ laudantur; hunc et Vossius praeteriit, ubi commemorare debuerat, *de hist. Gr. III.*, *p.* 168., nec ulla re equidem illustrare possum, nisi forte ea, quod universo scholio eximia constat fides. Alterius autem, qui prodit cum familia honestissima *ap. schol. supra memor. ad v.* 914., ne nomen quidem ab omni parte certum est. Nam Δημάδης audit apud Trincavellum tantummodo; libri minus culti et politi multum discrepant. Codex Cantabrigiensis exhibet Δημαίας, cod. Gyraldi *Opp. T. I.*, *p.* 205. *D.* Damias; et cod. Parisin. 2708., h..is, qui varias grammaticorum novissimo-

rum curas monstrat, *Δημέας*. Quocirca *Δημάδης* nomen, quod et Siebelis usurpavit *Phanod. p.* 6. 7. et Lobeckius *Aglaoph. pag.* 546., videndum erit, ne recentissima memoria in Scholion fuerit introductum. Quale vero in librorum corruptela lateat nomen, nullo modo definiri potest; sed antiquissimum aliquem commemorari auctorem, ex reliquo testimonio apertum est. Eatenus probe convenit Demades, rhetor Atheniensis, quem *περὶ Δήλου καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων* scripsisse tradit Suidas. V. praeterea Meursium *Bibl. Att. l. II., p.* 1477. *A. B. ed. Gron. Thes. Vol. X.* Itaque felix est fortasse grammatici commentum; sed si quis coniecturam audeat periclitari, verisimilitudinem non prorsus impeditam habet *Δήμων*, Atthidis scriptor. V. Siebel. *Phanod. p. VIII. sqq.* — Reliqui qui in Scholiis afferuntur scriptores ad Alexandrinorum disciplinam pertinent omnes. Sic Callimachus *ap. Schol. Cant., Ven. et Par. ad v.* 82., ob insignem scripturae discrepantiam commemorandus, Mnaseas Patarensis *ἐν τῇ τῶν Δελφικῶν χρησμῶν συναγωγῇ ap. Schol. Par. et Schellersh. ad v.* 117. *cll. Creuzer. epp. ad Herm. pag.* 148., Asclepiades Myrleanus *ἐν τοῖς Τραγῳδουμένοις ap. Schol. Cant., Ven., Paris. ad v.* 223., denique Habro et Trypho, grammatici, *apud Schol. Cant. ad v.* 389.: *Ὠκεανίνη: τὰ τοιαῦτα ὀνόματα ὁ μὲν Ἅβρων φησὶ πατρωνυμικά, Ὠκεανίνη, Ἀδρηστίνη, Αἰητίνη. Τρύφων δὲ παρώνυμα, ἐπεὶ οὐκ ἔχει ἄῤῥενα παρακείμενα πατρωνυμικῶς.* Similia habet cod. Venetus. Hoc exemplum ad definiendam scholiorum originem maximae est auctoritatis. Nam quum scholiasta Habronis et Tryphonis dissensum significasse satishabuerit, Apollonii autem Dyscoli, Herodiani aliorumque quorum potior erat sequenti memoria auctoritas, nullam admiserit commemorationem, prius iacta esse scholiorum fundamenta, consectarium est. Ceterum plerique postea in Habronis sententiam discesserunt. V. Dionys. Thrac. *Gramm. c.* 14., *p.* 635., 1., Priscian. *Instit. l. II., c.* 7. *p.* 83. *Krehl.*, Eustath. *ad Il. p.* 776., 5. 6.

Trypho vixit Augusti aetate; recentiore qui vixerit, nullus allatus est auctor. Nam Synesii, Simocattae Bibliorumque memoria *ap. Schol Ven. ad v.* 578. 761. 429. de Triclinii penu accessit. Vid. Morellum *in Wolf. Anal. F.* 3., *p.* 265. 266. Postremus locus non debuisset adeo imponere Graevio, ut scholiorum auctorem pronunciaret Christianum. Contrarium videlicet efficitur ex proxima scholiastae Cantabrigiensis otatione *ad v.* 413. *p.* 253. *Bas.*: *μοῖραν ἔχειν: διὰ*

τὸ ἑκάστῳ προνοεῖσθαι. τῶν γὰρ ἐν γῇ καὶ ἐν θαλάσσῃ πάντων ἄρχει ἡ εἱμαρμένη· ὡς γὰρ θεῷ εὐχόμεθα τῇ μοίρᾳ. Similia praebet Venetus liber; sed sive Triclinius sive alius quis ultima transmutavit, scilicet ne Christianorum laederent animos: *ὡς γὰρ θεᾷ πάντες εὔχονται τῇ μοίρᾳ.*

Praeterea multis locis insignia supersunt veteris tum consuetudinis tum eruditionis monumenta, quibus aut nihil aut non multum obfuit certe temporum iniquitas. Haec deinceps recensebimus paucis; perspicua enim sunt pleraque. Primum schol. Cant. *ad v.* 832.: *ἀγαύρου: κακοῦ, ἢ ἀπόρου, Ἰωνικῶς* *). *ἄγαυρος προπαροξύνεται. Τὰ γὰρ εἰς ρος ὀνόματα, τῇ αυ διφθόγγῳ παραληγόμενα, ἔχοντα κατ᾽ ἰδίαν θηλυκὰ ὀξύνονται· οἷον ἀφαυρός, ἀμαυρός. τὸ δὲ ἄγαυρος βαρύνεται πλεονασμῷ τοῦ α ἐκ δισυλλάβου τοῦ γαύρου γινόμενον. Τὰ δὲ μὴ ἔχοντα θηλυκὰ προπαροξύνεσθαι θέλει· οἷον Ἐπίδαυρος —, Ἄγραυλος* (leg. *Ἄγλαυρος*), *Κένταυρος. σημείωσαι τὸ θησαυρός ὀξυνόμενον.* Haec ex vetustis technicorum Alexandrinorum commentariis fuisse derivata ostendit Arcadii praeceptum haud absimile, sed compendifactum, *de accent. pag.* 72., 20. *sqq.*: *τὰ εἰς ρος ὑπερδισύλλαβα παραληγόμενα τῇ αυ διφθόγγῳ μὴ ἔχοντα θηλυκὰ προπαροξύνεται, Πίσαυρος, Ἐπίδαυρος, Κένταυρος, Ἄναυρος* (*Scut. v.* 477., Turneb. *Advers. III.*, 2. *p.* 75.). *τὸ δὲ θησαυρός ὡς περιεκτικὸν ὀξύνεται, ὥσπερ καὶ τὰ τριγενῆ, ἀμαυρός, ἀφαυρός.* Ab Arcadio autem quod de v. *ἄγαυρος* nihil dictum est, non sine insigni quadam causa accidit, quam paucis explicuisse multum erit e re nostra. Etenim Schol. Hesiodeus vetustiorum servavit decreta, Arcadius recentiorum sequutus est doctrinam, qui *ἀγαυρός* scribendum esse praecipiebant. In hanc enim sententiam de h. v. decrevit Eustathius *ad Odyss. p.* 1444., 7. *sqq.*, ubi Arcadii cognatamve respicit disputationem nulla ex parte pleniorem, ita ut alteram doctrinam ne cognosse quidem videatur. Deinde aequalis fuit plerorumque recenti aetate conditio, v. c. Methodii *in Etym. M. p.* 6., 38. *sq.* Cfr. *Et. Gud. p.* 3. *p.* 118., 40., Eustath. *Od. p.* 1447., 58.

---

*) Perverse Gaisfordus verba in eam disposuit sententiam, ut *ἄγαυρος* ex Ionum consuetudine *προπαροξυτόνως* proferri dicatur. Restitui veram ed. Basileensis distinctionem, *pag.* 265., quam illustrat Etymol. M. *p.* 6., 33. *sq. s. v.*: *σημαίνει δὲ καὶ τὸν ὑπερήφανον. ὑπὸ δὲ Ἰώνων τὸν ἄπορον· ὑπὸ δὲ Ἀττικῶν τὸν κοῦφον.*

Il. p. 919., 29., Nicand. *Theriac. v.* 661. Origo autem recentis doctrinae aperienda est in Herodiani commentariis *apud Orion. Etym. p.* 14. *s. v.* ἀγαυρός: παρὰ τὸ ἄγην τὴν ἔκπληξιν ἀγηρός. οὕτως εὗρον ἐν τῷ περὶ παθῶν Ἡρωδιανοῦ. Cfr. Etym. M. *p.* 6., 32. 3., ubi auctoris tantum abest nomen. Utrumque librarium ad Herodiani mentem vocabulis imposuisse signa, colligitur ex etymologia. Nam ἀγηρός βαρυτόνως scribi nequit. V. Arcad. *pag.* 71., 13. *sqq.* Quod quum ita sit, Hesiodei scholiastae praecepta ante Herodiani tempora perscripta fuisse et ex antiquiorum grammaticorum disciplina prodisse prope consectarium est; Herodianus autem partim improbavit illa et abiecit, partim probavit et suscepit, quemadmodum multa principum in hac arte virorum decreta ad verbum in commentarios reposuit suos. Deinde *minutissimum illum artium sciscitatorem* plerique sequuti sunt auctorum; vetustior sententia obtinuit apud paucos, v. c. apud Hesychii *T. I.*, *p.* 37., Suidae *T. I.*, *p.* 24. et Hesiodi librarios, quos admonebat scholiastae notatio. — Deinde schol. Cant. et Venet. *ad v.* 326.: φῖκα δὲ αὐτὴν (τὴν σφίγγα) οἱ Βοιωτοὶ ἔλεγον, tradidisse vera, commode monstrare licet ex iis, quae Turnebus *Advers. l.* 2., *c.* 10. *p.* 85. *ed. Bas.*, Graevius *Lect. Hes. c. XXII. p.* 109., Galeus *ad Palaeph. c. VII. p.* 18., interpr. *ad Hesych. T. II.*, *p.* 1505. *s. v.* φίγα, φίκα, σφίγγα, et nuperrime O. Muellerus *Hist. Gr. Gent. T. I.*, *p.* 33. studiose composuerunt testimonia. Sed omnium tamen luculentissimum, quod latuit apud Platonem, ab nullo dum in hac causa est usurpatum, *Cratylo pag.* 414. *HSt.*: *primitivam vocabulorum speciem saepenumero accessione litterae demutari ad pronuntiationis commoditatem*, ὥσπερ καὶ τὴν σφίγγα ἀντὶ φιγγὸς σφίγγα καλοῦσιν. Ceterum accentus naturam, qui prave interdum imponitur vocabulo, abunde illustrant regulae prosodiacae Herodiani, si credimus Bastio, ab Hermanno editae *de em. Gr. gr. p.* 434. §. 64.: τὸ ἴξ καὶ φῖξ ἐκτείνονται. — Praeterea verbo commemoro schol. Cant., Par. et Ven. *ad v.* 250. εὐειδὴς Γαλάτεια: τοῦτο τὸ ἐπίθετον ἀφορμὴν παρέσχεν τοῖς νεωτέροις διασκευάσαι τὸν τοῦ Κύκλωπος ἐπὶ τὴν Γαλάτειαν ἔρωτα. Haec enim annotatio proxime accedit ad similitudinem multorum scholiorum Homericorum. — Insuper singulatim expendenda sunt schol. Cant. et Ven. *ad v.* 338. cll. Schol. *Ap. Rhod. II.*, 866. *I.*, 185. et Schol. *Nicand. Alexipharm. v.* 150., schol. *ad v.* 1002., schol. Cant., Ven., Par. *ad v.* 54. cll. Lobeck. *Agl. p.* 49. *p.* 662., schol. Cant. et Par. *ad v.* 12. cll. Lobeck. *Aglaoph. p.* 127. *sq.*, schol

'Ησίοδός τε καὶ Ξενοφάνης καὶ 'Εμπεδοκλῆς. Aristotel. *de Caelo l.* 3. *p.* 298., 27. *sqq.*: μάλιστα μὲν οἱ περὶ 'Ησίοδον, εἶτα καὶ τῶν ἄλλων οἱ πρῶτοι φυσιολογήσαντες. Cfr. *Metaph. IV.*, 23. *p.* 1023. Orig. *Philosophum. c.* 26. *p.* 172. *ed. Wolf.*: 'Ησίοδος δὲ ὁ ποιητὴς καὶ αὐτὸς περὶ φύσεως οὕτω λέγει ἀκηκοέναι παρὰ Μουσῶν. Io. Diacon. *Alleger. p.* 545., 10. *sqq.*: ἣν τινα δὴ βίβλον Φυσιογονίαν οἶμαι καλεῖν δέον, ὅτι περὶ φυσικῶν τινῶν γενέσεων διαλαμβάνει. Eadem appellatio pervenit ab hoc ad Italos quosdam secundarii nominis, v. c. L. Caelium Rhodiginum *Lect. Ant. l. I.*, *c.* 4. *p.* 15. *F.*, *l. XIV.*, *c.* 14. *p.* 757. *G.* Denique Cyrilli accedat sententia *advers. Iulian. l. III.*, *c.* 75. *C. ed. Spanh.*: βούλει τῇ Μωσέως κοσμογενείᾳ (sic) τὴν 'Ησιόδου συμβαλόντες ἐρευνήσωμεν ἃ τεθαύμακας ὁμοῦ πατράσι τοῖς σοῖς. Cfr. Theophil. *ad Autol. II.*, 5. *p.* 90., Tzetz. *praef. Hes. pag.* 34., 11.

2. *Hesiodus Deorum generationem unius libri opere complexus est.* Lactantius Firmianus *Divin. Instit. l. I.*, *c.* 5. *p.* 232. *E. Galland. T. V.* Ergo eandem Theogoniae formam etiam criticorum Alexandrinorum aetate obtinuisse probabile est. Patri sancto convenit de hac re cum Latino eiusdem nominis grammatico, Lactantio Placido *Narrat. fabul. Ovid. Metamorphos. p.* 788. *ed. Staver.*: *Hesiodus indicat volumine, quod Deorum originem continet.* Qui quidem auctor licet seriori tempori merito accenseri soleat, vetustiorum tamen multis locis legit vestigia. Denique quod Libanius Theogoniam atque Opera et Dies ὁμοίᾳ τε καὶ ἴσῃ σπουδῇ composita esse asserit *T. IV.*, *p.* 952., 12., ab celeberrimo sophisticae artis magistro quum non frustra dictum esse possit, in eandem sententiam iure explicare mihi videor.

His testimoniis nihil omnino adversari videtur, nisi unicum Lactantii Placidi exemplum *ad Stat. Theb. IV.*, 482., ubi citat *Hesiodum in his libris, quos de Theogonia scripsit.* Quodsi Ovidianarum fabularum explicationes commentariique Statiani ad unum auctorem necessario essent referendi, expeditum videretur omnibus de hoc loco iudicium. Verum ut nunc se res habet (v. Fabric. *Bibl. Lat. T. I.*, *p.* 266. 436.), non prorsus contemnendum est testimonium. Multa profecto in Statianis commentariis et in ipso hoc exemplo insunt recentis curae socordiaeque documenta; verum iidem tamen nonnumquam exquisita doctrina conspicui sunt tum Latina tum Graeca. Itaque quum nequaquam absimile sit veri, nonnullos grammaticos Graecos Theogoniam

in duo sive in tres libros dispescuisse, eiusmodi auctores Lactantius fortasse sequutus est. Quae quidem sententia eo esset speciosior, si forte alii quoque scriptores, praesertim Latini, uberius nostro carminis exemplar usurpasse viderentur. Interim contra adversarios tenaces haec pertendere non licet.

3. Plena et absoluta carminis descriptio, quae distinctam referat rerum eo traditarum imaginem, nec ab ullo scriptore antiquo instituta est nec exspectari merito potuit. Magnam tamen ni fallor ad hanc causam fecimus iacturam in Eudociae Violario *pag.* 225.: *Θεῶν δὲ τὴν γένεσιν ἢ μᾶλλον Θεογονίαν τὴν κατὰ τοὺς παλαιοὺς οὔ μοι δοκεῖ παρεᾶσαι, ἀλλ' ὅτι γε ἐν τῷ Θῆτα στοιχείῳ καταντήσασα, αὐτὴν γραμματικῶς ἐκτίθεμαι.* Verum librariorum stupor irritam fecit illius diligentiam.: exciderunt enim ea, quibus istum in modum praefata erat. Reliqua quae huc pertinent bonorum scriptorum testimonia magna ex parte minus certum capropter habent usum, quod exiguam tantum carminis partem neque eam continuam comprehendunt. Nam Manilius *Astron. II.*, 11—18. quamquam praeclaras quasdam Theogoniae fabulas composuit, non hoc tamen egit, ut omnem eius ambitum paucis describeret, sed eas potissimum elegit, quae et exornari pulchre possent et acumen adderent sententiae. Sed quum ornatum orationis prae ceteris sequutus fuerit, accidit interdum, ut Hesiodi sententiam aut obscuraret aut interpolaret. V. *v.* 13. 14. 18. — Deinde Gregorius Nazianzenus pauca per saturam exprompsit Hesiodearum fabularum fragmenta. V. *Orat. III.*, *p.* 103. *D.* 104. *A. ed. Bill. T. I.* Ad huius autem exemplum plane composuit sese Scholiasta sive Nonnus sive alius quis, in explicanda Gregorii narratione unice occupatus. Vid. *l. III.*, *c. X. fin. c. XI. XII.* Minus etiam disertum est Cyrilli testimonium *adv. Iulian. l. II.*, *p.* 53. *D.*, qui postquam Theog. *v.* 104—138. accurate persequutus est, reliquam carminis descriptionem paucis verbis complexus est hisce: *εἶτα τούτοις ἐπάγει συρφετούς τινας εἰκαίων καὶ ἀσυστάτων διηγημάτων.* Quae meminisse oportet et ab homine Christiano dici et ab eo, qui rerum Graecarum studia non magni aestimabat. Denique perfunctoria Clementis narratio Alexandrini haud quemquam in errorem induxerit *Cohort. ad Gent. p.* 22. *ed. Potter.*: *θεοὺς τοὺς δώδεκα, ὧν καὶ Θεογονίαν Ἡσίοδος ᾄδει τὴν αὐτοῦ.*

Sed manca haec et imperfecta notationum genera minus negotii facessunt critico quam ea, quae nec accurate satis nec distincte instituta sunt, ita ut quae aut ad omnia Hesiodi carmina aut ad universam anti-

quae poeseos indolem pertinent, ab sola Theogoniae memoria non usquequaque fuerint seiuncta. Singulis exemplis rem illustrabimus. Nota sunt convicia ab Xenophane in Hesiodum et Homerum coniecta *ap. Sext. Emp. adv. Physic. l. I.*, c. 193. p. 593.:

πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε,
ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν, ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστί,
κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Concinit huic cum aliorum turba Diogenes Laertius *VIII.*, 21.: *φησὶ δὲ Ἱερώνυμος κατελθόντα τὸν Πυθαγόραν εἰς ᾅδου τὴν μὲν Ἡσιόδου ψυχὴν ἰδεῖν πρὸς κίονι χαλκῷ δεδεμένην καὶ τρίζουσαν, τὴν δὲ Ὁμήρου κρεμαμένην ἀπὸ δένδρου καὶ ὄφεις περὶ αὐτὴν, ἀνθ' ὧν εἶπον περὶ θεῶν.* Haec quidem hisque similia paullo sunt in Hesiodum dicta contumeliosius, quam Theogonia nostra meruisse videri potuit. Sed ne quis hanc solam ob causam uberiorem olim exstitisse carminis speciem protinus coniiciat, tenendum inprimis est tum quod ab his quoque Hesiodi Homerique memoria non stricte diremta est, tum quod aliis carminibus Hesiodus ampliorem Deos perstringendi habuit potestatem.

Deinde non praetermittendum hoc loco est celeberrimum illud Herodoti dictum *l. II.*, c. 53.: *Ἡσίοδος καὶ Ὅμηρός εἰσι οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες.* Haec manifesto omnia eum in modum disposita sunt, ut in utrumque poetam aeque conveniant. In Theogonia igitur quum paucorum *ἐπωνυμίας, τέχνας, εἴδεα* accurate designaverit poeta, honorum autem descriptio non tam inchoata quam promissa sit, quamquam multa ex hoc genere in aliis carminibus praesertim *γυναικῶν καταλόγῳ* exprompta esse potuerunt, tamen videndum erit, ne Herodotus Theogoniam usurpaverit saltem honorum descriptione aliqua ex parte ditiorem. Certe non elevant dubitationem quae protulit Heynius *Comment. Soc. Gotting. a.* 1779. *T. II.*, p. 131.

Multo minorem in hac causa auctoritatem assignaveris Luciani loco, de quo multi aliquando parum caute iudicarunt, *l. de Saltat.* c. 37. *sqq. T. V.*, p. 146. *sqq.*: *τούτῳ τῷ διαστήματι* (inde ab Chao rerumque primordiis ad Cleopatram usque) *περιωρίσθω ἡμῖν ἡ τοῦ ὀρχηστοῦ πολυμάθεια καὶ τὰ διὰ μέσου μάλιστα ἴστω· Οὐρανοῦ τομὴν, Ἀφροδίτης γονάς, Τιτάνων μάχην, Διὸς γένεσιν, Ῥέας ἀπάτην, λίθου ὑποβολὴν, Κρόνου δεσμά, τὸν τῶν τριῶν ἀδελφῶν κλῆρον. εἶτα ἑξῆς Γιγάντων ἐπανάστασιν, πυρὸς κλοπὴν, ἀνθρώπων πλάσιν, Προμηθέως;*

κόλασιν, Ἔρωτος ἰσχὺν ἑκατέρου. καὶ μετὰ ταῦτα Δήλιν πλάνην, et reliqua usque ad Cleopatrae fata. Quibus finitis adiungit statim *c.* 61. *p.* 155.: *συνελόντι δὲ εἰπεῖν οὐδὲν τῶν ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου καὶ τῶν ἀρίστων ποιητῶν καὶ μάλιστα τῆς τραγῳδίας λεγομένων ἀγνοήσει.* Haec igitur verba quamquam nihil obstant, quominus principio ille fabularum recensus magnam partem ad Hesiodi auctoritatem institutus esse videatur, praeclare tamen item monstrant non totum indidem pendere illum. Itaque ad verum Hesiodearum fabularum ordinem instaurandum explendumque nihil omnino habet auctoritatis. Ceterum concisa illa mythorum descriptio tantum non ubique fabularum refert indices scenicarum, multo poetarum usu celeberrimos.

Denique coniunctissima cum hac causa duo sunt Apollodori atque Hygini monumenta, quae quamquam Hesiodei nominis auctoritatem non prae se ferunt, tamen propter narrationis convenientiam magna ex parte ad eandem compositam esse convenit. Primum de Hygini dicam exemplo, quod est in principio libri fabularum. Comprehendit sane illud multas Deorum genealogias Hesiodo aut aequales aut non prorsus absimiles. Attamen huic auctori nec ubi consentit nec ubi dissentit magnam sive ad confirmandam sive ad infringendam codicum Hesiodeorum fidem tribuerim potestatem. Nam primum multa insunt incredibilis socordiae incogitantiaeque documenta, quae non librariis tantum, verum ex parte primo farraginis auctori imputanda esse convenit. Velut *pag.* 10. *Scheff.*: *Ex Astreo et Aurora Zephyrus, Boreas, Notus, Favonius*, ultimum vocabulum ad genuinam Hesiodi famam stupore scriptoris accessit ad numerum ventorum quaternarium explendum. Sed optione infausta factum est, ut adiungeretur illud quod primum nomen ex omni parte aequat. Simili negligentia *pag. ead.*: *Ex Pallante gigante et Styge vis, invidia, potestas, victoria, fontes, lacus*, exempla ultima duo quae ad familiam pertinent omnino diversam, perperam admista sunt Hesiodeis. Deinde libelli auctori nullam fuisse carminis copiam praeclare perspicitur ex Nereidum catalogo, quem miserum in modum ille ex Homeri Virgiliique exemplis compilavit paucisque aliis nominibus complevit. Sed tanta fuit hominis perspicacia, ut Panopen Homericam secure coniungeret cum Virgilii Panopea, deinde bis inferret Clymenen, quippe quae ab utroque poeta esset usurpata. Denique quum secundum Iac. Micylli narrationem *tota pagina prima in exemplari manu scripto vetustate ita obliterata et corrupta esset, ut praeter vestigia litterarum propemodum nihil deprehendi*

certo posset, cohibendum saltem erit iudicium, donec editoris diligentia accuratiore codicis perscrutatione fuerit comprobata.

Longe gravius est Apollodori testimonium tum propter auctoris dignitatem, tum quod totum aliquod complectitur fabularum corpus ordine et via prolatarum. Exstant profecto in hoc libro multa poeticae imitationis documenta, tum singulorum vocabulorum tum dictionum sententiarumque usu conspicua. Verum nec haec res nec recentissimorum quorundam grammaticorum testimonia eam habent vim, ut de integritate et authentia scripti nulla omnino possit oboriri dubitatio. Primum inde ab Photii aetate quantis bibliotheca fuerit infestata temporum iniuriis, si quid aliud est in aperto positum. Deinde quum in pleraque veterum scripta longe prius exitiabilis invasisset clades, partim vehementissima omnium rerum mutatione, partim studio hominum perverso atque importuno: salvam exinde prodisse illam eo minus veri est simile, quod et quotidiana consuetudine terebatur et ipso materiae genere ad omnem mutandi licentiam invitabat. Denique rem absolvit accurata eorum temporum recordatio, quibus hoc opusculum consarcinatum fuisse autumant. Nempe vegetissimo Graecarum litterarum statu summoque florente epicorum poetarum studio vixit Apollodorus. Quodsi illa aetate eiuscemodi fabularum breviario omnino erat opus puerorum scilicet in usum, certe aut minus exile evasisset et mancum, aut ab Apollodoro consummatissimae eruditionis grammatico paullo doctius et limatius fuisset elaboratum. Quapropter qui caute et circumspecte in hac causa versari volunt, iis Heynii de Apollodori libro iudicium prorsus erit abrogandum. Conscriptus autem videtur esse liber quum vetusta Graecorum mythologia vix ullum haberet nisi in poetarum lectione usum grandiaque veterum grammaticorum volumina nimis molestam operam exhibere multis viderentur. Quodsi cum Apollodori nomine eiusdem fabularum descriptio transiit in bibliothecam in compendium illa redacta, non ab omni parte liber destitutus est auctoritate. Sed quum nec hac de re quicquam pronuntiari possit certi, et recentium grammaticorum librariorumque insignia in eo supersint conamina, et in hac causa et in omni re dubia nisi summa cautione adhibendus omnino non est.

Fabulas Graecorum de Dis antiquissimas genealogicum in ordinem hoc carmine fuisse compositas, tum Platonis aliorumque testimonia modo adducta obiter indicant, tum luculentius enucleatiusque illustrat Menander *Encom.* I., 6. p. 42.: οἱ μέν γε νομίζοντες οὐδὲν διαφέρειν καὶ τὰς γενεαλογίας μύθους εἶναί φασιν, οἷον εἰ βούλει

ὅσα τοῖς ἀκούουσι καὶ Ἡσίοδος καὶ Ὀρφεὺς ἐν ταῖς Θεογονίαις εἰρήκασιν. εἰσὶ μὲν γὰρ γενεαλογικαὶ αὗται, οὐδὲν δὲ ἧττον μυθικαί. *Ibid. I.*, 7. *p.* 47.: σπανίως ὕμνον εὑρεῖν εἴη ἂν τῶν θεῶν, ἐν ᾧ τὸ γενεαλογικὸν μόνον φέρεται (πλὴν εἴ τις ὑπολαμβάνοι τὰς Θεογονίας ὕμνους εἶναι τῶν θεῶν). — Interea non in sola genealogiarum recensione exili illa et sordida sese continuisse poetam, verum prudenter varia admiscuisse historiarum sententiarumque condimenta, cum alia indicant, tum accurate colligitur ex veterum de omni poesi Hesiodea iudicio. Vere illud rettulit Eustathius *ad Il. p.* 263., 5. *sqq.*: εἰσὶ τρεῖς ἰδέαι λόγων κατὰ Πλάτωνα, ἡ μιμητικὴ καὶ δραματικὴ καθ' ἣν ὁ ποιητὴς συνεχῶς εὐδοκιμεῖ τοῖς ἤθεσι τῶν εἰς μίμησιν ὑποκειμένων προσώπων· δευτέρα ἰδέα ἡ ἀμίμητος, ὡς ἡ Φωκυλίδου καὶ Θεόγνιδος· καὶ τρίτη ἡ μικτή, ὡς ἡ τοῦ Ἡσιόδου. ἐν γοῦν τοῖς ἀμιμήτοις καὶ ψιλοῖς ἀνάγκη τὸν ποιητὴν ἐπαγωνίζεσθαι πολυτρόπως ἐπικαλλύνοντα τὴν φράσιν σχήμασι καὶ λοιπαῖς παντοίαις ἐξαλλαγαῖς. Vitiata hac parte est Scholiastae auctoritas *ad Il.* β, 494. *p.* 79. — Quapropter ea fuisse videtur antiquissima aetate Theogoniae conditio, ut ob eius memoriam Hesiodus inter hymnographos ab nonnullis fuerit relatus. V. Tzetz. *praef. ad Lycophr. p.* 258. *ed. Mueller.*: ὑμνόγραφοι δὲ ποιηταὶ οἱ εἰς θεοὺς γράφοντες ὕμνους, ὥσπερ ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος Ὀρφεύς, Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Ἀσκληπιάδης καὶ ἕτεροι. Certe hymni Hesiodei ab nullo scriptore antiquo diserte commemorantur.

Haec fere de rerum dispositione externoque carminis habitu memoriae prodita sunt; pauciora etiam de metri eloquutionisque proprietate et de universa poeticae virtutis facultate supersunt testimonia. In genere quod Quinctilianus palmam Hesiodo defert in medio genere dicendi, id nec ab Theogonia alienum et in eam quoque pronuntiatum esse dixerim. Deinde Maximus Tyrius cum in omnibus antiquae poeseos monumentis tum in hoc carmine laudibus decoravit τὸ προσηνὲς τῶν ἐπῶν καὶ τὸ εὐανθὲς τῆς ἁρμονίας. V. *Diss. XXXII.*, 2. *p.* 379. Dictum hoc est manifesto tum de aequabili ac suavi numerorum decursu, tum de grata sententiarum lenitate. Convenit igitur ex parte Dionysii et Quinctiliani de omni Hesiodeae poeseos indole narrationi; laudatur eis λειότης ὀνομάτων καὶ σύνθεσις ἐμμελής h. e. fere: plana et concinna vocabulorum enunciatorumque compositio. Sed summas carmen tulit ab Menandro laudes *l. de Encom. I.*, 7. *p.* 49.: ἀρετῇ δὲ

ἑρμηνείας ἐν τοῖς τοιούτοις (genealogiis) καθαρότης, ὡς τὸ ἀπροςκορὲς γένοιτ' ἂν ἐν ποιήσει ἐκ συμμετρίας τῶν περιφράσεων, ἔν τε συγγραφῇ ἐκ τῆς ποικιλίας τῶν κώλων. παρέσχε δὲ τὴν μὲν ἐν ποιήσει ἀρετὴν Ἡσίοδος· καὶ γνοίη τις ἂν μᾶλλον, εἴ τι Ὀρφέως παραθείη. Atque illa quidem ἑρμηνείας καθαρότης ab omni parte congrua est Hermogenis iudicio, de quo diximus *l. III.*, *c. V.* Sed τῶν περιφράσεων συμμετρία quo pacto in carmine nostro praedicari aequam potuerit, non assequor. Nam quoque modo interpreteris verba, singulas Theogoniae partes inaequabili et inconstanti περιφράσεων usu vel maxime hodie discrepare in aperto positum est. Itaque si forte quasdam carminis particulas post Menandri aetatem aut accessisse aut detractas esse demonstratum fuerit, et explicatum idoneum habebit testimonium et confirmabit in genere quae singulatim fuerint disputata.

Haec in laudem fere dicta sunt omnia: contra non desunt quae in vituperium poetae vertantur. Licet haec omnia uno μικροπρεπείας nomine complecti, quam Hesiodo in genere exprobrarunt antiqui. Primum enim deprehenditur ea in exili, quam assumpsit celebrandam, carminis materia; quam quidem ob rem leni castigatione Hesiodum iam perstrinxit Quinctilianus *l. X.*, *c.* 1. §. 54.: *Panyasin ex utroque* (Hesiodo et Antimacho) *mixtum putant, in eloquendo neutrius aequare virtutes: alterum* (Hesiodum) *tamen ab eo materia, alterum disponendi ratione superari.* Videlicet Hesiodus eum locum ex professo et humili quadam usus diligentia pertractavit, unde Homerus passim exprompsit condimenta rerum ad augendum carminum heroicorum splendorem. Sic de Operibus et Diebus iudicavit Eustathius *ad Il. p.* 613., 5. *sqq.*: Τὸ δὲ φήγινος ἄξων φιλοτίμως παρέρριψεν ὁ ποιητὴς ὡς τεκτονικὸν παράγγελμα μονονουχὶ λέγων δεῖν φήγινον εἶναι τὸν τοιοῦτον ἄξονα, οὐ κατὰ τὴν Ἡσιόδου μικροπρέπειαν ἐν ἔργῳ τὰ τοιαῦτα παραγγέλματα θέμενος, ἀλλ' αὐτὰ μὲν ἐπιτρέχων καὶ ἐν παρέργῳ τιθείς. Adde *ib. p.* 501., 38. Idem quum in Deorum Genealogias dici possit, ab Homero in tempore nonnumquam carmini interpositas, Hesiodo operose in unum corpus coactas conglutinatasque, poetam in hac causa vituperationem evitasse non ab omni parte iniustam vix crediderim. Hinc manifestum fit, quo tendat superbum Heracliti Ephesii dictum *apud Diog. Laert. l. IX.*, *c.* 1.: πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει. Ἡσίοδον γὰρ ἂν ἐδίδαξε καὶ Πυθαγόραν, αὖθίς τε Ξενοφάνεά τε καὶ Ἑκαταῖον.

Coniunctum cum hoc genere ac prope consectarium illud est, quod *magna carminis pars in nominibus occupata est.* Hoc quidem et in genere notatum est ab Quinctiliano et grammaticis ansam dedit, ut Hesiodeae poeseos proprietatem aliqua ex parte inde describerent. V. Eustathius *ad Il. p.* 1131., 21. *sqq.*: φασὶν (οἱ παλαιοὶ) ὅτι Ὅμηρος μὲν κατὰ τὸ κοινὸν αὐτὰς εἴωθε λέγειν τουτέστι προςηγορικῶς Νηρηΐδας, καθὰ καὶ Εἰλειθυίας καὶ Μούσας, ὁ δὲ κατ' ὄνομα χαρακτὴρ Ἡσιόδειος. Cfr. Schol. A. *ad Il.* α, 39. *p.* 488.

Tertium denique quod in Hesiodi carmine notatum ab criticis est vitium, quamvis natura et indole diversissimum, ad idem tamen μικροπρεπείας genus pertinet et ex eadem origine est repetendum. Latet res in impedita nimisque concisa scholiastae Veneti annotatione *ad Il.* ω, 614—617. *p.* 647.: ἔστι δὲ καὶ Ἡσιόδεια τῷ χαρακτῆρι καὶ μᾶλλόν γε τὸ ἀμφ' Ἀχελώϊον ἐῤῥώσαντο. καὶ τρὶς κατὰ τὸ συνεχὲς τὸ ἐν. Quo loco quum plura proprietatis genera manifesto ad Hesiodi similitudinem referantur, videndum erit, quid certo inde possit elici. Primum eximendus ex reliquorum communione est *v.* 615.:

ὅθι φασὶ θεάων ἔμμεναι εὐνάς.

Habet enim colorem prorsus Homericum. V. *Il.* β, 783. Deinde quod diserte grammaticus ex Hesiodo repetit ἀμφ' Ἀχελώϊον ἐῤῥώσαντο, pertinet ad Theogon. *v.* 8. Hoc certissime ex eius verbis colligitur; reliqua quum in genere indicasse satis habuerit, tunc et ipsa omnibus fuerint perspicua necesse est. Facile autem deprehenditur levis quaedam et secundaria in vocabulorum dispositione similitudo: nam Homerica:

ὅθι φασὶ θεάων ἔμμεναι εὐνὰς
Νυμφάων, αἵτ' ἀμφ' Ἀχελώϊον ἐῤῥώσαντο,

plane conveniunt Hesiodeis *Theog. v.* 129. 130.:

γείνατο δ' οὔρεα μακρὰ θεῶν χαρίεντας ἐναύλους
Νυμφέων, αἳ ναίουσιν ἀν' οὔρεα βησσήεντα,

Verumtamen haec ratio non unius propria est Hesiodi, sed in exemplis similibus undique comparet apud Homerum. Contra gravius est et maiorem persuadendi vim in hac causa habet illud, quod grammaticus nimis prolixum illud et profusum expositionis genus, quod cernitur apud Homerum in his verbis:

νῦν δέ που ἐν πέτρῃσιν, ἐν οὔρεσιν οἰοπόλοισιν,
ἐν Σιπύλῳ, κ. τ. λ.

quum in multis idem occurrat Theogoniae exemplis, inter

Hesiodei sermonis proprietates referre maluerit. Exemplum plane geminum promi potest ex Theog. *v.* 483. 4:

κρύψεν δέ ἑ χερσὶ λαβοῦσα
ἄντρῳ ἐν ἠλιβάτῳ, ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης,
Αἰγαίῳ ἐν ὄρει πεπυκασμένῳ, ὑλήεντι.

Similiaque in hoc carmine exstant plurima, ubi nimis operose utitur poeta ac paene minuto eloquutionis genere et in una eademque re designanda diutius quam par erat immoratur; quod quidem vitium arcte coniunctum est cum omni eius *μικροπρεπείᾳ*. Quod quum ita sit, maximopere vereor, ne Bekkerus importune mutaverit Villoisoniani exemplaris scripturam. Illic enim pro *ἓν* expressum est *ἕν*; verba deinde *καὶ τρὶς κατὰ τὸ συνεχὲς τὸ ἓν* ab eis quae praecedunt minore distinctionis signo seiuncta sunt, ita ut eadem ad Hesiodi proprietatem pertineant. Haec si recte disputavimus, magnum inde nascitur artis criticae severe exercendae adiumentum. — Sed ulterius etiam tuto pergredi licet. Nam quum hoc eloquutionis vitio et unius verbi usu secundum disertam scholiastae narrationem nondum omnia, sed praecipua tantum quae in exemplo Homerico insunt Hesiodeae proprietatis vestigia contineantur, si quid insuper lateat studiose erit indagandum. Videor autem mihi novum aliquod propinquitatis genus repperisse in eo, quod *vv.* 614—617., quibus apposita est nota, sine ulla necessitate et contra manifestum loquentis consilium introducti sunt. Etenim omnis oratio habita ab Achille est in consolationem Priami, cui filii cadaver erat redditurus quemque ad coenam invitat sumendam. Eam in rem valde appositum erat Niobes exemplum, quae iusta Deorum ira omnem simul perdidit sobolem. Corpora novem per dies iacebant inhumata: dura enim erant popularium pectora: decimo tandem curarunt illa Supremi. Tanta erant Niobes infortunia: nihilominus in summo dolore non fuit coenae prorsus immemor. Hactenus omnia apta sunt et inter se copulata: quod vero proximis versibus Niobe in lapidem mutata fuisse ac sempiterno dicitur cruciari dolore, id nec accurate nexum est cum reliqua oratione et si quid aliud ab Achillis consilio abhorret. Videlicet cernitur in hac re quoddam *μικροπρεπείας* genus, quod in iis quae ad rem apposita sunt sese continere non potuerit poeta, sed quicquid de eadem compererat fabula, citra loci consilium intempestive protruserit. Hoc igitur errore quamquam veterum poetarum vacat nullus, quippe coniunctus ille est cum antiquissimo vitae cultu, tamen quum luculentissima eius in Hesiodi Theogonia nunc prostent documenta, ad complendam de veterum sententia Hesiodearum proprietatum descriptionem eundem tuto conferri posse putarim. Quod si

ratum fuerit, ad examinandam hodiernam carminis formam novum nacti sumus nec fallax praesidium.

Haec in genere de carminis forma et indole ex scriptorum testimoniis colligere licuit; quae quamquam nec copiosa admodum sunt nec certum ubique habent usum, tamen quum hodiernam fere Theogoniae formam iam ab antiquis usurpatam fuisse aliqua ex parte demonstrent, tum maximopere suadent, ut multa diversum in modum olim scripta fuisse coniiciamus. Qua de re quum ex generali carminis consideratione nihil perfici possit, progrediamur ad singularem eius pervestigationem, ita ut quum simul quae veterum auctoritate confirmantur et quae ab illis aliter quam in libris nostris usurpata sunt, ordine et via producantur, tandem aliquando haec disceptatio a nemine dum uti par erat pertractata ad certum aliquem finem perveniat.

CAPVT VIII.

DE MVSIS CARMEN.

Prooemium Theogoniae, quod usque *ad v.* 103. in sola Musarum laude versatur nec quicquam pertinet ad verum carminis consilium, ab grammaticis plerisque in unum cum hoc coniunctum fuit corpus et eodem Θεογονίας nomine comprehendi solebat. Sufficit eam in rem hoc loco unum commemorasse Aristidis testimonium sat luculentum *Tom. II.*, *p.* 497. *ed. Dind.*: (Ἡσίοδος) ἀρξάμενος τῆς Θεογονίας καὶ τὰς Μούσας ὑμνῶν κ. τ. λ. Reliqua complectitur disputatio proxima. — Sed non fuit idem omnium iudicium; alii enim Musarum laudationem ab reliquo carmine seiungendam et pro singulari carmine habendam esse verissime statuerunt. Nam primum Epicuri aetate Theogoniae exemplaria a *v.* 116. inchoabant. V. Sext. Emp. *adv. Phys. II.*, 18. Deinde Cyrillus Theogoniae principium manifesto posuit *v.* 104. V. *adv. Iulian. l. II.*, *c.* 53. *B.* Cyrillus autem grammaticorum decretis in hac causa obsequutus est. V. Schol. *ad Theogon. v.* 381. Deinde Themistius singulare ponit Hesiodi carmen, quod in Musarum laudatione versatur. V. *Orat.* XXX., 1. *p.* 348. Quo loco si quis intemperanter me usum esse contendat propterea quod plane nulla ibi exstat Theogoniae memoria, advertendum prae ceteris est, alibi quoque eundem auctorem eius dimisisse recordationem. V. *Orat. XV.*, *p.* 184. *C. D.* Sed quod summum in hac disputatione est, totum illud prooemium nec revera pro Theogoniae prooemio haberi potest, nec ab antiquis grammaticis habitum eo loco est, sed potius universo carminum Hesiodeorum corpori sive ab Alexandrinis criticis sive prius iam fuit praefationis loco praefixum. Principem in hoc corpore locum merito obtinuerunt ea, quibus omnem carminum suorum laudem ad Musas refert poeta seque ab illis poeseos mysteriis initiatum esse profitetur, deinde pio gratoque animo earundem virtutes ac munia concelebrat. Haec excipiebant suo iure in Deos carmina h. e. Theogonia, deinde

reliqua carmina genealogica, Opera et Dies, aliaque. Sed seorsim quoque singula carmina poscebantur: itaque Musarum laudatio quum nimis exiguum compleret volumen, una cum Theogonia circumferri solebat, cui antecedebat ordine in exemplaribus. Sic paullatim et in unum copulata sunt carmina diversissima et quod maiori tantum convenit nomen, ad utrumque abiit designandum.

Sententia haec non in vana opinione nititur, sed multis tum testimoniis scriptorum tum rerum indiciis ad summam veri similitudinem adduci potest. Commemoro ea quae coniunctissima cum hac causa sunt; Lucian. *de saltat. c.* 24. *T. V.*, *p.* 138.: ὁ δὲ Ἡσίοδος οὐ παρ' ἄλλου ἀκούσας, ἀλλ' ἰδὼν αὐτὸς ἕωθεν εὐθὺς ὀρχουμένας τὰς Μούσας, ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν τοῦτο περὶ αὐτῶν τὸ μέγιστον ἐγκώμιον διηγεῖται, ὅτι περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσιν ὀρχεῦνται. Cfr. *disp. c. Hesiod. c.* 1. *T. VIII.*, *p.* 147. Atque ex hac demum observatione vera affulget lux Chrysippi testimonio ab Galeno exprompto *de Hippocr. et Platon. dogm. l. III.*, *c.* 8. *p.* 349. *sq.* Duplicem illic Chrysippus memorat Hesiodi de ortu Minervae narrationem, alteram in Theogonia, alteram ἐν ἑτέροις positam. Iam illustrat illam Theogoniae versibus 886—890. 900. 924—926. Deinde pergit ad alteram fabulam recitandam his verbis *pag.* 350.: ἐν δὲ τοῖς μετὰ ταῦτα πλείω διεληλυθότος αὐτοῦ. Nempe posita haec narratio ab criticis erat in carmine aliquo quod in universa Hesiodeorum collectione post Theogoniam fuerat collocatum.

Sed praetermissis his quae minus faciunt ad harum commentationum finem, paucis designabimus, quid ex nostra de prooemii natura sententia ad usum criticum redundet utilitatis. Primum cadunt Heynii, Ruhnkenii, Wolfii, Hermanni de prooemio decreta, quippe quum in eo nitantur omnia, quod antiquitus illud ad Theogoniam pertinuisse statuunt. Inprimis vero Hermannianam interpolationum doctrinam quum in hac praesertim carminis parte nitatur, haud mediocriter videmur labefactasse. Deinde consectarium est, nec necessario nec a priori, ut ita dicam, genuinam prooemio originem posse denegari. V. Spohn. *de extrem. Od. parte pag.* 44. Immo maxima prooemii pars si qua alia antiquissimo Hesiodeae poeseos tempori merito assignanda est. Alia minus sinceram fortasse habuerunt originem et ab iis, qui carmina Hesiodea primum composuerunt, ob materiae similitudinem reliquis adiuncta sunt. Denique ne haec quidem carminis particula sicut ab grammaticis Alexandrinis constituta est, ad nostram memoriam perlata est integra.

Ab eodem versu qui in principio hodie legitur iam grammaticorum aetate inchoasse carmen, praeclare docet Lucillii epigramma in *Anthol. Palat. IX.*, 572., 1. 2.:

Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν
ἔγραφε ποιμαίνων, ὡς λόγος, Ἡσίοδος.

Simili modo idem auctor Iliadem designat verbis *μῆνιν ἄειδε θεά Anth. Pal. XI.*, 140., 6. Cfr. Lucian. *Anth. P. XI.*, 400., Pollian. *ibid. XI.*, 130. In genere autem notum est *poemata a primis vocabulis designari.* V. Bentl. *ad Horat. Serm. I.*, 3., 7. — Deinde Musarum epitheton *Ἑλικωνιάδων* ex hoc loco commemorat Proclus *Praef. Hesiod. p.* 4., 8. *sqq.*: *ἐπάγεται δέ τινας τὸ μὴ ἀπὸ τοῦ Ἑλικῶνος καλεῖν Βοιωτὸν ὄντα τὰς Μούσας, ὥσπερ ἐν τῇ Θεογονίᾳ, ἀλλ' ἀπὸ τῆς Πιερίας, εἰς τὸ μὴ προσίεσθαι τὸ προοίμιον.* Cfr. *ib. p.* 24., 9., Tzetz. *ad Opp. p.* 31., 21. 32., 10. 13. 34., 11. *sqq.*, Schol. Cant. et Ven. *ad Theog. v.* 1.

V. 3. et 4. auctoritas opulenta nititur testimoniorum copia. Primum manifesta imitatione expressit eos poeta incertus apud *Hephaest.* 9. *p.* 37. *T. p.* 63. *Gaisf.*:

Κρῆσσαί νύ ποθ' ὧδ' ἐμμελέως πόδεσσιν
ὤρχεῦνθ' ἁπαλοῖς ἀμφ' ἐρόεντα βωμόν.

Elegantissimos versus Sapphoni merito tribuit Blomfieldius *fragm. Sapph. LXXXIII.* Sed gravius est Luciani testimonium, quippe quod et sedem versuum et verba distinctius describit, *de saltat. c.* 24. *T. V.*, *p.* 138.: *ὁ δὲ Ἡσίοδος — ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν τοῦτο περὶ αὐτῶν (τῶν Μουσῶν) τὸ μέγιστον ἐγκώμιον διηγεῖται, ὅτι περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσιν ὀρχεῦνται, τοῦ πατρὸς τὸν βωμὸν περιχορεύουσαι.* His singula prope versuum vocabula aperte designata sunt; quod reliquum est, abunde confirmat Libanius *Tom. III.*, *p.* 352., 1. *sqq.*: *ἀλλ' ἐκεῖνό γε τίς οὐκ οἶδε — —, ὅτι φησὶν Ἡσίοδος τὰς Μούσας ἐν Ἑλικῶνι τὰ ᾄσματα πλαττούσας οὐκ ἀμελεῖν ὀρχήσεως*

καί τε περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσιν
ὀρχεῦνται,

τιμῶσαι διὰ τῆς ὀρχήσεως, οἶμαι, τὴν κρήνην, ἣν ἠξίωσαν αὐταῖς εἶναι λουτρόν. Nam citra scriptoris consilium in exemplaribus illic propagari *καὶ τ' ἐπὶ κρήνην*, perspicuum est ex *pag.* 352., 14. 15.: *ἆρ' οὖν ἦ ταῖς Μούσαις ἐπῆλθεν ὀρχεῖσθαι περὶ τὴν κρήνην, εἰ τῶν αἰσχρῶν ἕν τι τοῦτ' ἦν;* Corruptelae ratio est mere palaeographica. V. Bast. *ad Greg. Cor. p.* 783. — Cumuli instar accedant nonnulla recentium grammaticorum exempla, quae ob veterum convenientiam maiorem hoc loco quam plerumque habeat

...18. — Deinde Asclepiades ...
... IX., 64., l. 2.:
...αὐταὶ ποιμαίνοντα ...
... ἔδρακον ἐν κραναοῖς οὔρεσιν. ...
... Chrysostom. *T. I.*, *p.* 62.: ...
... τινὶ τῆς Βοιωτίας αὐτῶν ...
... Cfr. *p.* 75. *T. II.*, *p.* 90. 252. 412. — ...
... *Disp.* XXXVIII., 2. *p.* 447.: ...
... τί οἰόμεθα ποιμαίνοντα ...
...στία ἀδούσαις ταῖς Μούσαις ...
... *ib.* III., 8. *p.* 27. XXXVII., 4. *p.* 437. ...
...X., 1. *p.* 355. — Libanius *T. IV.*, *p.* ...
...ίοδος ποιμαίνων ταῖς Μούσαις ...
...74., 21. *sqq.* — Himerius *Orat.* XX., ...
...*rmed.*: καὶ μὴ τολμηρὸν τὸ τοῦ μὲν ...
δή που αὐτὸς μὲν ὁ Ἑλικὼν ἐκ ποιμένα ...
... ἐργάζεσθαι· καὶ τοῦτο πάντως Ἡσίοδος ...
... III., 9. *p.* 440. XX., 6. *p.* 726. XXII., 1 *p.* ...
XIX., 1. — Eustathius *ad Il. p.* 1255. 22. ...
ἀδξίας δέεται καὶ μονώσεως καὶ ...
...όσοφος μάθητης, ὁ καὶ Ἡσίοδος ἐν τοῖς καθ' ...
ὄρει γὰρ ἰδιάσας ταῖς Μούσαις ...
Odyss., *p.* 1658., 42.: καὶ Ἡσίοδος δὲ ἐπὶ ὄρους ...
τῶν Μουσῶν. Denique decantata res est ab Latinis ...
...tis. V. Ovid. *Art. Am. I.*, 27. 28., *Fast. VI.*, 13. 14.;
Ponto IV., 14., 31 — 34.; Auct. Cul. v. 96.

Quae proxime sequitur Musarum ad Hesiodum ...atio, brevitatis simul ac maiestatis plena, an integra ad ...stram memoriam perlata sit, ab nonnullis in dubitationem ...catum est. Schol. Cant., Ven. et Par. *ad v.* 26.: Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον ...σίν· οὐ λείπει [δὲ] ἀλλ' ἔστι,

ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον.

...pollonii sententiam Heynius eum in modum explicavit, principium orationis deesse censuerit hocce: *postione facultatis portione aliqua te impertiemus.* V. *ed. Wolf. p.* 145. ...vertit coniecturam illud, quod einsmodi enuntiatum nisi post 26. in sermonem introduci non potest. Deinde Wolfius ...vs. 26. Apollonii aevo nondum exstitisse in exemplaribus, ...d post aut confictum aut additum esse coniecit. V. *ed. p.* 61. ...; vero si *v.* 26. reliquis non adiungitur, Musarum oratio ...multo concinnior evadit et facillimum habet explicatum. Nemini igitur lacunae poterat oboriri suspicio. Iam nisi ...anca est scholiastae notatio, unum superest illud, ut Apollonius non diversam ab nostra viderit scripturam, sed propter

Hesiodei sermonis proprietates referre malue[illegible]. Exemplum plane geminum promi potest ex Theog. *v.* 483. [illegible]

κρύψεν δέ ἑ χερσὶ λαβοῦσα
ἄντρῳ ἐν ἠλιβάτῳ, ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης,
Αἰγαίῳ ἐν ὄρει πεπυκασμένῳ, ὑλήεντι.

Similiaque in hoc carmine exstant plurima, ubi nimis opero[sa] utitur poeta ac paene minuto eloquutionis genere et in un[a] eademque re designanda diutius quam par erat immoratur; quod quidem vitium arcte coniunctum est cum omni eius μι-κροπρεπείᾳ. Quod quum ita sit, maximopere vereor, n[e] **Bekkerus** importune mutaverit **Villoisoniani** exempla-ris scripturam. Illic enim pro ἐν expressum est ἕν, verba de-inde καὶ τρὶς κατὰ τὸ συνεχὲς τὸ ἕν ab eis quae praecedunt minore distinctionis signo seiuncta sunt, ita ut eadem ad He-siodi proprietatem pertineant. Haec si recte disputavimus, magnum inde nascitur artis criticae severe exercendae adiu-mentum. — Sed ulterius etiam tuto progredi licet. Nam quum hoc eloquutionis vitio et unius verbi usu secundum diserta[m] scholiastae narrationem nondum omnia, sed praecipua tantum quae in exemplo Homerico insunt Hesiodeae proprietatis vesti-gia contineantur, si quid insuper lateat studiose erit indagan-dum. Videor autem mihi novum aliquod propinquitatis genus repperisse in eo, quod *vv.* 614—617., quibus apposita est nota, sine ulla necessitate et contra manifestum loquentis con-silium introducti sunt. Etenim omnis oratio habita ab Achille est in consolationem Priami, cui filii cadaver erat redditurus quemque ad coenam invitat sumendam. Eam in rem valde appositum erat Niobes exemplum, quae iusta Deorum ira omnem simul perdidit sobolem. Corpora novem per dies iace-bant inhumata: dura enim erant popularium pectora: decimo tandem curarunt illa Supremi. Tanta erant Niobes infortunia: nihilominus in summo dolore non fuit coenae prorsus immemor. Hactenus omnia apta sunt et inter se copulata: quod vero proximis versibus Niobe in lapidem mutata fuisse ac sempiter-no dicitur cruciari dolore, id nec accurate nexum est cum re-liqua oratione et si quid aliud ab Achillis consilio abhorret. Videlicet cernitur in hac re quoddam *μικροπρεπείας* genus, quod in iis quae ad rem apposita sunt sese continere non po-tuerit poeta, sed quicquid de eadem compererat fabula, citra loci consilium intempestive protruserit. Hoc igitur errore quamquam veterum poetarum vacat nullus, quippe coniunctus ille est cum antiquissimo vitae cultu, tamen quum luculentis-sima eius in Hesiodi Theogonia nunc prostent documenta, ad complendam de veterum sententia Hesiodearum proprietatum descriptionem eundem tuto conferri posse putarim. Quod si

Ἡσιόδου, videlicet omnem istam de Equo et Hippocrene narrationem. Sed quamquam veri admodum simile est, ab antiquissimo aliquo vate Boeotio eam fuisse celebratam, tamen nec hoc loco nec in hac omnino carminis forma sedem habere potuit. Quapropter de Hesychii testimonio sic statuo, ut quum glossa una cum scholio ex Hesiodi codice ab grammatico esset desumpta, utrique, ut fit, praeter rem appositum fuerit Theogoniae nomen. Arateus deinde scholiasta quum nostram fere carminis conditionem et ipse viderit (v. *ad Phaen. v.* 22. *p.* 15. 270. *Buhle.*), aut aliud indigitare voluit poetae carmen, aut verbis usus est in fallaciam compositis.

Versus 7. obscura quaedam recordatio obversabatur Proclo *praef. Hes. p.* 4., 13. 14.: *καὶ γὰρ τὰς Μούσας τετέχθαι μὲν ἐν τῇ Πιερίᾳ φασὶν, ἐν δὲ τῷ Ἑλικῶνι χορεύειν.* Add. eund. *ad v.* 1. *p.* 24., 12. et Maxim. Tyr. *Diss.* XXXVII., 5. *p.* 439.

V. 8. verba *ἐπεῤῥώσαντο δὲ ποσσὶν* et scholiastarum notatione antiquitatem redolente et Hometricorum grammaticorum usu stabiliuntur. V. Schol. A. *ad Il.* ω, 614. *p.* 647. *a.* 31. modo illustratum, et Schol. Vict. *ad v.* 616. *p.* 647. *b.* 13.: *ἐῤῥώσαντο: καὶ Ἡσίοδος ἐπὶ τῶν Μουσῶν.*

V. 10.:

ἐννύχιαι στεῖχον περικαλλέα ὄσσαν ἱεῖσαι

ansam ut videtur dedit Luciano, ut traderet *de salt. c.* 24. *l. c.*: *ὁ δὲ Ἡσίοδος οὐ παρ' ἄλλου ἀκούσας, ἀλλ' ἰδὼν αὐτὸς ἕωθεν εὐθὺς ὀρχουμένας τὰς Μούσας ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν κ. τ. λ.* Nam *ἐννύχιαι* quum sive de media nocte, pura illa, serena, tacita, siderea, sive de crepusculo vespertino matutinove intelligi possit, Lucianus elegit id, quod ad suave poetae inventum exornandum duxit accommodatissimum.

Proximam carminis partem paucis lineis adumbravit Aristides *Tom. II., p.* 497: *Ἐκεῖνος ἀρξάμενος τῆς Θεογονίας καὶ τὰς Μούσας ὑμνῶν, εὐθὺς λέγει:*

αἵ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν.

Καὶ οὕτω σχέτλιος ἦν καὶ ὑβριστὴς ὥστ' οὐδὲ τοσοῦτον ἐνέμεινεν ἐκτελέσαι τὸ προοίμιον ταῖς θεαῖς· ἀλλὰ λέγων, ὅτι αἱ Μοῦσαι ὑμνοῦσι τὸν Δία καὶ

Λητώ τε Ἰαπετόν τε ἠδὲ Κρόνον ἀγκυλομήτην,

εἶτα οὐ καρτερεῖ, ἀλλ' ὀλίγου μεταξὺ τῶν θεῶν τῶν ὀνομάτων φησίν:

αἵ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν.

Ex amplissimo hoc testimonio primum perspicitur, non multum ab carminis principio iam olim exstitisse Deorum recensum ab

Musis cantu celebratorum. Deinde in hoc recensu ordinem manifesto duxit Iupiter. Iam non omnem deinceps Aristides persequitur Deorum seriem, sed Iovis memoriae adiungit continuo versum eum, quem Aldus posuit undevigesimum, codices duodevigesimum, dubia tantum et exili distinctum discrepantia. Versus comprehendit Latonae, Iapeti, Saturni memoriam; qui quum nulla re insigni adeo praestent reliquis, ut singulari prae illis commemoratione videantur digni, Aristidis narratio sensum habet nullum, nisi ultimo loco tunc fuit versus in Deorum catalogo positus. Confirmatur sententia insuper verbis proxime adiunctis *εἶτα οὐ καρτερεῖ.* Ergo versus ille aut fuit illo tempore post *v.* 20. collocatus, id quod propter ordinis rationem infirmam habet auctoritatem, aut *v.* 20. ex Aldi fide, *v.* 19. 20. ex codicum fide seriore aevo adiunctos fuisse convenit, nempe ab iis, quibus genuinus Deorum recensus parum copiosus esse videbatur. Quod quum ita sit, et in genere librorum auctoritatem hoc loco exiguam esse, nec fervidius nos supra *p.* 227. de *v.* 15. disputasse luculenter apparet. — Ceterum *vv.* 16. 17. licet quodammodo Plutarchi auctoritate communire, quippe qui eos etsi sine carminis auctorisque nomine, tamen fragmento Hesiodeo adiunctos memoravit *Sympos. IX.*, 15. *p.* 747. *E.*, ubi levissimo ac plane solenni librarii errore *Ἥβην* transiit in *Ἥρην.* Rem exilem memoratu vix indicarem dignam, nisi nuper exstitisset, qui vitio fortuito nescio quid attribueret dignitatis.

V. 21.:

ἄλλων τ' ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἐόντων,

num ab omni parte satisfaciat Aristidis narrationi: *εἶτα οὐ καρτερεῖ, ἀλλ' ὀλίγου μεταξὺ τῶν θεῶν τῶν ὀνομάτων φησίν: αἴ νύ ποθ' κ. τ. λ.*, an uberiori cesserit enunciato, diiudicari nequaquam poterit.

V. 22. tum notatione Aristidis duplici, tum disputatione adiuncta, qua ridet Hesiodi iactantiam, ab omni parte confirmatur. Deinde quod tota antiquitas clamat, Hesiodum pascentem pecudes in Helicone monte carminum pangendi facultate a Musis fuisse imbutum, manifesto ex hoc et seq. *v.* derivatum est. Primo loco ponam Hesiodeum poetam.*) *Opp. v.* 656. 7.:

τὸν μὲν ἐγὼ Μούσῃσ' Ἑλικωνιάδεσσ' ἀνέθηκα,
ἔνθα με τὸ πρῶτον λιγυρῆς ἐπέβησαν ἀοιδῆς.

ἔνθα h. e. *ἐν τῷ Ἑλικῶνι*, ut dudum indicavit Proclus *ad l.*

---

*) Hunc non sprevit Herodianus *περὶ ἡμαρτημ. λέξεων* §. 42. *p.* 316.

p. 368. — Deinde Asclepiades sive Archias *Anthol. Palat. IX.*, 64., 1. 2.:

αὐταί ποιμαίνοντα μεσαμβρινὰ μῆλά σε Μοῦσαι
ἔδρακον ἐν κραναοῖς οὔρεσιν, Ἡσίοδε.

Dio Chrysostom. *T. I.*, *p.* 62.: ἄλλον δὲ ποιμένα ἐν ὄρει τινὶ τῆς Βοιωτίας αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν Μουσῶν. Cfr. *p.* 75. *T. II.*, *p.* 90. 282. 412. — Maxim. Tyr. *Disp.* XXXVIII., 2. *p.* 447.: ἐπεὶ καὶ τὸν Ἡσίοδον τί οἰόμεθα ποιμαίνοντα περὶ τὸν Ἑλικῶνα ἐν Βοιωτίᾳ ᾀδούσαις ταῖς Μούσαις ἐντυχόντα κ. τ. λ. Cfr. *ib. III.*, 8. *p.* 27. XXXVII., 4. *p.* 437. 5. *p.* 439. XXX., 1. *p.* 355. — Libanius *T. IV.*, *p.* 1008., 20.: Ἡσίοδος ποιμαίνων ταῖς Μούσαις ἐνέτυχε. Cfr. *p.* 874., 21. *sqq.* — Himerius *Orat.* XX., 5. *p.* 726. *Wernsd.*: καὶ μὴ τολμηρὸν τὸ τοῦ μύθου νομίζομεν· οὐ γὰρ δή που αὐτὸς μὲν ὁ Ἑλικὼν ἐκ ποιμένων οἶδε ποιητὰς ἐργάζεσθαι· καὶ τοῦτο πάντως Ἡσιόδῳ πιστεύομεν. Cfr. *III.*, 9. *p.* 440. XX., 6. *p.* 726. XXII., 1. *p.* 750. XXIX., 1. — Eustathius *ad Il. p.* 1288., 23.: ὅρα ὅτι ἀδείας δεῖται καὶ μονώσεως καὶ ἡ βουλὴ ὥσπερ καὶ ἡ φιλόσοφος μάθησις, ὃ καὶ Ἡσίοδος ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὸν, ἐν ὄρει γὰρ ἰδιάσας ταῖς Μούσαις ὡμίλησε. Id. *ad Odyss. p.* 1658., 42.: καὶ Ἡσίοδος δὲ ἐπὶ ὄρους τελεῖται τὰ τῶν Μουσῶν. Denique decantata res est ab Latinis poetis. V. Ovid. *Art. Am. I.*, 27. 28., *Fast. VI.*, 13. 14., *ex Ponto IV.*, 14., 31 — 34.; Auct. Cul. *v.* 96.

Quae proxime sequitur Musarum ad Hesiodum oratio, brevitatis simul ac maiestatis plena, an integra ad nostram memoriam perlata sit, ab nonnullis in dubitationem vocatum est. Schol. Cant., Ven. et Par. *ad v.* 26.: Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον φησίν· οὐ λείπει [δὲ] ἀλλ' ἔστι,

ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον.

Apollonii sententiam Heynius eum in modum explicavit, ut principium orationis deesse censuerit hocce: *poeticae facultatis portione aliqua te impertiemus.* V. *ed. Wolf. p.* 145. Evertit coniecturam illud, quod eiusmodi enuntiatum nisi post *v.* 26. in sermonem introduci non potest. Deinde Wolfius vers. 26. Apollonii aevo nondum exstitisse in exemplaribus, sed post aut confictum aut additum esse coniecit. V. *ed. p.* 64. At vero si *v.* 26. reliquis non adiungitur, Musarum oratio et multo concinnior evadit et facillimum habet explicatum. Nemini igitur lacunae poterat oboriri suspicio. Iam nisi forte manca est scholiastae notatio, unum superest illud, ut Apollonius non diversam ab nostra viderit scripturam, sed propter

obscurum et abruptum dicendi genus subditicium indicaverit versum: quo facto, ad maiorem orationis perspicuitatem desiderabat alium planiorem illum ac mitiorem. Quicquid eius rei est, critices factitandae hoc loco non idonea ac firma adsunt praesidia: itaque ne in explicanda quidem librorum scriptura satis tuto licebit operam collocare. Duo nihilominus in hac causa tenenda sunt, unum, quod supinum illud atque abruptum dicendi genus Dearum maiestati sapientiaeque unice convenit; deinde a poeta prudenter res sic est administrata, ut etiamsi obscuritate non exempta sint verba divina, prorsus tamen ea e medio tollatur narratione subsequente. — Singulorum versuum usum quod attinet, e v. 26. ab Hesychio commemoratur *T. I.*, *p.* 803.: *γαστέρες οἷον, τροφῆς μόνης ἐπιμελούμενοι. ὡς Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ.* Quae seq. v. continetur sententia, multorum usu celeberrima est. Sic poeta Homericus *Odyss.* τ, 203.:

ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων, ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Theognid. *v.* 713. 4.:

οὐδ' εἰ ψεύδεα μὲν ποιοῖς ἐτύμοισιν ὁμοῖα,
γλῶσσαν ἔχων ἀγαθὴν Νέστορος ἀντιθέου.

Athenagoras *legat.* *p.* 28, *ed. Gall.* *T. II.* adhibuit fere Hesiodeum:

ἴσμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν, ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Versus denique 28., qui sententiam concinne absolvit, ceteroquin docta Scholiastae annotatione confirmatur. Schol. Cantabr. *p.* 217. ad v. *ἀληθέα μυθήσασθαι* notavit: *γράφεται καὶ ἀληθέα γηρύσασθαι.* Convenit codex Paullinus *apud Morell.* *in Wolf. Anal. II.*, *p.* 267. Librorum scriptura plenam habet et idoneam tum simplicitatis tum Homerici usus commendationem. V. e. g. *Il.* ζ, 382. Sed *γηρύσασθαι* tamen nulla re cedit alteri; commode Graevius in hac causa memoravit *Opp.* 257. *sq.*:

αὐτίκα πὰρ Διῒ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι
γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον.

Accedant alia, v. c. hymn. Hom. in Mercur. *v.* 425. *sq.*:

τάχα δὲ λιγέως κιθαρίζων
γηρύετ' ἀμβολάδην, ἐρατὴ δέ οἱ ἕσπετο φωνή.

Apollon. Rhod. *Arg. II.*, 844. *sq.*:

εἰ δέ με καὶ τὸ
χρειὼ ἀπηλεγέως Μουσέων ὕπο γηρύσασθαι.

Oracul. *apud Porphyr. de vit. Plot. p.* 15. *D.*:

κλήζω καὶ Μούσας ξυνὴν ὄπα γηρύσασθαι
παμφώνοις ἰαχαῖσιν.

Hesych. *T. I.*, *p.* 828.: *γηρύεσθαι, φθέγγεσθαι, λέγειν.* *T. II.*, *p.* 767.: *ὄπα γηρύοντες, φωνὴν φθεγγόμενοι.*

Quapropter quum prorsus aequalis sit utriusque scripturae conditio, nec Graevius quicquam effecisse putandus est inepta locorum communium commemoratione, nec Wolfii contra illum disputatio concinnior est. Quodsi ea carminis recensio, quae propagata codicibus est, et ipsa inter veteres grammaticos potior fuisset, tenenda esset sine dubio librorum scriptura. Sed quum hac de re nihil liceat comperire certi, cadit in hunc locum, quod de similium discrepantiarum discrimine supra posuimus.

V. 29. nititur communi scholiastae et Etymologi *M. p.* 150., 30. *sqq.* auctoritate, quam gravem h. l. existimo propter Eustath. *ad Il. p.* 1269., 37. *sqq.* et Hesych. *T. I., p.* 557., 5. consensum.

V. 30. undique confirmant et illustrant selecta probatissimorum scriptorum testimonia. Primum ex Archiae sive Asclepiadis epigrammate huc pertinent verba: *καί σοι καλλιπέτηλον ὤρεξαν δάφνας ἱερὸν ἀκρέμονα,* qui locus ex distinctionum cancellis plane vindicandus est. Deinde Dio Chrys. *T. II., p.* 282.: *Ἡσίοδός φησιν ὅτι ποιμαίνων ἐν τῷ Ἑλικῶνι παρὰ τῶν Μουσῶν ἔλαβεν ἐν δάφνης ὄζῳ τὴν ποίησιν.* Locupletissimus vero auctor in hac causa est Lucianus *adv. ind.* 3. *T. VIII., p.* 3.: *πόθεν εἰ μή ποτε παρὰ τῶν Μουσῶν κλῶνα δάφνης, καθάπερ ὁ ποιμὴν ἐκεῖνος, λαβών.* Id. *disp. c. Hes.* c. 1. *T. VIII., p.* 147.: *ἀλλὰ ποιητὴν μὲν ἄριστον εἶναι σέ, Ἡσίοδε, καὶ τοῦτο παρὰ Μουσῶν λαβεῖν μετὰ τῆς δάφνης αὐτός τε δεικνύεις ἐν οἷς ποιεῖς, ἔνθεα γὰρ καὶ σεμνὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν οὕτως ἔχειν.* Id. *rhetor. praecept.* c. 4. *T. VII., p.* 223.: *εἰ γὰρ Ἡσίοδος μὲν ὀλίγα φύλλα ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος λαβὼν αὐτίκα μάλα ποιητὴς ἐκ ποιμένος κατέστη.* Id. *Demosth. enc.* c. 12. *T. IX., p.* 142.: *μήδ' οὖν ἐπὶ τὴν Ἡσιόδου δάφνην καταφυγόντα, τὴν ῥαθύμως καὶ τοῖς ποιμέσι τῶν ἐπῶν ἐπιπνέουσαν.* His adiungam Aristidem *Tom. II., p.* 498.: *Ἡσίοδος οὕτως ἀλαζὼν καὶ φιλότιμος ἦν ὥστε καὶ σκῆπτρόν φησι λαβεῖν παρ' αὐτῶν (τῶν Μουσῶν).* *T. II., p.* 32. de eodem: *τῆς δάφνης οὐκ ἀμνημονῶν, ἣν ἅμα τῷ λαβεῖν ποιητὴς ἦν γεγονὼς ἐκ ποιμένος.* Maximum Tyr. *Serm. XXXVIII.,* 2. *p.* 447.: *ἐπεὶ καὶ τὸν Ἡσίοδον τί οἰόμεθα ποιμαίνοντα περὶ τὸν Ἑλικῶνα — ᾀδούσαις ταῖς Μούσαις ἐντυχόντα, ὀνειδισθέντα τῆς τέχνης τῆς ποιμενικῆς, παρ' αὐτῶν λαβόντα δάφνης κλάδους εὐθὺς ᾄδειν, γενόμενον ποιητὴν ἐκ ποιμένος.* Themistium *Or. XXX.,* 1. *p.* 348.: *Ἡσίοδος, ὃς μετὰ τῆς δάφνης τὴν μουσικὴν παρὰ*

τῶν Μουσῶν αὐτῶν δέξασθαι λέγεται. Libanius *T. I., p.* 503., 16. *sq.: τῷ δὲ ἓν ἔπος ἤρκει τοῦ τὴν δάφνην παρὰ τῶν Μουσῶν λαβόντας.*

Prima proximi versus vocabula usurpavit Aristides *T. II., p.* 498.: *ἐν ὑπερβολῇ δὲ σεμνύνων τὰ αὐτοῦ τί φησιν; δρέψασθαι θηητόν· ὡς οὐδὲ τὸν τυχόντα κλαδίσκον λαβὼν ἀλλὰ πολλῶν ὄντων τὸν μάλιστα περίβλεπτον εἶναι σκῆπτρον Ἡσιόδῳ.* Sed quum *θηητόν* tantum explicatione illustraverit, *δρέψασθαι* eum legisse non omni vacat dubitatione. Reliqua quae ad v. 30. apposuimus testimonia eum in modum composita sunt, ut nec flagitent *δρέψασθαι* nec aspernentur. Nititur tamen scriptura sat stabili Hesiodi Aristidisque librorum fundamento, et ab Tzetza quoque hoc loco reperta est *praefat. Hesiod. p.* 16., 6. *sq.: ἔνθεν τε πάντες νέοι πονεῖτε καθάπερ Ἡσίοδος καὶ δῶρα δρέψασθε Μουσῶν, ὡς ἐκεῖνος, καὶ δάφνας ἀμαρύντους Ἑλικωνίτιδας.* — Sed in ipsa antiquitate non omnes ut videtur hoc scribendi genus unice amplectebantur. Archias enim sive Asclepiades epigrammate supra allato:

καί σοι καλλιπέτηλον ἐρυσσάμεναι περὶ πᾶσαι
ὤρεξαν δάφνας ἱερὸν ἀκρέμονα,

δρέψασαι sive *δρεψάμεναι* expressisse videtur: nisi forte hoc sicut alia eodem loco ob diversam carminis indolem de suo substituit. Deinde alii *θρέψασαι* legisse videntur: nam hoc respicit scholiasta *ad h. l. p.* 466., 1. *sqq.*; nec aliunde orta est Procli narratio *Vit. Hesiod. p.* 5., 29. *sqq.: συνέβη τὸν Ἡσίοδον πρόβατα ἐν τῷ Ἑλικῶνι ποιμαίνειν. φασὶ δὲ ὡς ἐννέα τινὲς ἐλθοῦσαι γυναῖκες καὶ δρεψάμεναι κλῶνας ἐκ δάφνης Ἑλικωνίτιδος, αὐτὸν ἐπεσίτισαν καὶ οὕτω σοφίας καὶ ποιητικῆς ἐμπεφόρητο.* At vero hoc scribendi genus quum ne a Proclo quidem in Theogonia repertum esse certo constet, tum probatis auctoribus minime placuisse paullo antea copiose satis demonstrasse videmur. Seriore tamen aetate Byzantina ad multos fabula pervenit, Procli videlicet scripto divulgata. Repetit eam Tzetzes *praefat. Hes. p.* 14., 14. *sqq.* 15., 22. *sqq.*, unde explicuerim *δαφνόσοφοι καθ' Ἡσίοδον ap. eund. exeg. in Il. p.* 51., 11.; deinde Nicephorus Chumnus *in Boisson. Anecd. Gr. T. III., p.* 385.: *Ἡσίοδον. τίνα; τὸν μετὰ τὸν Ὅμηρον, τὸ τῶν Μουσῶν δαφνοφάγον θρέμμα, καὶ οὗ γ' ἡ ποίησις οὐκ ἐξ ἀνθρώπου τινὸς διδάξαντος, ἀλλ' αὐταῖς ἦν ταῖς Μούσαις αὐτοδιδάκτως ἐξειργασμένη.* Ex quo loco Boissonadius *θρέψασθαι* in Theogonia legisse Chumnum fervidius colligit:

nam apud Byzantinos nostrorum librorum obtinuit scriptura. Praeterea ex Proclo item hausit Nicephorus *ad Synesium p.* 371. *D. ed. Petav.*: φασὶ καὶ τὸν ποιητὴν Ἡσίοδον, πρότερον μὲν ὄντα ποιμένα προβάτων, ἐν μιᾷ δὲ πρὸς ὕπνον παρὰ τὸν Κιθαιρῶνα τὸ ἐν Θετταλίᾳ ὄρος κατακλιθέντα, δόξαι τὰς Μούσας θεάσασθαι, προσελθούσας τε αὐτῷ καὶ δάφνης φύλλῳ θρεψάσας αὐτὸν καὶ παραχρῆμα ἀφυπνισθέντα εἶναι σοφὸν καὶ δεξιώτατον ποιητήν. De quo loco et Gaisfordum et Boissonadium *ad Hesiod. p.* 163, perperam iudicasse nostra evincit disputatio. Ex hoc fonte adulterina fabula pervenit ad nostra tempora et a multis miro stupore tanquam Hesiodea fuit propagata. V. Gyraldum *de Musis synt. T. I. p.* 560. *D.*, Meursium *ad Lycophr. v.* 6. *p.* 1166. *Mueller.*, Taubmannum *ad Virgil. Cir. p.* 31., aliosque.

Altera *v.* 31. pars iterum Aristidis constat testimonio *l. c. T. II., p.* 498. Pergit enim in hunc modum: καὶ οὐδ' ἐνταῦθα ἔστη τῆς ὕβρεως, ἀλλ' ὥσπερ ῥηγνὺς ἐξεπίτηδες προςτίθησιν:

ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδήν.

V. 32. quum in codicibus nostris ita exaratus sit, ut aut metrum aut sententia simul deficiat, videndum erit ne vetus hic assit ulcus non sine magno discrimine percurandum. Etenim codicum quorundam scriptura ὥστε κλύοιμι tam desperata est propter sententiae infirmitatem, ut ab scholiastae Veneti explicatione nullum possit accipere praesidium. Altera ἵνα κλείοιμι sententiae satisfacit, metro non item. Tertia ἵνα κλύοιμι ab omni parte caduca est. Genuinam et antiquam exempli lectionem ex Aristide et Luciano eruere licet, ita ut simul vulgatae corruptelae aperiatur origo. Primum ponam gravissimum Aristidis testimonium, quod verba proxime allata excipit: καὶ τοῦ μὲν ἔπους ἐτελεύτησε, τοῦ δ' ἐγκωμίου οὐδὲν μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ θεσπεσίην πάλιν αὖ προςέθηκε, καὶ τό γ' ἔτι κάλλιον ὥσπερ οἱ πανταχῆ περιττοὶ τῶν σοφιστῶν, ἵνα κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα. τοῦτο δ' ἐστὶ τί; τὰς Μούσας φησὶν ὑμνεῖν τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα καὶ ταύτην εἶναι φύσιν αὐτῶν. κἀγὼ οὖν, φησὶν, ὑμνῶ ταῦτα ἅπερ αἱ Μοῦσαι. Constat ex hoc testimonio primum de verbi κλείειν usu, deinde Hesiodo futurorum praeteritorumque praedicari notitiam, denique pro θείην repperisse Aristidem θεσπεσίην. Nam verbum προςέθηκε quam vim habeat hoc loco, et ex iis quae supra posuimus et ex aliis eiusdem auctoris exemplis perspicuum est. V. v. c. *T. II., p.* 131. — Iam

Aristidis auctoritatem ex omni parte sustentat Lucianus cum *Hes. disp. c.* 1. *T. VIII.*, *p.* 147., qui post verba ad *v.* 30. apposita pergit in hunc modum: *ἐκεῖνο δὲ ἀπορῆσαι ἄξιον τί δήποτε προειπὼν ὑπὲρ σαυτοῦ ὡς διὰ τοῦτο λάβοις τὴν θεσπεσίην ἐκείνην ᾠδὴν παρὰ τῶν θεῶν, ὅπως κλείοις καὶ ὑμνοίης τὰ παρεληλυθότα καὶ θεσπίζοις τὰ ἐσόμενα, θάτερον μὲν καὶ πάνυ ἐντελῶς ἐξετήνοχας, κ. τ. λ.* Itaque primum tenendum est, ab utroque scriptore pro *θείην* repertum in Theogonia fuisse *θεσπεσίην*: sentiunt enim omnes, si illud repperisset Aristides, citra disputationis consilium vocabula permutaturum fuisse; deinde *αὐδὴ θεσπεσίη* commodam habet Homerici usus defensionem, *Il. β*, 66.:

αἳ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
θεσπεσίην ἀφέλοντο,

quem locum cum nostro iam vetusti composuerunt grammatici. V. Etym. Gudian. *p.* 249., 51. Etym. M. *p.* 438., 23. — Haetenus praeivit quodammodo viam Gul. Canter. *Nov. Lect. l. IV.*, *c.* 21., *θεσπεσίην* pro *θείην* quodam Theogoniae versu ponendum esse significans; sed quoniam nec perfecit emendationem neque de eius causis quicquam exprompsit, ab omnibus ad hunc usque diem neglecta est. Causas abunde videmur aperuisse; consequens est, ut reliquam carminis partem et ipsam in codicibus vitiatam esse pertendamus. Veram autem anquirenti scripturam non adest magnus ambigendi locus; reponendum est:

ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν
θεσπεσίην κλείειν ἅμα τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

Structura vocabulorum ex omni parte refert consuetudinem epicam: nam si quid residet dubitationis propter articuli ante v. *ἐσσόμενα* defectum, facile, opinor, tolli poterit eo, quod quum poeta ab Homeri usu *Il. α*, 70., imitatione expresso *Theog.* 38., nulla praevalente ratione aliis in rebus discesserit, idem illi licuit circa rem levem, quae nec linguae usum laedat et modestiae quiddam iniungat poetae invento. Deinde quod Aristides scripturam *ἵνα κλείοιμι* referre videtur, nihil omnino habet contra nostram sententiam auctoritatis, tum quod Aristidem diversam ab nostra carminis speciem usurpasse iam comprobavimus, tum quod illa aetate *θείην ἵνα κλείοιμι* aut *θεσπεσίην ἵνα κλείοιμι*, tertium enim non datur, ab grammaticis tolerari in hoc carmine non potuit. Quapropter epicam exempli dictionem, quam accurate refert emendatio nostra, ad vulgarem usum eo consilio ab Aristide mutatam esse statuo, ut sententia fieret planior consilioque disputationis convenientior. Simili modo *v.* 38. fidem aliqua

ex parte attentavit, quo facilior esset poetae irrisio. — Denique ex Aristidis exemplaribus omnis Hesiodeorum codicum corruptela repetenda est. Nam in primario quod sumendum est Theogoniae exemplo quum propter impeditam de recentium sensu infinitivi structuram ex Aristidis testimonio, quem maximi aestimabant Byzantii, *ἵνα κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα* instar verae discrepantiae appositum esset, primum alii ut adaptarent illud versui reponebant *θείην*, alii metrum paullo doctius curabant. Hinc codices varia referunt discrepantiae genera, quae nemo iam erit, quin recentissimae aetati ascribenda esse concedat.

Sola Musarum inspiratione laurique dono Hesiodum poetam esse factum, et codices Theogoniae tradunt et probatissimi scriptores confirmant. Idem deinde et antiquitatis genio concordat egregie et Pausaniae narratione illustratur *Boeot.* 30., 3.: *κάθηται δὲ καὶ Ἡσίοδος κιθάραν ἐπὶ τοῖς γόνασιν ἔχων, οὐδέν τι οἰκεῖον Ἡσιόδῳ φόρημα. δῆλα γὰρ δὴ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν ὅτι ἐπὶ ῥάβδου δάφνης ᾖδεν.* Sed Musarum iussu Hesiodum *fonte labra proluisse caballino* indeque carminum facultatem esse adeptum, ab Theogoniae memoria plane alienum est et infirma recentium nititur fide. Sic Alcaeus epigrammate in Hesiodum scripto *Anthol. Palat. VII.*, 55., 5. 6.:

τοίην γὰρ καὶ γῆρυν ἀπέπνεεν, ἐννέα Μουσέων
ὁ πρέσβυς καθαρῶν γευσάμενος λιβάδων.

Antipater *Anth. Pal. XI.*, 24., 1. 2.:

ὦ Ἑλικὼν Βοιωτὲ, σὺ μέν ποτε πολλάκις ὕδωρ
εὐεπὲς ἐκ πηγέων ἔβλυσας Ἡσιόδῳ,

Asclepiades sive Archias *l. c. v.* 5. 6.:

δῶκαν δὲ κράνας Ἑλικωνίδος ἔνθεον ὕδωρ
τὸ πτανοῦ πώλου πρόσθεν ἔκοψεν ὄνυξ.

Profecto carmen hoc ex Hesiodeo expressum est paene totum; sed inde non potest certo colligi, istis quoque versibus poetam legisse illius vestigia. Multo minus in hanc sententiam adhibendus est novitius Persii enarrator, qui sub honesto Annaei Cornuti nomine latet, *ad Prol. v.* 1., ad quem modo alludebam, *pag.* 3, *ed. Par.* 1601. 4.: *Ἱπποκρήνη, quod et Hesiodus dicit.* Prudentiae plena ea de re est Casauboni contra Marcillium annotatio *ad l. c. p.* 8.

V. 33. respicit manifesto Libanius *T. IV.*, *p.* 874.: *οἶμαι γὰρ δὴ καὶ τοὺς παῖδας τοῦτο ἐγνωκέναι, ὡς μάλιστα δὴ τῶν ὑμνουμένων ποιητῶν Ἡσίοδος ὁ Μουσόληπτος γένοιτο καὶ παρ' ἐκείνων προσταχθείη γένος τε θεῶν καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ χρηστὰ τοῖς ἀνθρώποις ᾄδειν.* Adde

Lucian. *rhetor. praec.* 1. *T. VII.*, *p.* 223. et cum *Hes. disp. c.* 1. *T. VIII.*, *p.* 147.

V. 34. librorum scriptura πρῶτόν τε καὶ ὕστερον αἰὲν ἀείδειν ab scholiasta Cantabr. *ad h. l.* exponitur: αὐτὰς δὲ ὑμνεῖν πρῶτόν τε καὶ ὕστερον, ὡσανεὶ ἀεί. Sed quum notatio sit ex eo genere, quod ab quovis homine scribi potuerit, nullam vim habet.

V. 35. a Porphyrio usurpatus est eum in modum, ut plane eodem loco tunc exstiterit necesse sit. Nam in *vita Plotini pag.* 15. *C. ed. Bas.* 1580. postquam Plotini laudes paucis verbis de semet ipse dictis interrupit, hunc in modum sese castigavit, tanquam ad rem humilem et ab negotii dignitate remotissimam esset delapsus: ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν ἢ πέτραν, φησὶν ὁ Ἡσίοδος, λέγειν. Hinc scholiastae *ad h. l.* annotatio valde confirmatur.

Ex proxima carminis parte a *v.* 36. ad *v.* 52. perpauca tantum verba grammaticorum auctoritate stabilire licet. Primum *v.* 38. usurpavit quidem Aristides exemplo modo commemorato, sed ut opinionem quandam suam exornaret, licentius immutavit. In eodem versu et sequenti plus etiam permisit sibi Tzetzes *Exeg. in Il. pag.* 19, et 147., qui primum memoriae errore Homeri versum confudit cum Hesiodeo, deinde errorem deprehensum non correxit, sed inepta interpretatione cumulavit. — Contra certum habet usum quod Hesychius hinc deprompsit εἰρεῦσαι *T. I.*, *p.* 1113.: εἰρεῦσαι, λέγουσαι. εἴρω γὰρ λέγω, —. Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ. — *V.* 39. firmant crebrae grammaticorum citationes in v. ὁμηρεῦσαι occupatae, v. c. Hesychii *T. II.*, *p.* 750.: ὁμηρεῦσαι. — ὁμοφωνοῦσαι, ὁμοῦ λέγουσαι. Orionis *Etym. p.* 122.: ὁμηρεῦσαι, παρὰ τὸ ἄρω τὸ ἁρμόζω, ταῖς φωναῖς ἀλλήλαις ἡρμοσμέναι τε καὶ ἀρηρυῖαι. Etym. M. *p.* 623., 54.: Ἡσίοδος· — φωνῇ ὁμηρεῦσαι, τουτέστιν ὁμοῦ εἴρουσαι. Adde schol. Cant. *ad h. l.* — E *v.* 41. non praetermittendum est quod schol. Cantabrig. affert θεᾶν, his verbis: τὸ δὲ θεᾶν ἀντὶ τοῦ θεῶν Δωρικῶς. Exilis profecto est observatio, sed habet tamen aliquid auctoritatis, propterea quod arcte iuncta est cum notatione paullo doctiore. Pergit enim ille: πᾶσαν γὰρ τὴν φωνὴν ὁ Ἡσίοδος ὄσσαν καλεῖ. Pertinet haec ad *v.* 43. et una cum Hesiodi verbis sub corruptela adhuc latentibus exprompta est etiam ab Etym. M. *p.* 635., 50.: ὄσσα, θεία φήμη καὶ κληδών, ὄσσαν ὑδ' ἄμβροτον ἱεῖται (sic). οἶμαι παρὰ τὸ ὄπτω. Ἡσίοδος τὴν πᾶσαν φωνὴν ὄσσαν λέγει. — *V.* 45. *sq.* praeter schol. Cant. et Ven. adhibendus est schol.

Hom. L. V. *ad Il. α*, 604. *p.* 45. 6. 43. 44.: *τίνα ᾖδον αἱ Μοῦσαι; ὡς Ἡσίοδος ἄειδον δ'*

οὓς γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ἔτικτεν
οἵ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο.

Quem locum quamquam Bekkerus ex Theogonia repetere ausus non est, inde tamen expromptum esse apparet. — *V.* 46. ob verba *θεοὶ δωτῆρες ἐάων* Hesiodum perstrinxit Lucianus *disp. c. Hes. c.* 3. *T. VIII.*, *p.* 149. Qua ex re simul intelligitur, quantum veterum grammaticorum sententia discrepet ab nostris, qui Homericum hoc appellant dictionis genus. V. Buttm. Gr. *T. I.*, *p.* 153., Herm. *Opusc. T. I.*, *p.* 131., Heinr. *ad Scut. p.* 113. — Denique *v.* 48. ab schol. Cant. et Ven. eum in modum illustratur, ut *λήγουσαί τ' ἀοιδῆς* eum legisse appareat. Bonitatem scholii commonstrat illud, quod in Cantabr. libro doctissimae annotationi adiunctum est ad *v.* 47. spectanti.

Qui proxime sequitur de Musarum generatione locus, eum paullo uberius fuisse apud veteres in hoc carmine explicatum in genere ex quadam narratione Plutarchi tuto colligere posse videor *Tom. II.*, *p.* 743. *C.* *Fr.* *ἐν τούτου σπονδὰς ἐποιησάμεθα καὶ ταῖς Μούσαις καὶ τῷ μουσηγέτῃ Ἀπόλλωνι παιανίσαντες συνῄσαμεν τῷ Ἐράτωνι πρὸς τὴν λύραν ἐκ τῶν Ἡσιόδου τὰ περὶ τὴν τῶν Μουσῶν γένεσιν.* Accedunt argumenta alia tum ex inconcinno expositionis genere, tum ex grammaticorum usu petenda. Certum in hoc genere est quod schol. Cant. *v.* 62. non hoc loco vidit, sed initio potius narrationis. V. *p.* 219. *ed. Bas.* Deinde *v.* 63. et 64. aliam olim obtinuisse sedem ex eiusdem *ad v.* 64. notatione *p.* 221. luculenter apparet. Ait enim: *φησὶ γὰρ ὡς ἔστιν ἐν Ἑλικῶνι καὶ Χαρίτων ἱερὸν καὶ Ἱμέρου καὶ Μουσῶν.* Cfr. Gyrald. *T. II.*, *p.* 734. *A.* Haec quum non intelligeret Triclinius, inepte posuit: *φασὶν ὅτι ἔστιν κ. τ. λ.* His igitur versibus ex reliquorum continuitate demptis, vera vv. 61. et 65. iunctura instauratur. Ceterum ex Theogonia tamen illos esse depromptos docet si satis antiquum est schol. Vet. *ad Pind. Ol. IX.*, 39.: *ὅτι δὲ παροικοῦσι ταῖς Μούσαις αἱ Χάριτες καὶ Ἡσίοδος μαρτυρεῖ,*

πὰρ δ' αὐταῖς Χάριτές τε καὶ Ἵμερος οἰκί' ἔχουσι.

Eadem addito Theogoniae nomine posuit schol. qui dicitur recens. Praeterea obscura quaedam exempli recordatio exstat apud Plutarchum *de adul. et amic. discr. T. II.*, *p.* 49. *E.*: *οὐδὲ ἀηδὴς ὁ φίλος οὐδ' ἄκρατος, οὐδὲ τῷ πικρῷ σεμνὸν ἡ φιλία καὶ αὐστηρῷ, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ καλὸν καὶ τὸ σεμνὸν αὐτῆς ἡδὺ καὶ ποθούμενόν ἐστι. παρὰ δ' αὐτῇ Χάριτές τε*

303. E., qui grammatici mentem non est ass
hoc poetae dictum respiciunt, ni fallor, P
207. *B.*: *τῇ πρεσβυτάτῃ Καλλιόπῃ*, I
p. 71.: *λέγω δὴ πρὸς τὴν Καλλιόπην*, *ὅτ*
ἀρίστη κ. τ. λ.

Proximi versus 80—92., quibus
sarumque illustrantur munia, tam locu
terum fide, ut nec de eorum sede post *v.* 79
sermonis continuitate ulla superesse possit dul
causa praemittam Cornutum *cap.* 14. *p.* I
πη δὲ ἡ καλλίφωνος καὶ καλλιεπὴς ῥητορ
τεύονται καὶ δήμοις προςφωνοῦσιν, ἄγοντ
βίᾳ ἐφ᾽ ὅ, τι ἂν προαιρῶνται. δι᾽ ἣν αἰτί
στά φησιν βασιλεῦσιν ἅμ᾽ αἰδοίοι
Ubi aut Hesiodi nomen ad *φησὶν* accom
cendum aut *φασὶ* potius cum Eudocia
Quippe transiit exemplum in vitae consuet
Plutarchum *T. II.*, *p.* 746. *D.*: *αὐτίκα*
μέν ἐστι πολιτικὸν καὶ βασιλικὸν ἐφ᾽
λιόπην τετάχθαι φησὶν ὁ Ἡσίοδος.
ἀλλὰ καὶ τὴν Καλλιόπην παρεκάλουν,
λεῦσιν ἅμ᾽ αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ. Sed
monia et uberiora et disertiora: primum Di
mus *de regno II. T. I. p.* 80. 81.: *φαίνε*
ait, *Ὅμηρος, ἀλλὰ καὶ Ἡσίοδος οὔτ*
φιλοσοφίας τε ἅμα καὶ ῥητορικῆς
τῷ βασιλεῖ προσηκόντων, ἐν οἷς φ
λιόπης: ἣ γὰρ καὶ κ. τ. λ. Apposita e
vv. 80—82., ita ut ambigere liceat, libr
nem taedium ceperit versus transcribendi
Diligentiam tenaciorem probarunt nobis lib

ὅθι τ' Ἠοῦς ἠριγενείης
οἰκία καὶ χοροί εἰσι.

Adde *Od.* θ, 260. 264. *Il.* σ, 590. cum schol. Ven. *p.* 514. His igitur exemplis omnibus χορός dicitur τόπος χορείας, quam vocis significationem sine causa in suspicionem adduxit Schrader *ad Musaeum v.* 35. *p.* 15.

Vv. 73. et 74. usurpavit in Theogoniae memoria Theophilus *ad Aut. II.*, 5. *p.* 89. 90. *Gall. T. II.*: ἔτι δὲ καὶ τὸν Κρόνον πολεμεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Διὸς τοῦ ἰδίου παιδὸς ἱστορεῖ. οὕτω γάρ φησιν·
κάρτει νικήσας πατέρα Κρόνον· εὖ δὲ ἕκαστα
ἀθανάτοις διέταξεν ὁμῶς καὶ πέφραδε τιμάς.
Hoc testimonio Theophilus primum vulgatam verborum ἕκαστα ἀθανάτοις scripturam ab recenti mutatione, cuius etiam in scholiis supersunt vestigia, strenue vindicavit. Deinde libri habent καὶ ἐπέφραδε, quod agnoscit Hermannus *ad Orph. p.* 694.; Theophilus legitimos et genuinos servavit numeros; v. Hom. *Odyss.* τ, 250. et Apoll. Rhod. *Argon. IV.*, 1450. Altera forma pede tertio commodam habet sedem, v. c. *Theog.* 162., *Odyss.* ο, 424. θ, 68.

Novem Musas ab Hesiodo celebrari auctor est Plutarchus *T. II.*, *p.* 744. C.: ἀπάσας δὲ τὰς διὰ λόγου περαινουμένας ἐπιστήμας καὶ τέχνας οἱ παλαιοὶ καταμαθόντες ἐν τρισὶ γένεσιν οὔσας τῷ φιλοσόφῳ καὶ τῷ ῥητορικῷ καὶ τῷ μαθηματικῷ, τριῶν ἐποιοῦντο δῶρα καὶ χάριτας θεῶν καὶ τρεῖς τὰς μούσας ὠνόμαζον. ὕστερον δὲ καὶ καθ' Ἡσίοδον ἤδη μᾶλλον ἐκκαλυπτομένων τῶν δυνάμεων διαιροῦντες εἰς μέρη καὶ εἴδη, τρεῖς πάλιν ἑκάστην ἔχουσαν ἐν αὑτῇ διαφορὰς ἑώρων. Accedit Arnobius *adv. gent. III.*, 37.: *Ephorus Musas numero esse tres effert, Mnaseas quattuor, Myrtilus inducit septem, octo asseverat Crates; ad extremum Hesiodus novem cum nominibus prodit, Diis coelum et sidera locupletans.* Cfr. Varro *ap. Augustin. de doctr. Chr. II.*, 17. — Nomina sincere conservavit Diodorus *Bibl. IV.*, 7. *p.* 318.: Ἡσίοδος δὲ καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἀποφαίνεται λέγων: Κλειώ τ' Εὐτέρπη τε κ. τ. λ. usque ad ἁπασέων. Et eadem nec diverso ordine recenset nomina schol. Cant. *ad h. l.*, nisi quod Πολύμνειαν intulit errore sat antiquo. V. Lucian. *de saltat. c.* 36. *T. V. p.* 145. Contra genuinam seriem dissolvit Tzetzes *ad Opp. v.* 1. *p.* 25., 22. *sqq.* cll. schol. *ad Apoll. Rhod. III.*, 1. et schol. Ven. *ad Theog. v.* 1.

V. 79. libri Hesiodei habent ἡ δὲ —, unde coniectura et recentissima et inepta in Stobaei codices loco mox

καὶ βουλευτήριον, ἐν ᾧ τῆς Καλλιόπ
ἀνδρὸς

ὅν τινα τιμήσουσι Διὸς κοῦραι

Qui locus Reizii Gaisfordique diligentiam p
bili hoc consensu unum recedit Themisti
D., ubi τιμήσωσι legitur accommod
v. seq. Futurum habet quandam propri
explicationem. — *V.* 82. *γινόμενον* ex Th
γεινόμενον ex Aristide, deinde τε ἴδωσι
morasse sufficiat. Veram scripturam illus
l. c.: δῆλον ὅτι σε γινόμενον ἐφορῶσαι,
τὸν φύσαντα. — *V.* 83. initio pro τῷ T
praebet τοῦ, quod quamquam non caret r
versus sequens ab eodem vocabulo incipia
ut casu in hunc transiret. Deinde pro χ
Aristidis codices et Themistius h
Stobaeus προχέουσιν, quorum hoc
rum formae rationem non habet idoneam.
T. II., *p.* 255., Passow. *T. II.*, *p.* 10
simum hoc versu discrepantiae genus
exemplar, nam pro librorum Hes
omnium, Aristidis deinde et Stobaei
iste et exhibet ἔερσην et explicatione
καὶ διοτρεφεῖς ὀνομάζει τοὺς βασιλέας
φησιν αὐτῶν ἀπὸ τῆς γλώττης δρόσ
λόγους ἐγκαίρους καὶ ὠφελίμους λέγων
genus deinde et in nonnullos Theogon
et ab homine novitio in scholiis Cantal
p. 223.: ἔερση, ἡ δρόσος κυρίως·
τὸ μέλι. Idem postquam a Graevio
tum et ab Robinsono in ipso carmin

τοὺς βασιλέας θείᾳ μοίρᾳ καὶ δόσει γίγνεσθαι λόγων μετόχους, λέγων ὅτι ἡ Καλλιόπη καὶ βασιλεῦσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ. Sequuntur *vv.* 81—87. Iam pergit *pag. ead.*: σχεδὸν οὐ μόνον κατὰ ταὐτὰ ἀλλὰ καὶ ταὐτὰ ἄντικρυς Ὁμήρῳ λέγων, μᾶλλον δὲ πολὺ κυριώτερον καὶ λαμπρότερον οὗτος τῇ ῥητορικῇ συναγορεύων, ὁπότ' οὐ μόνον πράττειν τὰ δέοντα τὸν αὐτὸν ὅπερ λέγειν τὰ δέοντα τίθησιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀρίστους τῶν βασιλέων ῥητορικῆς φησὶ μετουσίᾳ γίγνεσθαι τοιούτους καὶ προςτίθησι· τοὔνεκα γὰρ κ. τ. λ., sequuntur *vv.* 88—90. Cum hoc exemplo coniungendum est eiusdem auctoris alterum *T. II.*, *p.* 148.: ἃ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν Ἡσίοδος λέγων ἐφαίνετο, ταῦτα ἄντικρὺς καὶ σχεδὸν τὸ μέτρον λύσας — Πλάτων (*Polit. p.* 303. *sq.*) ὁμολογεῖ, κοινωνὸν τῆς βασιλικῆς τὴν ῥητορικὴν ἀποφαίνων ὑπὲρ τοῦ δικαίου. Et *T. I.*, *p.* 432.: λόγοις μὲν παραμυθησάμενοι καὶ διέξαντες, ὃ ποτε Ἡσίοδος ἐμαντεύσατο, ὅσαν τι χρῆμα ἡ μουσικὴ τῇ βασιλικῇ προςγενομένη. Post haec nequaquam negligendus est Themistius *Orat. IX.*, *p.* 122. *D. sq.*: ταύτην δὲ τὴν παιδείαν φησὶν Ἡσίοδος ὅτι παιδεύει τοὺς βασιλέας ἡ Καλλιόπη, καὶ ἐν χρείᾳ μᾶλλόν ἐστι τοῖς ἄρχουσιν ἢ τοῖς ἀρχομένοις. φησὶ δὲ λέγων ὑπὲρ τῆς Καλλιόπης ὅτι προφερεστάτη ἐστὶ τῶν Μουσῶν, subiungit *vv.* 80—85. Nam testimonii gravitatem adauget illud, quod proxima oratione singula poetae dicta accurate persequitur. Insuper Stobaeus *Serm. XLVI. p.* 326. usurpavit *vv.* 88—90. et *vv.* 79—87.; atque *Serm. LXXVIII. p.* 468. (*p.* 420.) *vv.* 85—92.; sed quum recentium hominum studiis liber varium in modum et auctus sit et breviatus, nec scripta exemplaria plenum ubique referant consensum, ad indagandam antiquitatis auctoritatem perexigui est momenti. Denique multo minorem utilitatem exserunt paucae quaedam quae in singulorum versuum memoria consistunt veterum citationes, v. c. Epicteti *Dissert. II.*, 12., 16. *p.* 231. *Schw.*: διὰ τοῦτο εἰκότως καὶ παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἐν μεγίστῳ ἐπαίνῳ λέλεκται τὸ

αἶψά τε καὶ μέγα νεῖκος ἐπισταμένως κατέπαυσε.

Schol. *ad S. Philoct. v.* 137. *p.* 275. *Elms.*: καὶ Ἡσίοδος· τοὔνεκα γὰρ βασιλῆες ἐχέφρονες.

Iam singulorum vocabulorum fidem ad ista testimonia accurate explorabimus. *V.* 80. librorum scriptura ἡ γὰρ καὶ, quae ab epicorum usu tutissima est (v. *l. I.*, *c. III.*, §. 5. *ad v.* 377.), comparet etiam in libris Dionis Themistiique nec non ex Aristide quodammodo firmari potest. Itaque quod Stobaeus praebet ἡ μὲν γὰρ, ne

minimam quidem habet auctoritatem. — *V.* 81. *ὅντινα τιμήσουσι* et in Hesiodeis libris servatum est et apud Dionem *pag.* 81., apud Aristidem, apud Stobaeum; nec non apud Themistium *Orat.* XXXI., *p.* 355.: *ἠκούσατε τοῦ ὀνόματος ὃ καλεῖται ὁ νεὼς οὗτος. καλεῖται γὰρ οὐ στρατήγιον οὐδὲ θεάτρον οὐδὲ ταμιεῖον, ἀλλὰ γερουσία καὶ βουλευτήριον, ἐν ᾧ τῆς Καλλιόπης ἡ προεδρία καὶ ἀνδρὸς*

ὅν τινα τιμήσουσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο.

Qui locus Reizii Gaisfordique diligentiam praeteriit. Ab mirabili hoc consensu unum recedit Themistii exemplum *p.* 122. *D.*, ubi *τιμήσωσι* legitur accommodatum ad *ἐσίδωσι v. seq.* Futurum habet quandam propriam eamque subtilem explicationem. — *V.* 82. *γινόμενον* ex Themistio et Stobaeo, *γιγνόμενον* ex Aristide, deinde *τε ἴδωσι* ex Stobaeo commemorasse sufficiat. Veram scripturam illustrat Themistius *l. c.*: *δῆλον ὅτι σε γινόμενον ἐφορῶσαι, συνεπεῖδόν σοι καὶ τὸν φύσαντα.* — *V.* 83. initio pro *τῷ* Themistius solus praebet *τοῦ*, quod quamquam non caret ratione, tamen quum versus sequens ab eodem vocabulo incipiat, fieri facile potuit, ut casu in hunc transiret. Deinde pro *χείουσιν* nonnulli Aristidis codices et Themistius habent *χεύουσιν*, Stobaeus *προχέουσιν*, quorum hoc significationis, alterum formae rationem non habet idoneam. V. Buttm. *Gr. Gr. T. II.*, *p.* 255., Passow. *T. II.*, *p.* 1069. Sed gravissimum hoc versu discrepantiae genus obtinet Themistii exemplar, nam pro librorum Hesiodeorum prope omnium, Aristidis deinde et Stobaei scriptura *ἀοιδὴν* iste et exhibet *ἐέρσην* et explicatione confirmat hac: *ἀλλὰ καὶ διοτρεφεῖς ὀνομάζει τοὺς βασιλέας — καὶ ῥυήσεσθαί φησιν αὐτῶν ἀπὸ τῆς γλώττης δρόσον γλυκεῖαν* [καὶ] *λόγους ἐγκάρπους καὶ ὠφελίμους λέγων τὴν δρόσον.* Hoc genus deinde et in nonnullos Theogoniae codices illatum et ab homine novitio in scholiis Cantabrig. explicatum est *p.* 223.: *ἐέρση, ἡ δρόσος κυρίως· νῦν δὲ μεταφορικῶς τὸ μέλι.* Idem postquam a Graevio cupide erat probatum et ab Robinsono in ipso carmine obtinuerat sedem, hodie a plerisque iam in certa et indubia poetae possessione haberi videtur. Quae quidem res explicari inde potest, quod Wolfius Graevii disputationem infausto omine attentavit. Hic enim *Quid regibus*, ait, *cum cantilenis! Poetarum hoc donum est, non regum.* Ille iam reponit exemplum Achillis Homerici, et canendi facultatem ab regum dignitate nequaquam alienam fuisse affirmat. Et hoc quidem facile largimur: at rem non tetigit Wolfius propterea quod

proximi versus, qui ex illo necessario sunt nectendi, nullam cantationum hoc loco admittunt cogitationem. Nihilominus librorum auctoritas vix erit deserenda: ἀοιδή enim antiquissima memoria dicebatur de omni oratione numerosa ac bene temperata. Pertinet res vel maxime ad iustam aoedorum aestimationem illustratque ab omni parte eorum disciplinam recitandique artem. Contra qui ἐέρσῃ praeoptant, quantum quidem nunc Hesiodeum cogitandi enuntiandique modum percipere licet, obtrudunt poetae conceptionem paullo subtiliorem recentiorisque aetatis propriam. Nam quae ab epicis poetis e rerum natura in translationem ducta sunt, planam omnia neque reconditam habent relationem et oculis paene sese offerunt. Deinde otinam aetati illud cogitandi genus conveniat, ex exemplis utriusque linguae ab Graevio praeter rem ad h. l. collatis sine magno discrimine describi potest. Videndum igitur erit ne eadem illud in Hesiodum illatum sit ab iis qui contra vulgarem scripturam in Graevii fere sententiam ratiocinabantur. — *V.* 84. in plerisque Aristidis libris ἔπε' excidit; unus ἄρ' interposito errorem infausto curabat. Qua in re haud quicquam quaerendum est. Stobaeus citat ἔπη, quod ferri sane potest. Deinde pro οἱ δέ νυ λαοὶ Aristides et Themistius afferunt οἱ δέ τε λαοί. Utrumque et probum et antiquum fortasse est. — *V.* 85. explicat Themistius *p.* 123. *D.*: καὶ αὐτοῖς συνέσεσθαι τὴν θέμιν καὶ τὴν δίκην καὶ ἐπιστρέψειν πρὸς ἑαυτοὺς τῶν ὑπηκόων καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς γνώμας. — *V.* 86. libri Hesiodei et Stobaeus praebent ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύων, Aristidis libri ἀτρεκέως. Vereor ne hoc ex importuna Homericorum exemplorum recordatione ortum sit; alterum certe tuetur et significatio loco aptior et Homeri usus in exemplo gemino *Odyss.* θ, 171. — *V.* 91. libri Hesiodei cum Stobaeo tenent ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ, scholia *l. III.*, *c. VI. p.* 338. *sq.* grammaticorum testimoniis undique confirmata offerunt ἀν' ἀγῶνα. Expendamus hoc loco eoque legitimo utriusque scripturae dignitatem. Gravissimum in hac causa errorem commisit Wolfius, omne discrimen sola Homericae imitationis commemoratione componi posse existimans. Attulit eam in rem post Lennepium *Odyss.* θ, 170. *sqq.*:

οἱ δέ τ' ἐς αὐτὸν
τερπόμενοι λεύσσουσιν· ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύει
αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν·
ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὣς εἰσορόωσιν.

Sed Wolfius nihilominus ne perspexisse quidem videtur omnem testimonii gravitatem; alioquin in genere de Homerico exempli

pag. 168. *ed. Bas.*, et prius etiam, si Villoisono constat fides, ab Eudocia *pag.* 9. Fraudem non celat obtusum sententiae acumen. — *V.* 96. 97. usurpavit Stobaeus Serm. *XLV.*, *p.* 322. (324.) multisque sese insinuavit dictum. V. Schol. A. *ad Il.* ρ, 251., Spanh. *ad Callim. in Iov.* v. 79., Casaubon. *Lect. Theocr.* c. 18. *p.* 276. — *V.* 97. Stobaei codices discordant ut Hesiodei; alii tenent φιλῶνται, alii φιλεῦνται.

Sequuntur suavissimi versus de divina carminum ad exhilarandos hominum animos potestate 98—103. Qui quum antecedentibus, quorum dubia est fides, leni tantum annexi sint vinculo, utrum ab antiqua inde aetate *h. l.* fuerint collocati an cum illis propter singularem vim et iucunditatem super accesserint diiudicari nequit. Scholia *ad h. l.* recentem omnia habent tenorem: citationes scriptorum assunt nullae. Sed forte verba νεοκηδέϊ θυμῷ et imitatus est Nonnus Dionys. 8., 286. νεοπενθέϊ θυμῷ, et explicavit Hesychius *T. II.*, *p.* 668.: νεοκηδέϊ, νεωστὶ πενθήσαντι. Praeterea v. ἀοιδὸς Μουσάων θεράπων multorum usu celebratur: sed de fonte sententiae res est impedita. V. Naekium *Choeril. pag.* 106.

sus cum tertii parte dimidia usurpant, Hesiodum appellant, v. c. Cornutus c. 32. p. 227., Schol. A. et B. ad Il. α, 176., Eustathius ad Il. p. 76. p. 161. med., Themistius Orat. VII., 89. C. XIII., p. 170. B. Sed ab nullo diserta carminis notatio adiecta est. Immo vero ex priore Themistii exemplo: ἤδη οὖν ποτὲ ἤκουσας Ἡσιόδου τοῦ ποιητοῦ ὅτι ἄλλοι μὲν ἄλλα σαφῶς κτῶνται παρὰ τῶν θεῶν, ἐκ μὲν Μουσάων κ. τ. λ., diversissimum olim versus locum in carminibus Hesiodeis obtinuisse et cum uberiore de Deorum beneficiis in homines collatis narratione fuisse coniunctos luculenter apparet. Quodsi hanc rem cum Herodoti testimonio componimus supra illustrato, ad eum carminis locum versus olim pertinuisse intelligitur, quo τιμὰς et τέχνας Deorum persequutus erat poeta. Cfr. v. 112. — Reliquum est ut varia scripturae discrimina dispiciamus. Themistius utroque loco citat ἐκ μὲν Μουσάων, cui adstipulatur Eustathius p. 76. in. Ἐκ γὰρ Μουσάων habet Cornutus l. c., Eudocia pag. 9., Schol. A. ad Il. α, 176. ed. Villoison. Ἐκ γάρ τοι Μουσάων schol. vulg. ad Pind. ll. cc., Schol. B. ad Il. α, 176. ed. Villoison., Schol. min. ad eund. l. ed. Ald. p. 17. b., Schol. Cant. et Ven. ad Theogon. v. 30. Ultimum nisi mutatione leni adhibita, quam praestiterunt nonnulli, teneri nequit. De singulorum dignitate post nostram de subditicia versuum sede disputationem infructuosa esset disceptatio. — Deinde καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος, quae est Hesiodeorum librorum scriptura, servata item est Schol. Cant. ad Hes. l. c., Cornuto, Eudocia, Scholiastis Homericis et Pindaricis. Apud Eustathium sine cognomine prodit Apollo. Themistius ll. cc. affert καὶ Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο, quod quum plenam habeat Homerici usus defensionem, pro genuino discrepantiae genere aestimandum duxerim. Sed Veneti et Parisini ad Theog. v. 30. scholiastae citatio καὶ ἑλικωνίου Ἀπόλλωνος in solo scribentis errore cernitur. — V. 95. ἐπὶ χθόνα, quod praebent Hesiodi exemplaria, aut plane praetermissum est ab scriptoribus, v. c. ab Themistio et Eustathio, quibus accedunt quodammodo Schol. Pind. Nem. l. c. et Schol. Theog. l. c. quippe qui in v. ἔασιν subsistant, aut in ἐπὶ χθονὶ transiit, ut apud Scholiastas Homericos et Pindaricum altero loco. Utrumque structurae genus certum habet apud hunc poetam usum. Hoc exstat Theog. 556. 564., alterum Theog. 187. 530. Opp. 11. Sed foedissimo mendo locus deturpatus est apud Cornutum l. c. p. 227.:

ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν, ἐπιχθόνιοι βασιλῆες,

quod quidem et ab Iodoco Velareo repertum illic est

pag. 168. *ed. Bas.*, et prius etiam, si Villoisono constat fides, ab Eudocia *pag.* 9. Fraudem non celat obtusum sententiae acumen. — *V.* 96. 97. usurpavit Stobaeus *Serm.* *XLV.*, *p.* 322. (324.) multisque sese insinuavit dictum. V. Schol. A. *ad Il.* ρ. 251., Spanh. *ad Callim. in Iov. v.* 79., Casaubon. *Lect. Theocr. c.* 18. *p.* 276. — *V.* 97. Stobaei codices discordant ut Hesiodei; alii tenent φιλῶνται, alii φιλεῦνται.

Sequuntur suavissimi versus de divina carminum ad exhilarandos hominum animos potestate 98—103. Qui quum antecedentibus, quorum dubia est fides, levi tantum annexi sint vinculo, utrum ab antiqua inde aetate *h. l.* fuerint collecti an cum illis propter singularem vim et iucunditatem nuper accesserint diiudicari nequit. Scholia *ad h. l.* recentem omnia habent tenorem: citationes scriptorum assunt nullae. Nisi forte verba νεοκηδέϊ θυμῷ et imitatus est Nonnus *Dionys.* 8., 286. νεοπενθέϊ θυμῷ, et explicavit Hesychius *T. II.*, *p.* 668.: νεοκηδέϊ, νεωστὶ πενθήσαντι. Praeterea v. ἀοιδὸς Μουσάων θεράπων multorum usu celebratur: sed de fonte sententiae res est impedita. V. Naekium *Choeril. pag.* 106.

CAPVT IX.

PROOEMIVM. PRINCIPIA THEOGONIAE HESIODEAE. TITANES. NOCTIS PROGENIES.

Perventum iam est ad ipsum Theogoniae prooemium, quod secundum usum in epicis carminibus antiquitus receptum eam ad normam compositum est, ut succinctam totius carminis descriptionem referre videatur. Certissime igitur comperire inde licet, qualis in universum fuerit Theogoniae ambitus et conditio, quum prooemium hoc illi praefigeretur. Accidit hoc, ut videtur, post Epicuri demum aetatem (v. *c. praec. p.* 366.) et ab criticis Alexandrinis praestitum fortasse est Hesiodea carmina ordine et via disponentibus. Sed quoniam ab horum inde temporibus alia adiungi hac parte, alia demi potuerunt, ne quid incautius pronuntiemus, videndum prae ceteris erit, quanam scriptorum auctoritate versus 104—115. stabiliri possint.

Primum in hac causa commemorandus est Theophilus *ad Autolyc. l. II., c. 5. p. 90. T. II. Gall.*, qui post *v. 73.* 74. memoriam pergit in hunc modum: *εἶτα ἐπιφέρει λέγων τὰς τοῦ Διὸς θυγατέρας, ἃς καὶ Μούσας προσαγορεύει, ὧν ἱκέτης εὑρίσκεται βουλόμενος μαθεῖν παρ' αὐτῶν, τίνι τρόπῳ τὰ πάντα γεγένηται. λέγει γὰρ χαίρετε κ.τ.λ.* Subiungit *vv.* 104—115, eum in modum exaratos, ut in Gaisfordi exemplari leguntur castigati. Addit deinceps: *πῶς δὲ ταῦτα ἠπίσταντο αἱ Μοῦσαι, μεταγενέστεραι οὖσαι τοῦ κόσμου; ἢ πῶς ἠδύναντο διηγήσασθαι τῷ Ἡσιόδῳ, ὅπου δὲ ὁ πατὴρ αὐτῶν οὔπω γεγένηται;* — Hoc in exemplo primum mirationem facit illud, quod si edito exemplari fides adiungi posset, per tot saecula versus sine ulla mutatione propagati essent: id quod nusquam accidit in re simili. Deinde in genere dictum iam est, nullam fere vim in hac quaestione tribui posse indisertis eiusmodi citationibus, quae ab quovis librario ad novitia poetae exemplaria suppleri potuerint. — Theophilum excipiat Origenes qui dicitur *Philosoph. c. 26. p. 174. sqq. ed. Wolf*, ubi Theogoniam paucis adumbrat. Post verba supra *ad v.* 53.

inde prolata pergit sic: *καλέσας οὖν τὰς ἐννέα Μούσας ἀπὸ τῆς Πιερίας, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου, διδαχθῆναι παρεκάλει ὡς τὰ πρῶτα θεοὶ καὶ γαῖα γένοντο κ. τ. λ.* Sequuntur *vv.* 109. 110. 112—115. — Deinde Cyrillus *adv. Iulian. l. II.*, *p.* 53. *B. sqq. ed. Spanh.*: *πολυπραγμονήσωμεν, ὡς ἔνι, τῆς Ἡσιόδου Θεογονίας τὸ ἀκριβές. σκήπτεται μὲν γὰρ τὸ θεοκλυτεῖν καὶ τὸ μουσόληπτος εἶναι δοκεῖν προςνενεμηκὼς ἑαυτῷ ὡς μέγα τι χρῆμα καὶ ἀξιέραστον. Εἴπατε, φησὶν, δ' ὡς τὰ πρῶτα θεοὶ καὶ γαῖα γένοντο*, cum *v.* 109. et 110.; deinde pergit ad Chaos. Idem *l. III.*, *p.* 75. *C.*: *ἐπευξάμενος γὰρ (Ἡσίοδος) ταῖς Μούσαις καὶ παρ' αὐτῶν αἰτήσας τὴν, ὡς αὐτός φησιν, ἱμερόεσσαν ἀοιδὴν, ὕθλων ἡμῖν ὀδωδότων συναγήγερχε διηγήματα.* Ex horum testimoniorum convenientia tantum certe constat, ut de *vv.* 108—110. auctoritate nulla superesse possit dubitatio. Contra quod Origenes *v.* 110. praetermisit, quum ad narrationem absolvendam necessario requiratur, librariorum studio aut negligentiae attribuo. Praeterea num forte diversum ille viderit principii genus, quo ex Pieria Musas advocabat poeta, de eo ambiguum est iudicium. Sed *vv.* 105 — 106., qui quamquam accurate proximam carminis partem describunt, hoc tamen loco tolerari vix possunt, sola nituntur Theophili codicumque Hesiodeorum auctoritate.

Ceterum Origenis exemplum multis partibus librariorum inscitia laesum est; v. c. *v.* 109. habet *πόντος ἀπείριτος οἶδμά τε πόντου*, *v.* 110. *ἄστρα τε λεπτήεντα* sive *λεπτόεντα*, v. *Supplement. Edit. Wolfian. p.* 48., *v.* 112. *ὡς στέφανον δάσαντο*, nam *λάσαντο* merum Gronovii errorem esse testatur Salvinius *Supplem. l. c. p.* 48., *v.* 114. *ταῦτα μοι Μοῦσαι ἔσπετ'*, *v.* 115. *καὶ ἔπειτα ὅτι περ πρῶτον γένετ' αὐτῶν*. Dissolvit enim hac parte poetae orationem: infelici igitur ausu Gronovius vetus excogitavit scribendi genus: *καὶ ἔπειθ' ὅτι περ κ. τ. λ.* Interim *v.* 112. in *ὡς στέφανον* fortasse latet *ὥς τ' ἄφενον*. Vide *Opp. v.* 24.

Ad *vv.* 114. 115. Ruhnkenius ex codice Parisino (2833. v. Gaisf.) scholion produxit eruditissimum: *δύο ἔπη ὁ Σέλευκος ἀθετεῖ. οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον τὸ ἐξ ἀρχῆς μόνον λέγουσιν.* Vid. *ep. crit. p.* 90. Aristarchi sententia propter defectum enuntiati ambigua manet: voluit sine dubio grammaticus, *v.* 115. tantum obelo fuisse ab Aristarcho percussum. Nec difficilis hoc loco est causarum indagatio. Quippe continentur tum verborum constructione insolita:

καὶ εἴπαθ' ὅτι πρῶτον γένετ' αὐτῶν,

quam scite nuper illustravit Bernhardy *de Synt. Gr. p.* 294., tum commissura carminum haud admodum polita, tum

quadam eloquutionis affluentia. Scilicet veterum criticorum iudicia interdum iisdem fere regebantur rationibus, quibus recenti memoria clarissimos quosque saepe nimis indulgenter cessisse constat.

De primis Theogoniae versibus, si Theophili, Origenis et Cornuti librariis plena adiungenda esset fides, magnam hoc loco disputandi materiam praecidere liceret. Nam apud Theophilum *ad Autol. II.*, 5. *p.* 90. 91. versus 116—133., apud Origenem *Philos. c.* 26. *p.* 177—184. versus 116—124. 126—139. appositi sunt; deinde Cornutus *c.* 17. *p.* 173—178. *vv.* 116—138. generatim exposuit; denique nonnulli Cornuti librarii *vv.* 116—124. reliquas illius disputationi denuo interposuerunt. Sed quum ambigua ex omni parte et incerta sit librariorum auctoritas, accuratam singulorum versuum pertractationem non aversabimur.

De principiis Physiogoniae Hesiodeae dupplex fertur scriptorum narratio; alii tribuunt illi tria rerum principia, *Χάος*, *Γαῖαν*, *Ἔρωτα*, alii quattuor; interserunt enim post *Γαῖαν Τάρταρον*. Prior sententia summos et gravissimos habet auctores, inter quos primo loco commemorandus est Aristoteles, qui ubi hac de re disputavit *de Xenophane c.* 1. *p.* 975. et *Metaphys. I.*, 4. *p.* 984., tantummodo *vv.* 116. 117. 120. apposuit; deinde Plato *Sympos. p.* 178. *B.*: (*Ἡσίοδός*) *φησι μετὰ τὸ Χάος δύο τούτω γενέσθαι Γῆν τε καὶ Ἔρωτα.* Praeterea Zeno Stoicus *apud Schol. Apoll. Rhod. I.*, 498.: *Ζήνων δὲ τὸ παρ' Ἡσιόδῳ Χάος ὕδωρ εἶναι φησὶν, οὗ συνιζάνοντος ἰλὺν γίνεσθαι· ἧς πηγνυμένης ἡ Γῆ στερεμνιοῦται. τρίτον δὲ Ἔρωτα γεγονέναι καθ' Ἡσίοδον, ἵνα τὸ πῦρ παραστήσῃ· πυρωδέστερον γὰρ πάθος ὁ Ἔρως.* His accedat Schol. Cant. *ad v.* 115. *p.* 475., 8. *sq.* a Triclinio commaculatus: *τρία πρῶτον ἐγένοντο, Χάος, Γῆ, Ἔρως οὐράνιος, ὃς καὶ θεός· ὁ γὰρ ἐξ Ἀφροδίτης νεώτερός ἐστι.* — Vetustiorum auctorum vestigia legebant recentiorum nonnulli, v. c. Sextus Empiricus *adv. Physic. I.*, *c.* 6. 7. *p.* 549. *sq.*, qui Aristotelem expressit; deinde Libanius *T. IV.*, *p.* 405. in oratione Neptuni: *διὰ πάντων ἡ τοῦδε* (*τοῦ Ἔρωτος*) *διήκει δύναμις μετὰ Χάος τε καὶ Γῆν γενομένου θεοῦ, πρεσβυτέρου μὲν σοῦ* (Martis), *πρεσβυτέρου δὲ τοῦ σοῦ πατρός, καὶ ἔτι γε τοῦ ἐκείνου πατρὸς, καὶ τί θαυμαστόν; ἐπεὶ καὶ αὐτοῦ γε Οὐρανοῦ.* Quo loco ad Hesiodum respicere auctorem colligitur ex eo, quod paullo ante eiusdem de Amoris potentia dictum accurate expressit. Adde

Io. Diaconum *Allegor.* p. 554. *sq.* et quae de *v.* 119. publ. post disputabuntur.

Alii Hesiodum quattuor rerum principia poetam tradunt, v. c. Plutarchus *de Isid. et Osir. T. II*, p. 374 *B. C.*: δόξειε δ' ἂν ἴσως καὶ Ἡσίοδος τὰ πρῶτα πάντων Χάος καὶ Γῆν καὶ Τάρταρον καὶ Ἔρωτα ποιῶν, μὴ ἑτέρας λαμβάνειν ἀρχάς, ἀλλὰ τὰς αὐτάς, [εἴ] γε δὴ τῶν ὀνομάτων τῇ μὲν Ἴσιδι τὸ τῆς Γῆς, τῷ δὲ Ὀσίριδι τὸ τοῦ Ἔρωτος, τῷ δὲ Τυφῶνι τὸ τοῦ Ταρτάρου μεταλαμβάνοντες [ὀρθῶς] ἀποδίδομεν. τὸ γὰρ Χάος δοκεῖ χώραν τινὰ καὶ τόπον τοῦ παντὸς ὑποτίθεσθαι. Pausan. IX. 27., 2.: Ἡσίοδον δὲ ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐσποιήσαντα οἶδα γράψαντα ὡς Χάος πρῶτον, ἐπὶ δὲ τούτῳ Γῆ τε καὶ Τάρταρος καὶ Ἔρως γένοιτο. Cornutus *c.* 17. *p.* 173.: πάλιν οὖν ἐμυθεύσαντο Χάος γενέσθαι, καθάπερ Ἡσίοδος ἱστορεῖ. μετ' αὐτὸ δὲ τὴν Γῆν καὶ τὸν Τάρταρον καὶ τὸν Ἔρωτα. Cfr. Schol. [illegible] *ad v.* 115. *p.* 475., 10. *sqq.* et Cornut. *l. c. p.* 173. fin. 174. *in.* Damascius *de primis princip. c.* 124. *p.* 383. ed. *Kopp.*: Ἡσίοδος δέ μοι δοκεῖ πρῶτον γενέσθαι τὸ Χάος ἱστορῶν τὴν ἀκατάληπτον τοῦ νοητοῦ καὶ ἡνωμένην παντελῶς φύσιν κεκληκέναι Χάος, τὴν δὲ Γῆν πρώτην ἐκεῖθεν παράγει ὥς τινα ἀρχὴν τῆς ὅλης γενεᾶς τῶν θεῶν, εἰ μὴ ἄρα Χάος μὲν τὴν δευτέραν τῶν δυοῖν ἀρχῶν, Γῆν δὲ καὶ Τάρταρον καὶ Ἔρωτα τὸ τριπλοῦν νοητόν, τὸν μὲν Ἔρωτα ἀντὶ τοῦ τρίτου, ὡς κατὰ ἐπιστροφὴν θεωρουμένην. In eandem sententiam valet Theophili testimonium *ad Autol. II*, 12. 98.: τὸ δὲ εἰπεῖν Ἡσίοδον τὸν ποιητὴν ἐκ Χάους γενῆσθαι Ἔρεβον καὶ τὴν Γῆν καὶ Ἔρωτα κυριεύοντα τῶν κατ' αὐτόν τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων, κ. τ. λ. Nam [illegible] tionum propinquitas nomina Τάρταρος et Ἔρεβος permutandi dedit ansam.

Manifestum hunc scriptorum dissensum quamvis multi explicari inde velint, quod discrepantia hac [illegible] poetae exemplaria inter Graecos circumferebantur; non [illegible] tum tamen absum, quin nullam in re critica potestatem habere contendam. Nam prior sententia ex philosophorum scholis prodiit, qui omnem poetae orationem ad certum disciplinae genus revocabant suaque ut inde elicerent sensa omni studio annitebantur. Illud saltem sub dubitationem cadere non potest, quod librorum scriptura temporibus scholae Alexandrinae [illegible] dum obtinuit.

Omnium rerum initium secundum Hesiodi sententiam ab Chao esse sumendum, tota antiquitas consentit. V. Aristot. *Phys. Auscult. IV.*, p. 208.: δόξειε δ' ἂν [illegible]

Ἡσίοδος ὀρθῶς λέγειν ποιήσας πρῶτον τὸ Χάος; Cfr. *de Caelo l.* 3. *p.* 298. *de Xenoph. c.* 1. *p.* 975. *c.* 2. *p.* 976., Plat. *Symp. p.* 178. *B.*, Sext. Empir. *adv. Phys. II.*, 11. *p.* 635., Theodoret. *Graec. affect. curat. II.*, *p.* 735., *III.*, *p.* 768. *T. IV. ed. Schulz.*, Clem. Rom. *Recognit. l.* X., *c.* 31. *p.* 320. *T. II. Gall.* — Schol. A, B. D. *ad Il.* ξ, 246. (274. *p.* 234. *b. ed. Ald.*) *p.* 395. *Bekk.*: πῶς Ἡσιόδου πάντων πρῶτον εἰπόντος γεγενῆσθαι τὸ Χάος, Ὅμηρός φησιν Ὠκεανόν; ῥητέον οὖν ὅτι ἕκαστος μὲν εἴρηκεν ὡς ἐβούλετο, Ὅμηρος δὲ φιλοσοφώτερον. Terentius Varro *de l. l. IV.*, *p.* 8. *Bip.*: *ut cavum sit orium, unde omnia apud Hesiodum, a chao.* Festus s. v. *inchoare pag.* 79.: *Inchoare videtur ex Graeco originem trahere, quod Hesiodus omnium rerum initium esse dixerit chaos.* Cll. s. v. *Chaos p.* 40. *et not. Dacer. p.* 459. *Lind.* Lactantius Firmian. *Div. Inst. I.*, 5. *p.* 232. *E.*: (Hesiodus exordium sumit) *a Chao, quod est rudis inordinataeque materiae confusa congeries, cum explanare ante debuerit, chaos ipsum unde, quando, quomodo esse aut constare coepisset.* Lactantius Placidus *narrat. fabular. Ovidian. c.* 1. *p.* 788. *ed. Stav.*: *Chaos, ut Hesiodus indicat volumine, quod Deorum originem continet, fuit initio quaedam rerum confusio, quae postea in suas species distributa est, ita ut levissima corporum, aether igneus et hunc infra aer frigidus, ceteraque sidera sublimem partem peterent universa: per quae solis splendor ac lunae vagaretur: gravissima autem humus liquorque in ima parte subsiderent.* Quo loco accidit idem auctori Latino, quod Graecis nonnumquam vitio verti potest: non distermina-vit sententiam poetae ab interpretum sapientia.

Verba poetae in hanc sententiam apud Aristotelem sunt haec:

πάντων μὲν πρώτιστα Χάος γένετ',

v. *Phys. Auscult. IV.*, *p.* 208. *Metaphys. I.*, 4. *p.* 984. Librorum Aristoteleorum auctoritatem recenti tempore in hac causa non esse vitiatam, intelligitur ex testimonio Iustini Martyris, qui priorem locum una cum citatione Hesiodea ad verbum transcripsit *Aristot. Dogmat. Auers. p.* 131. Discessit igitur Aristoteles ab hodierna scriptura:

ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ',

quae et in Hesiodi exemplaribus manu exaratis reperitur omnibus et scriptorum citationibus abunde confirmatur. Hanc enim referunt v. c. Plutarchus *T. II.*, *p.* 678. *F.* *p.* 955. *D. E.*, Sextus Empiricus *adv. Physicos II.*, 11. *p.* 635. *II.*, 18. *p.* 636. *et I.*, 6. 7. *p.* 549. *sq.*, quo loco

Aristotelem expressit, Clemens Rom. *Homil. VI.*, 3. *p.* 678. *Gall. T. II.*, Proclus et Philo apud Lobeck. *Aglaoph. p.* 470. 471., Simplicius *comment. in Aristot. de Caelo lib. fol.* 346. *b. codicis Taurin. apud Peyron Emped. et Parmen. fragm. p.* 16., Stobaeus *Eclog. Phys. I.*, 10., 5. *p.* 272. *I.*, 11., 1. *p.* 278., Cornutus *p.* 173., Theophilus *p.* 91., Origenes *p.* 177. *cll. p.* 202. Ex his aliisque testimoniis qualis hoc loco post Alexandrinam scholam obtinuerit scriptura, dubium esse non potest. Sed Aristoteles utrum librorum auctoritatem, qui illius aetate circumferebantur, sequutus fuerit, an consilio eam deseruerit, de eo iure meritoque in diversas partes discessum est. Illa sententia praevaluit hodie: alteram docte et ingeniose aliquando commendavit P. Petitus *Misc. Observ. c.* 18. *p.* 50. *sqq.* Statuit enim Aristotelem ipsum hanc introduxisse scribendi rationem, ut, verbis antecedentibus, quae ab omni parte declarant poetae iudicium, brevitatis causa praetermissis, leni mutatione omnem eius sententiam illustraret. Simile quid profecto et alii hoc loco instituerunt, v. c. Festus pag. 79., Schol. *ad Il.* ξ, 246., et vero etiam Aristoteles non sprevit *de Xenophan. c.* 1. *p.* 975.: *αὐτίκα δ' Ἡσίοδος πρῶτον μὲν πάντων (φησὶ) Χάος ἐγένετ'* —. Deinde haud infrequens est apud vetustissimos scriptores ea citandi ratio, ut prima poetae verba auctoris sermoni adnexa et adaptata sint, reliqua deinde genuinis numeris procedant. Praeterea non negligendum est, admodum exile Aristotelea scriptura introduci eloquutionis genus: sequitur enim versu proximo *πάντων ἕδος* —. Contra librorum scriptura simpliciem refert epicae expositionis tenorem, qualem exhibéat *Theog.* 1004., *Iliad. γ*, 213., *Odyss. ω*, 281. Itaque quamquam de utriusque scripturae origine nihil certi effici potest, de alterius tamen praestantia ne minima quidem superest dubitatio.

Exposita iam et stabilita Hesiodi de primo rerum statu sententia, paullisper nobis cum Platone erit decertandum aut potius cum indoctis Platonis interpretibus, qui diversam illi tribuunt Hesiodeae doctrinae descriptionem. Locus est in *Cratylo p.* 402., unde plura huc transferenda sunt, quo certius de illorum errore constet. *Τὸν Ἡράκλειτόν μοι δοκῶ καθορᾶν πάλαι ἄττα σοφὰ λέγοντα ἀτεχνῶς τὰ ἐπὶ Κρόνου καὶ Ῥέας ἃ καὶ Ὅμηρος ἔλεγε. — Πῶς τοῦτο λέγεις; — Λέγει που Ἡράκλειτος, ὅτι πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει, καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα λέγει, ὡς δὶς ἐς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης. — Ἔστι ταῦτα. — Τί οὖν δοκεῖ σοι ἀλλοιότερον Ἡρακλείτου νοεῖν*

ὁ τιθέμενος τοῖς τῶν ἄλλων θεῶν προγόνοις Ῥέαν τε καὶ Κρόνον; ἆρα οἴει ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου αὐτὸν ἀμφοτέροις ῥευμάτων ὀνόματα θέσθαι; ὥσπερ οὖν Ὅμηρος Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσίν φησι καὶ μητέρα Τηθύν. οἶμαι δὲ καὶ Ἡσίοδος. λέγει δέ που καὶ Ὀρφεὺς ὅτι

Ὠκεανὸς πρῶτος καλλίρροος ἦρξε γάμοιο
ὅς ῥα κασιγνήτην ὁμομήτορα Τηθὺν ὄπυιεν.

ταῦτ' οὖν σκόπει ὅτι καὶ ἀλλήλοις συμφωνεῖ καὶ πρὸς τὰ τοῦ Ἡρακλείτου πάντα τείνει. Hinc etiam ab Hesiodo Oceanum et Tethyn vocari θεῶν γένεσιν tum alii colligere sibi videbantur tum nuper pronuntiavit Bode libro *de Orpheo poet. Graec. antiquiss. pag.* 149. Eiusmodi vero sententia quam hodie non compareat in carminibus Hesiodeis, aut memoria lapsum esse putat Platonem, aut deperditum carmen citari a Theogonia diversissimum. Interim datur etiam tertium, non assequutos esse viros perspicacissimos philosophi disputationem. Advertere debuisset illos vocula οἶμαι caute ac prudenter a Platone interposita; indicat enim non distincte expressam ab Hesiodo fuisse sententiam Homericam: alioquin nullus erat ambigendi locus: sed inventa illius, licet nominibus diversissima, re tamen et cogitatione tum Homero esse proxima tum in Heracliti convenire sententiam. Quid multa? Plato hoc ipsum poetae de Chao respicit dictum. Constat illud a permultis de aqua fluidaque materia esse explicatum; quocirca Heracliti de natura rerum sententiae praeclare convenit. Adde *Theaet. p.* 152. *E.* 180. *C.* Sed quamquam res tam certa est, ut in ea exornanda omnis opera frustra collocari videatur, paucis tamen illustrari oportet quoddam Theodoreti testimonium, quod licet cum Platonico nondum fuerit a quoquam compositum, verendum tamen est ne quis contra nostram sententiam speciose eo uti posse opinetur. Tradit enim ille *Graec. Affect. Curat. II.*, *p.* 735. *T. IV.* haec: καὶ Ὅμηρος δὲ καὶ Ἡσίοδος παντάπασι τὸν τοῦ παντὸς ἠγνόησαν ποιητήν. Ἡσίοδος μὲν γὰρ ἐκ τοῦ Χάους ἔφησεν Ὠκεανὸν καὶ Τηθὺν γεγενῆσθαι· ἐκ δὲ Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος τὸν Οὐρανὸν καὶ τὴν Γῆν, ἐκ δὲ τούτοιν Κρόνον τε καὶ Ῥέαν καὶ τούτων τοὺς ἀδελφούς· ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας τὸν Δία καὶ τὴν Ἥραν καὶ Ποσειδῶνα καὶ Πλούτωνα. ὁ δὲ Ὅμηρος καὶ τὸν Ὠκεανόν φησι θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν. At quamvis Theogoniam Theodoretus adolescentulis tunc decantatam fuisse narret, ipsi tamen haec scribenti nequaquam constitit memoria. Videlicet tenemus eum manifesto in hac causa mendacii, ut evincitur ex eodem libro *III.*, *p.* 768.: τρίτον δὲ τοῖς μύθοις πεπιστευ-

κότες τῶν ποιητῶν. τούτοις δὲ καὶ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ πιστεύειν παρεγγυᾷ. Iam apponit illius verba *περὶ γὰρ τῶν ἄλλων δαιμόνων* usque ad *πιστευτέον p.* 40. *fin.* Deinde pergit: *εἶτα τὸν Ἡσίοδον εἰς μέσον παράγει* (Plato) *καὶ τὸ Χάος καὶ τὸν Ὠκεανὸν καὶ τὴν Τηθὺν καὶ τὸν Οὐρανὸν καὶ τὴν Γῆν καὶ τούτων τοὺς παῖδας τὸν Κρόνον καὶ τὴν Ῥέαν, τὸν Ἰαπετὸν καὶ τοὺς ἄλλους. καὶ αὖ πάλιν τοὺς ἐκ Κρόνου καὶ Ῥέας φύντας τὸν Δία, τὴν Ἥραν, τὸν Ποσειδῶνα, τὸν Πλούτωνα.* Hoc ex loco iam comperimus quo auctore hocce genealogiae genus Hesiodo tributum aut subditum potius sit: nempe Platone, qui quidem nihil istiusmodi in Timaeo de Hesiodo interposuit. Errori vero dedit ansam quae apud Platonem post verba ab Theodoreto apposita proxime subiungitur de Deorum origine narratio: *Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην. ἐκ τούτων δὲ Φόρκυς τε καὶ Κρόνος καὶ Ῥέα καὶ ὅσοι μετὰ τούτων. ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας Ζεὺς Ἥρα τε καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν, ἔτι τε τοὺς τούτων ἄλλους ἐκγόνους.* Haec autem non Hesiodi doctrinam describunt accurate et negligentissime ab sancto viro tractata et in diversam sententiam manifesto demutata sunt.

Post Chaos, sed non ex Chao Terram fuisse genitam secundum Hesiodum, copiosa testium commemoratione supra demonstravimus. Nihil pugnat Aristoteles *Metaphys. I.*, 8. *p.* 989.: *φησὶ δὲ καὶ Ἡσίοδος τὴν Γῆν πρώτην γενέσθαι τῶν σωμάτων.* Chaos enim ille explicat de spatio. V. *Phys. Ausc. p.* 208. *de Xenoph. c.* 2. *p.* 976. — Verba poetae in hanc sententiam:

αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ,

exstant apud Arist. *de Xen. c.* I. *p.* 975., Platonem *Symp. p.* 178. *B.*, Sextum Empiricum *adv. Phys. I.*, 6. 7. *p.* 550. In verbo *εὐρύστερνος*, de quo egregia est scholiastae annotatio, substitit Aristotelis citatio *Phys. Ausc. p.* 208. et *Metaph. I.*, 4. *p.* 984. Accurate attigit locum Plutarchus *de Orac. def. T. II.*, *p.* 433. *E.*: *αὐτὴν μὲν οὖν τὴν Γῆν ὥσπερ Ἡσίοδος ἐνίων φιλοσόφων βέλτιον διανοηθεὶς πάντων ἕδος ἀσφαλὲς προσεῖπεν, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἀΐδιον καὶ ἄφθαρτον νομίζομεν.* Convenit varia recentiorum turba iamiam indicata, v. c. Stobaeus *ll. cc.*

Qui proxime in codd. Hesiodeis scripti sunt versus 118. 119., parum firmam atque constantem habent fidem. Primum utrumque omiserunt Aristoteles *de Xen. c.* 1. *Metaph. I.*, 4. et Plato *l. c.*; illius exemplum imitatus est

Sextus *l. c.* Deinde *v.* 118., qui sane incommodam et impeditam infert sententiam, non agnovit, opinor, Plutarchus *l. c.* Versum autem 119. non legisse videntur ii, qui tria tantum ex Hesiodo apponunt rerum principia. — At vero ut taceam de constanti Cornuti, Theophili, Origenis, Stobaei testimonio utrumque servantium, *v.* 118. criticorum aetate Alexandrinorum iam locum obtinuisse suum, planissime efficitur ex notatione critica in omnibus prope codicibus ad hunc versum conservata: *ὅθεν ἐπαγόμενος ἀθετεῖται στίχος.* Hocce enim Alexandrinorum fere proprium fuit. Idem valet de *v.* 119., cui haud debilis puto auctoritas in Plutarchi Pausaniaeque consensu parata est. Praeterea vetustissimis quas modo memoravimus philosophorum citationibus omnem prope demere licet persuadendi vim. Nam apud Platonem multa suadent, ut poetae verba recenti memoria sermoni interserta esse existimemus. Sextus non numeratur. Aristoteles autem qui summam in alienis afferendis sectabatur brevitatem, non apposuit versus sive quod non probabat eos sive quod eam amplexus erat interpretandi rationem, ut sine sententiae dispendio versui 117. *v.* 120. adiungere posset. Quale vero et ab hoc et ab omnibus, qui triplex principium sumunt, loco adhibitum fuerit interpretandi genus, ex recentium philosophorum libris clare perspicitur. V. Io. Diacon. *Allegor. pag.* 555., 2. *sqq.*: *λέγεται δ' ἐνταῦθα ἡ γῆ ἕδος ἀσφαλὲς τῶν τε οὐρανίων θεῶν τῶν τε ὑποχθονίων, παρόσον στήριγμά ἐστι τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν μερῶν αὐτοῦ, δηλαδὴ τῶν τε ἄνω ἄστρων καὶ τῶν κάτω· καὶ γὰρ πᾶν κινούμενον περί τι ἀκίνητον ἑδράζεται· ἕδρα δὲ πάντως τῆς οὐρανίου κινήσεως τὸ μεσαίτατον τοῦ παντός ἐστιν, ἤγουν ἡ γῆ ἀκίνητος μένουσα.* Cfr. Caelium Rhodig. *Lect. Ant. I.*, 4. *p.* 16. Ioannem hoc loco non genio indulsisse suo, sed antiquorum vestigia legisse declarari potest ex Chalcidii de h. l. disputatione *comment. in Plat. Tim. c.* 7., 122. *p.* 333.: *Terram antiquissimam Deorum dici opinor. — Velut ait Hesiodus:*

> *Prima haec est caligo, dehinc post terra creata est,*
> *Spirantium sedes firmissima pectore vasto.*

Post Chaos enim, quam Graeci ὕλην, nos silvam vocamus, substituisse terram docet in medietate mundani ambitus, ut fundamenta, fixam et immobilem. His Chalcidium *vv.* 118. 119. reddidisse utcunque intellectus ex Ioannis disputatione colligitur. Quod quum ita sit, mirifice hoc exemplo post Wolfium abutuntur, qui Chalcidium *vv.* istos in exemplari non repperisse pertendant.

V. 119. librorum scriptura *Τάρταρά τ' ἠερόεντα*, quae in *Il. θ*, 13. et *Theog. v.* 682. 721. 736. 807. idoneam habet defensionem, et apud Theophilum atque Cornutum exstat *pag.* 174. *fin.* et creberrima grammaticorum usurpatione divulgata est. Vide Plutarchum *de primo frigid. T. II*, *p.* 948. *F.*: *Τάρταρος ὑπὸ ψυχρότητος κέκληται. δηλοῖ δὲ καὶ Ἡσίοδος εἰπὼν Τάρταρον ἠερόεντα καὶ τὸ ῥιγοῦντα πάλλεσθαι καὶ τρέμειν ταρταρίζειν.* Adde Schol. Ven. *ad Il. α*, 312., Eustath. *ad Il. pag.* 108., 23., Etym. M. *p.* 502., 31., Choerob. *in Et. Gud. p.* 314., 15. ll. cit. in *Et. M. p.* 915. — Nihil igitur in fortuitis quibusdam librariorum erroribus quaerendum est reconditi; v. c. apud Stobaeum *I.*, 10. *T. II.*, 2. *p.* 20. *Heeren.* nonnulli exhibuerunt *ἠρόεντα*, librarius Cornuti *p.* 173. *εὐρυόδοντα*, Origenis *pag.* 179. *ἠνεμόεντα*. Interea ex Orphei usu apud *Proclum in Tim. p.* 211.:

Τάρταρά τ' εὐρώεντα καὶ ἔσχατα πείρατα γαίης,

apud Hesiodum quoque idem genus olim ab nonnullis scriptum fuisse haud improbabiliter quis coniecerit. Cfr. *Theog. v.* 739. 810.

Quod libri Hesiodei addunt ad describendam Tartari naturam *μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης*, et ab Theophilo, Origene, Cornuti interpolatore *pag.* 173. nonnullisque Stobaei librariis usurpatur et egregiam habet Homerici sermonis commendationem. V. *Od. γ*, 402. *Il. ι*, 659. *Il. ρ*, 36. *Il. χ*, 440. aliaque minus apta, quae Wolfius apposuit. — Sed diversa antiquitus propagata h. l. est scriptura *μυχὸν χθονός*, iis praesertim commoda, qui Chalcidii Diaconique interpretationem sequebantur. Hanc iam Cornutus nosse videtur *p.* 174. *sq.*: *τὰ ἠερόεντα Τάρταρα, ἃ δὴ μυχὸν γῆς ὠνόμασεν ὁ προειρημένος ποιητής.* Eandem et altero quoque Cornuti loco *p.* 173. in codice vidit Iodocus Velareus *pag.* 158. *B.*, et ex optimis Stobaei codicibus produxit Heerenius *Ecl. T. II.*, 2. *p.* 20. Inter utrumque enuntiandi genus id intercedit discriminis, ut hanc si sequamur scripturam, Tartarus ad Terram ipsam pertinere eiusque partem aliquam complere dicatur; secundum alteram vero quamquam Terra inclusus esse fingitur, tamen distincte ab ea disparetur et totum aliquod per se efficiat. Collucet hoc ex accurata exemplorum consideratione tum eorum quae usurpavimus antea tum aliorum alteri scripturae congruentium, v. c. *Il. φ*, 23.:

ἰχθύες ἄλλοι
φεύγοντες πιμπλᾶσι μυχοὺς λιμένος εὐόρμου.

Apoll. Rhod. *Arg. II.*, 1246.:

καὶ δὴ νισσομένοισι μυχὸς διεφαίνετο Πόντου.

Sed frequentatur hoc genus inprimis recentium usu; Liban. *T. I.*, *p.* 371.: *πάντας μυχοὺς θαλάττης. T. II., p.* 71.: *καὶ πολλοὶ μὲν γῆς, πολλοὶ δὲ θαλάττης μυχοί.* Charit. *V.*, 11. *p.* 106.: *καὶ βαρβάροις ἐγκλείομαι μυχοῖς ἡ νησιῶτις.* Hesiodo autem commodum censebatur fortasse propter *v.* 841.:

Πόντος τ' Ὠκεανοῦ τε ῥοαὶ καὶ Τάρταρα γαίης.

V. 120. Post haec exoritur *Ἔρως.* Vide Aristotelem *Metaphys. I.*, 4. *p.* 984.: *ὑποπτεύσειε δ' ἄν τις Ἡσίοδον πρῶτον ζητῆσαι τὸ τοιοῦτον, κἂν εἴ τις ἄλλος Ἔρωτα ἢ ἐπιθυμίαν ἐν τοῖς οὖσιν ἔθηκεν ὡς ἀρχήν, οἷον καὶ Παρμενίδης. οὗτος γὰρ κατασκευάζων τὴν τοῦ παντὸς γένεσιν πρώτιστον μὲν (φησὶν) Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων. Ἡσίοδος δὲ*

πάντων μὲν πρώτιστα Χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος,
ἠδ' Ἔρος, ὃς πάντεσσι μεταπρέπει ἀθανάτοισιν.

ὡς δέον ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τιν' αἰτίαν ἥ τις κινήσει καὶ συνάξει τὰ πράγματα. Plato *Sympos. p.* 178. *B.*: *γονῆς Ἔρωτος οὔτ' εἰσὶν οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὔτε ἰδιώτου οὔτε ποιητοῦ, ἀλλ' Ἡσίοδος πρῶτον μὲν Χάος φησὶ γενέσθαι,*

αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί,
ἠδ' Ἔρος.

Cfr. *pag.* 195. *B. C.* et Sext. Empir. *adv. Physic. I.*, 6. 7. *p.* 549. *sq.*, quem Aristoteli obsecundasse notavimus. Accedit Plutarchus *Amator. T. II.*, *p.* 756. *E. F.*: *Παρμενίδης μὲν ἀποφαίνει τὸν Ἔρωτα τῶν Ἀφροδίτης ἔργων πρεσβύτατον. — Ἡσίοδος δὲ φυσικώτερον ἐμοὶ δοκεῖ ποιεῖν Ἔρωτα πάντων πρεσβύτατον, ἵνα πάντα δι' ἐκεῖνον μετάσχῃ γενέσεως.* Cfr. *ib. p.* 763. *E.* Deinde *de facie in orbe lun. T. II.*, *p.* 926. *E. F.* 927. *A.* *): *ἄκρατοι καὶ ἄστοργοι καὶ μονάδες αἱ τῶν ὅλων ἀρχαὶ μὴ προσιέμεναι σύγκρισιν ἑτέρου πρὸς ἕτερον, μηδὲ κοινωνίαν ἀλλὰ φεύγουσαι καὶ ἀποστρεφόμεναι καὶ φερόμεναι φορὰς ἰδίας καὶ αὐθάδεις, — ἄχρις οὗ τὸ ἱμερτὸν ἧκεν ἐπὶ τὴν φύσιν ἐκ*

*) Hoc loco mirum in modum abusus est Sturzius *Emped. p.* 536., ut versus Homericos de etymologia nominis *Ἔρως*, quos servavit Plato *Phaedr. p.* 252. *B.*, Hesiodo vindicaret. Argumentatio tam subtilis est et supina, ut paucos aut assequuturos eam aut sequuturos esse existimem.

προνοίας, Φιλότητος ἐγγινομένης καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος, ὡς Ἐμπεδοκλῆς λέγει καὶ Παρμενίδης καὶ Ἡσίοδος. — Veram Hesiodi sententiam obscuravit schol. *Apoll. Rhod. III.*, 26.: Ἴβυκος καὶ Ἡσίοδος ἐκ Χάους λέγει τὸν Ἔρωτα. Similem errorem licet in aliis notare, v. c. Cornuto *p.* 175. *fin.*, Manilio *Astron. II.*, 13., Theophilo *l. II., c.* 12. *p.* 98., quo supra utebamur. Librorum Hesiodeorum fidem tuentur tum singula testimonia a me indicata, tum in genere Aristotelis disputatio *de Xenophane c.* 1. *p.* 975.: λέγεταί τε καὶ σφόδρα — γίγνεσθαί τε τὰ μὴ ὄντα καὶ γεγονέναι πολλὰ ἐκ μὴ ὄντων, καὶ οὐχ ὅτι οἱ τυχόντες, ἀλλὰ καὶ τῶν δοξάντων εἶναι σοφῶν τινὲς εἰρήκασιν. Iam appositis Hesiodi versibus 116. 117. 120. pergit: τὰ δ' ἄλλα φησὶ γενέσθαι, ταῦτα δ' ἐξ οὐδενός.

Forma Ἔρος commemorata est ab Eustathio *ad Il. pag.* 136., 34. *sq.*: τὸ δὲ ἔρον Αἰολικόν ἐστι καὶ εὕρηται αὐτοῦ ἡ εὐθεῖα παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ παρὰ τῷ Ἡσιόδῳ δὲ ἐν τῇ Θεογονίᾳ. Cfr. eund. *p.* 988., 9. *sq.* Sed memoriae lapsu accidit, quod semel Ἔρος in Theogonia reperiri affirmavit *ad Odyss. p.* 1843., 60. Videlicet gravissimum exemplum inhaesit animo, reliqua perierunt. V. *v.* 201. 910.

Aristoteles versum 120. apponit hunc in modum conformatum:

ἠδ' Ἔρος, ὃς πάντεσσι μεταπρέπει ἀθανάτοισιν.

V. *Metaphys. I.*, 4. et *de Xenoph. c.* 1. Platonis codices subsistunt in vocabulo Ἔρος. Reliqui qui exemplo utuntur scriptores ab Hesiodeorum auctoritate non recedunt, v. c. Sextus *l. c. p.* 550., Cornutus *p.* 173. et *p.* 175. (ταύτην τὴν δύναμιν καλλίστην καὶ ἀξιοθέατον οὖσαν), Origenes, Theophilus, Stobaeus *ll. cc.* Aristoteleum scribendi genus, quod nullus dubito quin pro verae discrepantiae exemplo habendum sit, quamquam altero longe commendabilius videtur esse propterea quod illud cogitationem corporis ab reliquis hac carminis parte nominibus admodum alienam distincte ostendit enuntiatam, tamen veterum criticorum assensum non tulit; quam quidem rem ex Sexti testimonio colligere licet, quod quum in universum ex Aristotele expressum sit, hac in causa ab eius fide recedit.

Proximis verbis *vv.* 121. 122. celeberrimum continetur de aequali amoris in Deos hominesque potentia dictum. Versus usurparunt Origenes *pag.* 180., Theophilus *p.* 91., librarii Cornuti *pag.* 173.; sententiam respicit Libanius *T. IV.*, *p.* 404. *sqq.*: τὴν δὲ τοῦ Ἔρωτος δύναμιν ὡς ἄμαχος ὁ θεός, ὡς ἀνίκητος, ὡς πάντας αὐτοῦ ποιεῖ ἀσθενεστέρους τίς ἀγνοεῖ; ὅς γε ἴσον δύναται κατὰ ἀν-

θρώπων καὶ θεῶν. Propter eandem Hesiodum exagitat Theophilus *ad Autolycum l. II., c.* 12. *p.* 98.: *τὸ δὲ εἰπεῖν Ἡσίοδον — Ἔρωτα κυριεύοντα τῶν κατ' αὐτόν τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων, μάταιον καὶ ψυχρὸν τὸ ῥῆμα αὐτοῦ καὶ ἀλλότριον πάσης ἀληθείας δείκνυται. θεὸν γὰρ οὐ χρὴ ὑφ' ἡδονῆς νικᾶσθαι.*

V. 121. vocabulum *λυσιμελὴς* hinc, opinor, expresserunt Sappho *ap. Hephaest.* 7., *p.* 42. *G.*:

Ἔρος δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ,

et Archilochus *ap. eund. p.* 90.:

ἀλλά μ' ὁ λυσιμελὴς, ὦ 'ταῖρε, δάμναται πόθος.

Archilochus simul verbum *δάμναται* ex *v.* seq. petiisse videtur: rarior est significatu activo formae usus, sed nec ratione caret nec auctoritate. V. *Odyss.* ξ, 488., h. Hom. *in Ven.* 17., Apoll. Rhod. *Arg. II.*, 407., Nicand. *Alexiph.* 422. Superest tamen apud Origenem veteris discrepantiae specimen; nam quamquam ab Gronovio et in Wolfii editione *pag.* 180. *δάμναται ἐν στήθεσσι* editum est, codices tamen et Mediceum et Taurinensem exhibere *δαμνᾷ τε ἐν στήθεσφι,* auctor est Salvinius *Supplem. ed. Wolf. pag.* 48. Hoc si admittitur, praecedenti versu verba *πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων* ex *λυσιμελὴς* sunt nectenda. Idem explicandi genus vulgatae versus lectioni adhibuerunt interpres Basileensis, Iodocus Velareus *pag.* 158. et Clauserus Tigurinus *pag.* 173. *Gal.* — Ceterum eodem versu quod Cornuti librarius *pag.* 173. pro *ἐπίφρονα βουλὴν* tradidit *ἐχέφρονα βουλήν,* in solo errore versatur: nam ne copulentur verba, prohibet notio.

V. 123. de Chao, Erebi Noctisque genitore, adest apud Origenem, Theophilum, Cornutum *p.* 173., 8. 9. 31. 32. *p.* 175., 9., Schol. *ad Arat. v.* 408. *p.* 97. *et* 299. *Buhl.*, et *ad Eur. Orest.* 174. *p.* 152. *ed. Bas.* Noctis memoria ex hoc loco obversabatur Aristoteli *Metaphys. XIII.*, 4. *p.* 1091. et Cyrillo *adv. Iulian. l. II.*, *p.* 53. *B.*

V. 124. de Aethere et Die, Noctis progenie, usurparunt Origenes, Theophilus, Cornutus *pag.* 173., 29. 30. 10. 11., Etymol. M. *p.* 429., 25. *sq.*, Schol. Vratisl. *ad Pind. Ol. II.*, 58. Deinde Ammonius *p.* 66.: *Ἡμέρα Ἠοῦς διαφέρει. Ἡμέρα μὲν γάρ ἐστι τὸ κατάστημα μόνον ἀσώματον, ἣν Ἡσίοδος Νυκτὸς γενεαλογεῖ*

Νυκτὸς δ' αὖτ' Αἰθήρ τε καὶ Ἡμέραι ἐξεγένοντο.

Vocabulum corruptum esse docet disputationis ratio; quomodo sit emendandum, quum ambiguum sit, declarat Eusta-

Io. Diaconum *Allegor. p.* 554. *sq.* et quae de *v.* 119. paullo post disputabuntur.

Alii Hesiodum quattuor rerum principia posuisse tradunt, v. c. Plutarchus *de Isid. et Osir. T. II., p.* 374. *B. C.*: δόξειε δ' ἂν ἴσως καὶ Ἡσίοδος τὰ πρῶτα πάντων Χάος καὶ Γῆν καὶ Τάρταρον καὶ Ἔρωτα ποιῶν, οὐχ ἑτέρας λαμβάνειν ἀρχὰς, ἀλλὰ τὰς αὐτάς, [εἴ] γε δὴ τῶν ὀνομάτων τῇ μὲν Ἴσιδι τὸ τῆς Γῆς, τῷ δὲ Ὀσίριδι τὸ τοῦ Ἔρωτος, τῷ δὲ Τυφῶνι τὸ τοῦ Ταρτάρου μεταλαμβάνοντες [ὀρθῶς] ἀποδίδομεν. τὸ γὰρ Χάος δοκεῖ χώραν τινὰ καὶ τόπον τοῦ παντὸς ὑποτίθεσθαι. Pausan. IX., 27., 2.: Ἡσίοδον δὲ ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐσποιήσαντα οἶδα γράψαντα ὡς Χάος πρῶτον, ἐπὶ δὲ τούτῳ Γῆ τε καὶ Τάρταρος καὶ Ἔρως γένοιτο. Cornutus *c.* 17. *p.* 173.: πάλιν οὖν ἐμυθεύσαντο Χάος γενέσθαι, καθάπερ Ἡσίοδος ἱστορεῖ. μετ' αὐτὸ δὲ τὴν Γῆν καὶ τὸν Τάρταρον καὶ τὸν Ἔρωτα. Cfr. Schol. Cant. *ad v.* 115. *p.* 475., 10. *sqq.* et Cornut. *l. c. p.* 173. *fin. p.* 174. *in.* Damascius *de primis princip. c.* 124. *p.* 383. *ed. Kopp.*: Ἡσίοδος δέ μοι δοκεῖ πρῶτον γενέσθαι τὸ Χάος ἱστορῶν τὴν ἀκατάληπτον τοῦ νοητοῦ καὶ ἡνωμένην παντελῶς φύσιν κεκληκέναι Χάος, τὴν δὲ Γῆν πρώτην ἐκεῖθεν παράγειν ὥς τινα ἀρχὴν τῆς ὅλης γενεᾶς τῶν θεῶν, εἰ μὴ ἄρα Χάος μὲν τὴν δευτέραν τῶν δυοῖν ἀρχῶν, Γῆν δὲ καὶ Τάρταρον καὶ Ἔρωτα τὸ τριπλοῦν νοητὸν, τὸν μὲν Ἔρωτα ἀντὶ τοῦ τρίτου, ὡς κατὰ ἐπιστροφὴν θεωρουμένην. In eandem sententiam valet Theophili testimonium *ad Autol. II.*, 12. *p.* 98.: τὸ δὲ εἰπεῖν Ἡσίοδον τὸν ποιητὴν ἐκ Χάους γεγενῆσθαι Ἔρεβον καὶ τὴν Γῆν καὶ Ἔρωτα κυριεύοντα τῶν κατ' αὐτὸν τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων, κ. τ. λ. Nam notionum propinquitas nomina Τάρταρος et Ἔρεβος permutandi dedit ansam.

Manifestum hunc scriptorum dissensum quamvis multi explicari inde velint, quod discrepantia hac parte poetae exemplaria inter Graecos circumferebantur; non multum tamen absum, quin nullam in re critica potestatem habere contendam. Nam prior sententia ex philosophorum scholis prodiit, qui omnem poetae orationem ad certum disciplinae genus revocabant suaque ut inde elicerent sensa omni studio annitebantur. Illud saltem sub dubitationem cadere non potest, quod librorum scriptura temporibus scholae Alexandrinae diu dum obtinuit.

Omnium rerum initium secundum Hesiodi sententiam ab Chao esse sumendum, tota antiquitas consentit. V. Aristot. *Phys. Auscult. IV.*, *p.* 208.: δόξειε δ' ἂν καὶ

Ἡσίοδος ὀρθῶς λέγειν ποιήσας πρῶτον τὸ Χάος; Cfr. *de Caelo* l. 3. p. 298. *de Xenoph.* c. 1. p. 975. c. 2. p. 976., Plat. *Symp.* p. 178. *B.*, Sext. Empir. *adv. Phys. II.*, 11. p. 635., Theodoret. *Graec. affect. curat. II.*, p. 735., *III.*, p. 768. *T. IV. ed. Schulz.*, Clem. Rom. *Recognit.* l. X., c. 31. p. 320. *T. II. Gall.* — Schol. A. B. D. *ad Il.* ξ, 246. (274. p. 234. *b. ed. Ald.*) p. 395. *Bekk.*: *πῶς Ἡσιόδου πάντων πρῶτον εἰπόντος γεγενῆσθαι τὸ Χάος, Ὅμηρός φησιν Ὠκεανόν; ῥητέον οὖν ὅτι ἕκαστος μὲν εἴρηκεν ὡς ἐβούλετο, Ὅμηρος δὲ φιλοσοφώτερον.* Terentius Varro *de l. l. IV.*, p. 8. *Bip.*: *ut cavum sit orium, unde omnia apud Hesiodum, a chao.* Festus s. v. *inchoare* pag. 79.: *Inchoare videtur ex Graeco originem trahere, quod Hesiodus omnium rerum initium esse dixerit chaos.* Cll. s. v. *Chaos* p. 40. *et not. Dacer.* p. 459. *Lind.* Lactantius Firmian. *Div. Inst. I.*, 5. p. 232. *E.*: (Hesiodus exordium sumit) *a Chao, quod est rudis inordinataeque materiae confusa congeries, cum explanare antea debuerit, chaos ipsum unde, quando, quomodo esse aut constare coepisset.* Lactantius Placidus *narrat. fabular. Ovidian.* c. 1. p. 788. *ed. Stav.*: *Chaos, ut Hesiodus indicat volumine, quod Deorum originem continet, fuit initio quaedam rerum confusio, quae postea in suas species distributa est, ita ut levissima corporum, aether igneus et hunc infra aer frigidus, ceteraque sidera sublimem partem peterent universa: per quae solis splendor ac lunae vagaretur: gravissima autem humus liquorque in ima parte subsiderent.* Quo loco accidit idem auctori Latino, quod Graecis nonnumquam vitio verti potest: non disterminavit sententiam poetae ab interpretum sapientia.

Verba poetae in hanc sententiam apud Aristotelem sunt haec:

πάντων μὲν πρώτιστα Χάος γένετ',

v. *Phys. Auscult. IV.*, p. 208. *Metaphys. I.*, 4. p. 984: Librorum Aristoteleorum auctoritatem recenti tempore in hac causa non esse vitiatam, intelligitur ex testimonio Iustini Martyris, qui priorem locum una cum citatione Hesiodea ad verbum transcripsit *Aristot. Dogmat. Anens.* p. 131. Discessit igitur Aristoteles ab hodierna scriptura;

ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ',

quae et in Hesiodi exemplaribus manu exaratis reperitur omnibus et scriptorum citationibus abunde confirmatur. Hanc enim referunt v. c. Plutarchus *T. II.*, p. 678. *F.* p. 955. *D. E.*, Sextus Empiricus *adv. Physicos II.*, 11. p. 635. *II.*, 18. p. 636. *et I.*, 6. 7. p. 549. *sq.*, quo loco

thius *ad Odyss.* p. 1527, 55., meliore usus libro: Ἡσίοδος τὴν μὲν Ἡμέραν Νυκτὸς γενεαλογεῖ ἐν τῷ

Νυκτὸς δ' αὖτ' Αἰθήρ τε καὶ Ἡμέρη.

Eandem vocis dialectum reliqua ostendunt testimonia, exceptis Etymologo et Scholiasta Pindarico, ubi Ἡμέρα exaratum est. Verum quum de harum citationum origine res sit obscura, apud sobrios iudices ne minimam quidem habent auctoritatem.

V. 125. qui coniugem addit Nocti Erebum, in reliquorum continuitate positus est apud Theophilum. Origenes vero et reliqui quos memoravimus praec. *v.* auctores eum non agnoscunt. Eadem tamen numina iungunt Cicero *de nat. III.*, 17., 44., genealogorum antiquorum attestans fidem, et Hyginus *pag.* 7.

Aetheris filios nullos commemoravit Hesiodus, nec mancam hoc loco dixerim codicum traditionem. Nulla enim fide dignus est Gregorii ille enarrator sub Nonni nomine editus a Billio *T. II.*, *p.* 517. *A. B.*: *In Theogonia* (Hesiodus) *Deorum ortus enumerare incipit, nimirum quod ex Chao et Aethere natus sit ille, ex Caelo et Terra Saturnus*, etc. Convenit profecto Nonnus Montacutii *pag.* 153.: ἐν τῇ οὕτω καλουμένῃ Θεογονίᾳ ὁ Ἡσίοδος ἄρχεται καταριθμίζεσθαι τὰς γενέσεις τῶν θεῶν, ὅτι ἐκ τοῦ Χάους καὶ ἐκ τοῦ Αἰθέρος ἐγεννήθη ὁ δεῖνα, κ. τ. λ. Scilicet narratiunculas istas edidit Montacutius ab Graeculo indocto ex Latino sermone translatas. Contra nec Gaisfordianum exemplar in *Catal. Bibl. Clark. T. I.*, *p.* 46. repetitum, nec Elias Cretensis *comment. in Greg. T. II.*, *p.* 382. *D.* eiusmodi quid inde afferunt expromptum. — Deinde fragmento Hesiodeo *ap. Et. M. p.* 215, 37. *s. v.* βροτός: ὁ δὲ Ἡσίοδος ἀπὸ Βροτοῦ τοῦ Αἰθέρος καὶ Ἡμέρας, si integrum mansit, verius in alio poetae carmine assignaverim locum.

Sequentem Hesiodi de Terra eiusque prole narrationem in genere respicit Galenus *comment. in Hippocr. de Nat. Hom. l. I.*, *c.* 25. *T. III.*, *p.* 114. *C. Chart.*: καὶ γὰρ καὶ νῦν οἶδα τινὰς ἄλλα γράφοντας, ὧν τὰ συγγράμματα τοῖς μὲν δὴ συναπέθανον, τοῖς δὲ συντεθνήξεται, καθάπερ καὶ τοῦ λέγοντος ἁπάντων εἶναι μητέρα καὶ τιθήνην καὶ ἀρχὴν καὶ στοιχεῖον τὴν γῆν. αὐτὴν γὰρ καὶ τὸν οὐρανὸν γεννῆσαι, καθάπερ Ἡσίοδός φησι, καὶ τὰ ζῶα τὰ κατ' αὐτήν. His copulanda sunt quae doctissimo *ad Eur. Hipp.* 604. scholio continentur *p.* 508. *Bas.*: γῆ πάντων μήτηρ κατὰ Ἡσίοδον. Libri Hesiodei an satisfaciant his testimoniis, definire non ausim. Sed quicquid deficiant, certum profecto est, non potuisse olim hic locum habuisse ea, quae Schol. Palat. *ad Simm. A. Pal. XV.*, 24. *ed. Iac. T. III.*;

p. 824. ad Hesiodi auctoritatem rettulit: Ἀκμονίδαν δὲ τὸν Οὐρανὸν, Ἡσίοδος

Γαῖα μὲν Ἄκμον' ἔτικτεν,

ἀπὸ δ' Ἄκμονος Οὐρανός. Nam primum probatissimi antiquitatis auctores Acmonis fabulam ad alios eosque admodum novitios poetas referunt. V. Schellenb. *Ant.* *p.* 73. Deinde Scholiasta Palatinus eruditione non excellit adeo, ut vetustiores illis usurpasse videatur Theogoniae codices. Nihil enim prodit quod non trivio sit positum. Denique carminis exemplaria insigni hac parte gaudent antiquorum testimoniorum fundamento.

Caelum e Terra esse natum tribus versibus illustrant libri Hesiodei; totidem ac prope eosdem et apposuerunt Theophilus, Origenes, Stobaeus *Ecl. Phys. I.*, XI., 9. *p.* 284., et explicuit Cornutus *pag.* 175. Reliqui scriptores aut duo tantum usurparunt *vv.* 126. 127., v. c. Cyrillus *adv. Iul. II.*, *p.* 53. *C.*, Orio *Etym. p.* 118., 30. *sq.*, Etym. M. *p.* 642., 11. *sq.*, Schol. *ad Pind. Nem. VI.*, 1.; aut primum cum alterius parte dimidia, v. c. Schol. *ad Arat. v.* 22. *p.* 15. *et* 270. et *ad Soph. Electr.* 86. *p.* 312. Eosdem denique Zeno in eam sententiam videtur explicuisse, ut Hesiodum τὸν οὐρανὸν πρῶτον ὀνομάσαι κόσμον καὶ τὴν γῆν στρογγύλην contenderet. V. Diog. Laërt. VIII., 48. — De singulorum vocabulorum auctoritate admonendum est primum, quod *v.* 126. circa prima verba δέ τοι πρῶτον μὲν multum ab librariis scriptorum erratum est: sed quum nullum inde scribendi genus diversum certo possit elici, notatu ea duco indigna. Contra summa eaque gravissima scriptorum convenientia cernitur in vv. ἶσον ἑαυτῇ usurpatione: comparent autem in omnibus quae produximus exemplis, praeter quod levis interdum irrepsit calami error, v. c. apud Orionem αὐτῇ, apud Schol. Arat. *p.* 270. ἴσην ἑαυτοῦ. Deinde nonnulla exempla eo sunt luculentiora certioremque admittunt usum, quod simul comprehendunt accuratam eorundem verborum explicationem. Sic *apud Schol. Soph. l. c.*: τοῖς φιλοσόφοις ἴσος δοκεῖ εἶναι κατὰ τὴν ἀνάλυσιν ὁ ἀὴρ τῇ γῇ. συνέστραπται γὰρ ἡ γῆ. εἰ δὲ διαλυθῇ, ἰσωθήσεται αὐτῷ. οὕτως ἔχει καὶ τὸ Ἡσιόδειον Γαῖα κ. τ. λ. Deinde *ap. Schol. Arat. l. c.* ad verba ἀτάλαντον ἁπάντῃ: δηλαδὴ ἴσην καὶ ὁμοίαν (τὴν γῆν)· καὶ αὐτὴ γὰρ σφαιροειδὴς καὶ ὁ οὐρανός. καὶ Ἡσίοδος Γαῖα κ. τ. λ. Cum his necessario coniungendum erit vetustissimae indolis scholion *ad h. l. p.* 480.: κέντρον ἡ γῆ· αἴτιον δὲ σφαίρας τὸ κέντρον· διὸ γεννᾷ ἡ γῆ τὸν οὐρανόν. ἀλλ' ὁ Κράτης ἀπορεῖ, λέγων εἰ γὰρ ἴσον, πῶς δύναται καλύπτειν; λέγει οὖν ἴσον, ὅμοιον τῷ σχήματι, σφαιροειδῆ, τῷ μεγέθει δὲ ἀπει-

ροπλάσιον. Δίδυμος δὲ τὸ ἶσον ἑαυτῇ κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως λόγον, ἤγουν ὅτι καὶ αὐτὸς ὥσπερ αὐτὴ ἐγεννήθη. Interim qui veterum grammaticorum studia Homerica aliqua ex parte norunt usurpando, copiosae huic testium commendationi non cedent continuo. Decretum videlicet erat ab illis, ut compositae pronominis reciproci formae ab Homeri usu alienissimae censendae essent. Ita et αὐτῇ damnabant et ἑ αὐτήν, οἷ αὐτῷ ubique esse scribendum praecipiebant. V. Apollon. Dysc. *de pronom.* *p.* 102. *fin.*, *de synt.* *p.* 140., Schol. *ad Il.* α, 271., Eustath. *ad Il.* *p.* 103., 22. *p.* 1202., 8. Hoc praeceptum tum apud alios tum in Aristarchea schola unice obtinuit: perpauci tamen critici, inter quos eminet Ptolemaeus Ascalonita, discesserunt et in Homericis quoque carminibus tolerabant αὑτῇ similiaque. V. Schol. *ad Il.* ι, 342., Apoll. Dysc. *de pron.* *p.* 101. *de synt.* 2., 19. *p.* 141. Sed Zenodotum his non licet adiungere, si quidem exemplum unicum, quod in hanc rem ab Wolfio poterat proferri *Prolegg.* *p.* *CCVII.*, ipsa postulante grammatici disputatione, a Bekkero prudenter sublatum est. — Iam quae Homerico sermoni scriptae erant consuetudinis leges, earundem ad normam sine dubio exigebantur olim Hesiodea. Quocirca ἶσον ἑαυτῇ aut ferri hoc loco non potuerat ab Aristarcho, Aristonico, Seleuco, si acceperant traditum, aut eo tempore nondum comparebat in libris. Haec si concinne disputata sunt ut arbitror sobrieque concepta, ingenio medela loco quaerenda est. Prompta autem et expedita emendatio adest haec:

Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἁπάντῃ
Οὐρανόν —,

quippe quae et eandem vulgata scriptura exserit sententiam et eum in modum est enuntiata, ut iam Cratetis Didymique disputationibus praebere potuerit ansam. Ἑαυτῇ tamen ipsa iam antiquitatis memoria in hunc locum illatum esse potuit, quod quidem accidit aut studio complendae sententiae aut propter verba ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι.

Proxima verba *vv.* 127. 128. Cornutus *pag.* 175. comprehendit hisce: ἵνα περὶ πᾶσαν τὴν γῆν εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς ἀεί. Sed Galei codex transformat illa in versus speciem:

ἵνα μὲν περὶ πᾶσαν ἐέργῃ,
ᾗ δ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.

Manifesta in hoc genere est interpolatoris novissimi manus, qui et hunc versum *v.* 117. sententiae accommodare et quandam sermonis striblíginem abstergere voluerit. Nihilominus

imposuit olim Galeo, qui ista Hesiodeis iudicabat meliora. Alio modo curabant locum nonnulli Stobaei librarii p. 284.:

ὅς ῥ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί,

quippe hos non tam narrationis inconstantia quam dupplex offendit enuntiatio finalis. Interim ex infirmo et inconstanti horum scriptorum usu v. 128. nulla parari potest vetustae originis similitudo.

Vv. 129—132. apposuerunt Theophilus et Origenes et respexit Cornutus l. c. p. 176.: ἡ δὲ Γῆ τὰ ὄρη καὶ τὸ πέλαγος ἑξῆς λέγεται γεννῆσαι ἄτερ φιλότητος ἐφημέρου. In ultimo vocabulo levis insidet macula, in cuius communionem Gronovianum Origenis exemplar editoris negligentia devenit. V. *Supplem. ed. Wolf.* p. 49. Praeterea apta in hunc locum sunt quae *capite VII.* disputavimus de schol. Ven. *ad Il.* ω, 616.

Proximus de Caeli ac Terrae filiis filiabusque locus quum ex eorum numero sit, in quibus omnis Theogonia Hesiodea nititur, tum affluenti gaudet testium probatissimorum commendatione. Versus 133—138. primum ad verbum exprompsit Origenes *l. c.* p. 183., ita ut et totidem et eadem poneret Deorum Dearumque nomina: nam Θίαν pro Θείαν fortasse ex editorum errore prodiit. Deinde commemoro Clementem *Recognit. int. Ruf.* X., c. 7. p. 316. *T. II. Gall.*: *ex Caelo sex progenitos mares, quos Titanes appellant, similiter de Terra sex feminas, quas Titanidas vocitarunt: Oceanus, Coeus, Crius, Hyperion, Iapetus, Cronus, Theia, Rhea, Themis, Mnemosyne, Tethys, Phoebe.* Et *ibid.* X., c. 31. p. 320.: *post Chaos (Hesiodus) statim Caelum dicens factum esse et Terram, ex quibus ait progenitos illos undecim, quos interdum et duodecim dicit, ex quibus sex mares, quinque feminas ponit. Nomina autem dat maribus Oceanus, Coeus, Crius, Hyperion, Iapetus, Cronus qui et Saturnus; item feminas Thia, Rhea, Themis, Mnemosyne, Thetys.* Denique in eiusdem *Homil. VI.*, 2. p. 677. *T. II. Gall.*: ἀπ' Οὐρανοῦ καὶ τῆς μητέρος αὐτοῦ Γῆς γεγόνασι παῖδες δυώδεκα, ὡς ὁ μῦθος καταριθμεῖ, ἄῤῥενες μὲν Ὠκεανός, Κοῖος, Κριός, Ὑπερίων, Ἰαπετός, Κρόνος· θήλειαι δὲ Θεά, Θέμις, Μνημοσύνη, Δημήτηρ, Τηθύς, Ῥέα. Tria haec testimonia Clementina etsi nec inter se nec Hesiodo omni ex parte conveniant, ita tamen comparata sunt, ut quicquid in singulis sive scriptoris socordia sive Rufini librariorumve incogitantia delictum fuerit, in reliquis prompta assit erroris emendatio. Quapropter neuti-

quam eam vim habent, ut Clementem diversam ab nostris Theogoniae exemplar usurpasse efficiant. Idem statuendum esse duco de Cyrilli testimonio, quod quum maximam partem nostram tueatur scripturam, unam alteramque tamen introducit mendam nullo negotio emaculandam, *advers. Iulian. l. II., p.* 53. *C.*: *καὶ Γῆς τέκνον ἀποφήνας τὸν Οὐρανὸν* (*φησὶν*), *ὅτι καὶ θαλάσσας τέτοκεν Οὐρανῷ παρευνηθεῖσα*,

Κοῖόν τε Κρεῖόν θ' Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε,
Θείαν τε Ῥείαν τε Θέμιν τε Μνημοσύνην τε,

Φοίβην τε πρὸς ταύταις, ἣν καὶ χρυσοστέφανον ὀνομάζει, καὶ μέν τοι τὴν Ἠῶ, ὁπλότατον δὲ πάντων γενέσθαι φησὶ τὸν Κρόνον. Cll. *l. III., p.* 75. *D.* Denique in universum conferenda haec sunt, quae ab Cornuto *pag.* 176—178., et ab schol. *ad h. v.* exprompuntur, diversis librariorum studiis mirum in modum disiecta et interpolata. Vers. 134. addito auctoris nomine usurpavit Plutarchus *T. II., p.* 880. *C.* Cfr. Schol. *ad Il.* ξ, 274. Aliorum testimonia minus diserta in Saturni memoria maximam partem acquiescunt. V. Schol. *ad Non. VI.*, 1. ubi ad Hesiodi fidem tradit: *Οὐρανοῦ δὲ καὶ Γῆς εἰσὶν οἱ περὶ Κρόνον καὶ οἱ ἄλλοι Τιτᾶνες.* Theodoret. *l. c. II., p.* 735.: *ἐκ δὲ τούτοιν* (*Οὐρανοῦ καὶ Γῆς*) *Κρόνον τε καὶ Ῥέαν καὶ τούτων τοὺς ἀδελφούς.* Cfr. *III., p.* 768. Nonnus *c.* 73. *p.* 517. *B.*: *ex Caelo et Terra Saturnus.* Cfr. Montac. *p.* 153. et *Catal. Clark. T. I., p.* 46. Eundem hunc locum respicit partim Plato *Crat. p.* 396.: *εἰ δ' ἐμεμνήμην τὴν Ἡσιόδου γενεαλογίαν τίνας ἔτι τοὺς ἀνωτέρω προγόνους λέγει τούτων — (Διός, Κρόνου, Οὐρανοῦ).* Cfr. Procl. *in Plat. Theol. IV.*, 5. *p.* 188., *Opp. T. IV. p.* 40. *ed. Cous.*, *in Tim. V., p.* 291.

De singulorum nominum fide perpauca supersunt quae ad criticam carminis historiam faciant illustrandam. Forma *Κρεῖος* a plerisque qui hunc locum usurparunt sine dubio iam olim hoc exemplo reperta est; alii posuerunt *Κρῖος*, alii, Aristarchi iudicium sequuti, *Κριός*. De his copiose diximus *l. II., c. V. p.* 189. *sqq.* Deinde *Θείαν τε Ῥείαν τε* cur in eam inclinaverim sententiam, ut ex ipsa antiquitate item propagata esse contendam, tum ex testimoniis modo adductis tum ex iis intelligitur, quae de utraque forma disputavimus *l. I., c. XII. p.* 139. *sqq.* Nam quod Eustathius ex Theogonia *Θείη* commemoravit *p.* 978., 56., nec quem locum dicat expeditum est, et vero etiam multo recentius reliquis est testimonium. Interim nova quaedam exinde oboritur difficultas, quod forma *Ῥείη* medio carmine aliquot exemplis

recurrit validissimo librorum praesidio stipata: aut igitur critici veteres istas carminis partes in Theogonia non viderant, aut alterutra forma recentium studiis temere introducta est. — Verba ὁπλότατος — Κρόνος — δεινότατος παίδων et usurpavit et explicuit Cornutus *pag.* 178.: ubi quod ἁπλότατος pro ὁπλότατος et expressum est typis et ab Clausero translatum, non modo ex ipsa scriptoris enarratione, verum etiam ex Iodoci Velarei exemplari *pag.* 159. argui potest erroris. Idem vocabulum ab Origenis librariis in ἀκρότατος demutatum est, quod ea qua ab his Hesiodo obtrusum est significatione apud epicos certe poetas prorsus inusitatum est. V. *Supplem. ed. Wolf. p.* 49. — V. θαλερὸν δ' ἤχθηρε τοκῆα egregie tuetur scholion doctissimum, quod Aristarchi de usu vocis θαλερός continet crisin. Quam idem excogitavit illius interpretationem, eam ex Eustathio declarare licet. V. *ad Odyss. p.* 1395., 30.

In Cyclopum fabula enarranda ad Hesiodi auctoritatem veteres referunt fere haec: tres eos fuisse numero Terra Caeloque prognatos; nomina eis indita fuisse Brontem, Steropen, Argen; Cyclopes unum in fronte gestare oculum; hinc nomen eis fuisse inditum; fulmina denique parasse Iovi. De his potiora seligam testimonia. Ad verba οἱ κεραυνοφόροι θεοί, quibus Gregorius ad aliquam Theogoniae partem respicit *Orat. III., p.* 103. *D.*, Nonnus notavit haec *fab.* 73. *p.* 517. *B. C. Bill.*: *fulminiferos autem Deos vocat vel Iovem ipsum —, vel etiam Steropen et Bronten, qui tonitru et fulgur Iovi fabricati sunt.* Graece haec prius vulgavit Montacutius *pag.* 153. Explicatius Nonnus de his dixit *fab.* 62. *p.* 514. *B.*: *Horum tres praecipuos memorant Bronten, Steropen et Argen, arte fabricandi eximios et excellentes, qui arte sua tonitru et fulgur Iovi elaborarunt. Cyclopes autem dicebantur, si Hesiodo credimus, quoniam unum in facie orbiculari forma oculum habebant; ut autem Palaephato* (Τηλέφαντος *ap. Gaisf. Bibl. Clark. I. p.* 54.) *placet, quia rotundas quasdam sedes* (insulam) *incolebant.* Eadem fere Graece exstant in *Bibl. Clark. I., p.* 54. et *ap. Montac. p.* 148. Adde Eudociam p. 263. et Eliam Cretensem *comm. in Gregor. T. II., p.* 372. *C.* Deinde Accius *ap. Gell. III.,* 11.: *De Cyclope (Homerus dixisset) vel maxime quod unoculus fuit: rem tam insignem non praeterisset, nisi aeque prioris Hesiodi carminibus vulgatum esset.* Praeterea Eustathius *ad Odyss. p.* 1622., 45.: δοκεῖ δὲ ὁ Κύκλωψ φύσει μὲν δύο ἔχειν ὀφθαλμοὺς, κατά δέ τινα αἰτίαν εἰκὸς προαπολωλέναι αὐτῷ τὸν ἕτερον ὀφθαλμόν. εἰ δέ γε κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς

εἷς κατὰ τὸν Ἡσιόδου μῦθον καὶ τῷ τοῦ Κύκλωπος τούτου μετώπῳ ἐνέκειτο, οὐκ ἂν ἐσίγησε τὴν ἰδιότητα ὁ ποιητής. ἄλλως δέ γε οὐδὲ Ἡσίοδος περὶ τοῦ Κύκλωπος τούτου ἢ τῶν λοιπῶν συγκυκλώπων τὸν λῆρον λόγον ἐκεῖνον ἐξεφύσησεν, ἀλλὰ περί τινων τριῶν, οἳ καὶ τὸν κεραυνὸν ἐχάλκευον τῷ Διΐ, οἷς ὀνόματα Βρόντης, Στερόπης καὶ Ἄργης. Idem *ad Od.* p. 1392., 36. sqq.: Θεόκριτος δὲ ἀκολουθῶν οἷς φησὶν Ἡσίοδος περὶ τῶν μυθικῶν Κυκλώπων ὧν ἑκάστῳ κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς εἷς ἐνέκειτο μετώπῳ, φησὶν ὅτι τῷ Κύκλωπι ἕνα ἔχοντι γλυκὺν ὀφθαλμὸν ᾧ ἑώρα, ὀφρὺς μία ἐξ ἑτέρου ὠτὸς εἰς ἕτερον τέτατο. Locus prolixius erat commemorandus, quo planius intelligeretur, abusum esse Valckenarium *ad Theocr. Id. XI.*, 31. *p.* 153. in eam sententiam, ut omnem Theocriti de Cyclopis totam narrationem ex Hesiodo expressam esse efficeret. Adde eund. *ad Il. p.* 286., 26. 27., Theophil. *ad Autol.* II. 5. *p.* 91., et de nominibus singulis quae a nobis expromta sunt gravissimae auctoritatis testimonia *l. I., c. III., p.* 68. *l. II., c. V. p.* 201. *et c. VIII. p.* 224. *sqq.*

Iam ad singulorum versuum fidem pergamus expendendam. Cyclopum genealogiam et hoc loco interpositam iam olim fuisse et ab eodem versu sumpsisse initium, e Origenis testimonio probabile videtur, quippe qui v. 139. adiunxit statim v. 139. Et in hoc quidem aut ipse auctor aut librarii finem fecerunt molesti negotii. — *V.* 141.:

οἳ Ζηνὶ βροντήν τ᾽ ἔδοσαν τεῦξάν τε κεραυνόν,

accurate expressit imitando poeta Orphicus *apud* Lob. p. 504.:

οἳ Ζηνὶ βροντήν τε πόρον τεῦξάν τε κεραυνόν.

Defendit igitur quodammodo librorum scripturam Hesiodeorum, cuius fidem attrectat Schol. Paris. *ad Apoll. Rhod.* I. 730.: *καὶ Ἡσίοδος*

οἳ βροντήν τε Ζηνὶ δόσαν τεῦξάν τε κεραυνόν.

Huic fere convenit editus scholiasta, quemadmodum qui non in Brunckiano Wellauerianoque exemplari comparet, in vetustis v. c. Brubachiano *p.* 139.:

οἳ βροντὴν Ζηνὶ ἔδοσαν τεῦξάν τε κεραυνόν.

Fortasse ex solo illud ortum est scribentis errore: verum felix saltem fuit error, ut reddat versui numeros et Hesiodeos et enuntiationis rationi accommodatissimos. V. v. c. Theog. *v.* 388.:

ἀλλ᾽ αἰεὶ πὰρ Ζηνὶ βαρυκτύπῳ ἑδριόωνται.

Cfr. *v.* 47. 529. *Scut.* 318. *Opp.* 87.

V. 142. auctoritatem doctissimum scholion confirmat ex plerisque codicibus prolatum: *Κράτης ἀντὶ τούτου ἄλλον στίχον παρατίθεται:*

οἳ δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τράφεν αὐδήεντες.

Πῶς γὰρ τοὺς αὐτοὺς θεοῖς ἐναλιγκίους λέγει καὶ ἐν τῷ τῶν Λευκιππιδῶν καταλόγῳ ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ; — Cfr. *l. III., c. II., p.* 284.

Vv. 143—145. ob insignem sermonis abundantiam apud multos diu in fraudis suspicionem incurrebant. Tenendum tamen est, primum quod *v.* 143. praecedenti versui arcte adhaereret et ad absolvendam sententiam necessario requiritur; deinde quod manifesto eum usurpavit grammaticus haud indoctus, cuius excerpta aliquantum luxata supersunt in Etym. Gud. *p.* 352. *fin.*; denique quod *vv.* 144. 145. insigni testium fide nituntur. Sic schol. Q. *ad Odyss. ι,* 106. *p.* 313.: *γελοίως δ' αὐτοὺς ἐτυμολογεῖ Ἡσίοδος:*

Κύκλωπες δ' ἦσαν οὔνεμ' (sic) *ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρα σφέων*

κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς εἷς ἐνέκειτο τῷ μετώπῳ.

Mox addit: *φησὶ δὲ ὁ Φιλόξενος ὅτι ἐπλάνησε τὸν Ἡσίοδον τὸ τὸν ἕνα ὀφθαλμὸν τυφλωθέντα μηκέτι ὁρᾶν.* Deinde Etym. M. *p.* 544., 7.: *Κύκλωπες:*

Κύκλωπες δ' ἔσαν οὔνομ' ἐπώνυμοι οὕνεκ' ἄρ' αὐτοῖς

κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ —,

κυκλόωπες καὶ κατὰ συγκοπὴν κύκλωπες. Hoc exemplum non ab editorum studio accessisse libro, sed antiquitus illic fuisse propagatum, comperimus ex consensu tum Gudiani libri *pag.* 352., 43. *sqq.*, ubi tamen *ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον* expressum est, tum Havniensis apud Blochium *annot. ad Etym. M. p.* 937., unde prolata sunt: *Κύκλωπες, ὡς Ἡσίοδος: Κύκλωπες δ' οὖν μέσσαν ἐπώνυμοι etc.* (sic). His accedunt Eustathii testimonia modo exprompta aliorumque grammaticorum magnam partem antiquissimorum circa v. *ἕεις* usum memoria. Vide *l. II., c XIV., p.* 272. Denique eundem versum usurpavit iam Herodianus *περὶ μονήρ. λέξεως pag.* 18., 28. *sqq.*: *οὐδὲν ἀρσενικὸν εἰς $\overline{εις}$ λῆγον περισπᾶται, ἀλλὰ μόνον τὸ εἷς. ἀναλογώτερον ἄρα ἕνεκα τόνου τὸ ἕεις βαρυνόμενον:*

ὀφθαλμὸς δὲ ἕεις ἐν μέσῳ ἔκειτο μετώπῳ.

προσέθηκα δὲ ἕνεκα τόνου, ἐπεὶ οὐχ ὑγιαίνει ἐν τῇ πρὸ τέλους συλλαβῇ. οὐδὲν γάρ ἐστιν ὅμοιον τῷ ἀχέεις καὶ βρωμέεις. Scio equidem, editoris de hoc loco eam fuisse sententiam, ut insigne illic de genuina scriptura *v.* 143. testimonium conservatum fuisse affirmaret. *V. praef. p. XIII.*

Sed quamquam et ipsi egregie placuit coniectura et aliorum deinde accessit consensus, non possum tamen quin vanam eam atque futilem esse pertendam. En versum numerosum, qualem quidem ille posuit reconcinnatum *l. c.*:

ὀφθαλμὸς δὲ ἕεις ἐν μέσσῳ ἔκειτο μετώπῳ.

Deinde etiamsi cum L. Dindorfio scribatur μέσσῳ ἐνέκειτο μετώπῳ, manet tamen intolerabilis hiatus, cui nec in versus sede nec in vocabuli natura quicquam paratum est defensionis. Quod quum ita sit, relicta coniectura, ex ipsa verborum consideratione quid de testimonio statuendum sit explicemus. Non magnum enim puto discrimen subituros esse, qui ab Herodiano *v.* 145. partem consilio annotationis congruam exprompttam fuisse existiment: ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ, quemadmodum haec verba ab aliis grammaticis hinc derivata sunt. Reliqua deinde paullatim accesserunt aut explicationis instar, aut inepto scioli alicuius studio, qui verba illa in versus speciem erat redintegraturus. Simile quid in aliis exemplis accidisse constat, v. c. Schol. *ad Odyss.* ε, 151. His igitur omnibus *vv.* 144. 145. idoneam antiquitatis speciem comparavimus: sed iidem utrum in ipso hoc carmine inde ab grammaticorum aetate propagati fuerint an post demum ex aliis carminibus Hesiodeis praepostere adiecti, de eo multum ambigere licet.

Ceterum ex recentium grammaticorum citationibus nonnulla discrepantiae genera promenda erant, quae quamvis scripturae vulgari nulla re praestabiliora videantur, aequant tamen eam omni ex parte. Sunt autem haec:

Κύκλωπες δ' ἔσαν οὔνομ' ἐπώνυμον,

deinde:

Κύκλωπες δ' ἔσαν οὔνομ' ἐπώνυμοι,

denique:

Κύκλωπες δ' οὖν ἦσαν ἐπώνυμοι.

Cfr. *l. II.*, *c. XIV. p.* 271. *sq.*

Pergit poeta deinceps ad Centimanos, item Caeli Terraeque genus. Schol. min. *ad Il.* α, 402.: τοὺς ἑκατοντάχειρας (sic Aldus) γράφει Ἡσίοδος Οὐρανοῦ καὶ Γῆς γένος. Gregorius *Orat. III.*, 3. *p.* 100 *D.*: καλὸν προσᾴδεσθαι τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν αὐτοῖς καὶ τοὺς ἐκεῖ πολέμους καὶ κλόνους, τοὺς Τιτᾶνας, τοὺς Γίγαντας μετὰ τῶν φοβερῶν ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων, Κότος (sic), Βριάρεως, Γύγης, Ἐγκέλαδος κ. τ. λ. Quem locum Elias Cretensis ita illustravit, ut propemodum sequutus fuerit Hesiodi verba *pag.* 382. D. 383. *A.*: *Illud etiam narrat, quod e Terra et Caelo tres robusti filii prodierunt Cotus, Briareus et Gyges*, et

erbi et insolentes filii, quorum singulis et entum manus et quinquaginta capita erant: — ormidabiles quidem ipsis nominibus, sed qui tamen re ipsa ormidabiliores sese praebuerunt. Cfr. Schol. Plat. *p.* 452. *kk.* Contra nihil iuvamur explicatione Nonni ad eundem cum *f.* 73. *p.* 517. *B.*: *Haec porro nomina quae hoc loco rofert Gregorius, velut Cottum et Briareum, Heindus homines quosdam centimanos fuisse dicit, qui mul cum Diis adversus Gigantes bellum gesserunt.* Cfr. *ontaout. p.* 153. *et Catal. Clark. T. I., p.* 46. Nomium fidem codicibus traditorum omni ex parte illustrant et nfirmant tum testimonia veterum *l. II., c. V.* prolata, tum ıae ibidem a nobis disputata sunt. Singula poetae erba magnam partem ex scholio Homerico et Elia Cretensi abilire licet; deinde ex Eustathio *ad Odyss. p.* 1596., 1. *sq.*: γίνεται καὶ ἐνεστὼς ὁ πεφύκω ἐκ τοῦ πέφυκα, οὗ ρατατικὸς παρ' Ἡσιόδῳ ἐν Θεογονίᾳ τὸ ἐπέφυκον. oniunctum enim hoc arcte est cum *vv.* 150 — 152. Comode denique in hanc rem usurpari poterit Apollodori naratio de eisdem *Bibl. I.*, 1. *p.* 3.: οἳ μεγέθει τε ἀνυπέρλητοι καὶ δυνάμει καθειστήκεσαν, χεῖρας μὲν ἀνὰ κατὸν, κεφαλὰς δὲ ἀνὰ πεντήκοντα ἔχοντες.

Ceterum memoratu dignum est quod Apollodorus ornem Deorum Caelo et Terra procreatorum prorsus pervertit permutavit. Primos enim dicit prognatos Centimanos, deıde Cyclopas, denique Titanas h. e. eos quos cum Saturno rimo loco celebravit Hesiodus. Qua in re utrum diversum heogoniae exemplar an alios poetas fuerit sequutus, diiudiare non ausim. Concordat saltem cum Theogonia Orhica. V. Lobeck. *Aglaoph. p.* 504.

Sequuntur celeberrimae fabulae de Caeli in filios crudeliate, de ira Terrae, de genitalibus Caeli ab Saturno exsectis, e origine Furiarum, Gigantum, Meliarum, Veneris; quae uidem prope omnes in vulgarem rerum divinarum inter Graeos abierunt famam. Harum iam omnium deinceps persequaıur testimonia. Primo loco memorandus est Plato *de rep. II., p.* 377. *HSt.*: πρῶτον μὲν τὸ μέγιστον καὶ περὶ τῶν εγίστων ψεῦδος ὁ εἰπὼν οὐ καλῶς ἐψεύσατο, ὡς Οὐραὸς τε εἰργάσατο ἅ φησι δρᾶσαι αὐτὸν Ἡσίοδος ὅ τε αὖ Κρόνος ὡς ἐτιμωρήσατο αὐτόν. Idem *Euyphr. init.*: καὶ τὸν Δία ὁμολογοῦσι τὸν αὐτοῦ πατέρα ῆσαι ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν οὐκ ἐν δίκῃ, καὶ ἐκεῖνόν ε αὖ τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐκτεμεῖν δι' ἕτερα τοιῦτα. — Deinde Porphyrius *ap. Schol. Il. o,* 21. *p.* 410.: αὶ Ἡσίοδος Οὐρανὸν μὲν λέγει τὴν ἐκπύρωσιν, Κρό-

εἷς κατὰ τὸν Ἡσιόδου μῦθον καὶ τῷ τοῦ Κύκλωπος τούτου μετώπῳ ἐνέκειτο, οὐκ ἂν ἐσίγησε τὴν ἰδιότητα ὁ ποιητής. ἄλλως δέ γε οὐδὲ Ἡσίοδος περὶ τοῦ Κύκλωπος τούτου ἢ τῶν λοιπῶν συγκυκλώπων τὸν λῆρον λόγον ἐκεῖνον ἐξεφύσησεν, ἀλλὰ περί τινων τριῶν, οἳ καὶ τὸν κεραυνὸν ἐχάλκευον τῷ Διΐ, οἷς ὀνόματα Βρόντης, Στερόπης καὶ Ἄργης. Idem *ad Od. p.* 1392., 36. *sqq.*: *Θεόκριτος δὲ ἀκολουθῶν οἷς φησὶν Ἡσίοδος περὶ τῶν μυθικῶν Κυκλώπων ὧν ἑκάστῳ κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς εἷς ἐνέκειτο μετώπῳ, φησὶν ὅτι τῷ Κύκλωπι ἕνα ἔχοντι γλυκὺν ὀφθαλμὸν ᾧ ἑώρα, ὀφρὺς μία ἐξ ἑτέρου ὠτὸς εἰς ἕτερον τέτατο.* Locus prolixius erat commemorandus, quo planius intelligeretur, abusum eo esse Valckenarium *ad Theocr. Id. XI.*, 31. *p.* 153. in eam sententiam, ut omnem Theocriti de Cyclopis forma narrationem ex Hesiodo expressam esse efficeret. Adde eund. *ad Il. p.* 286., 26. 27., Theophil. *ad Autol. II.*, 5. *p.* 91., et de nominibus singulis quae a nobis exprompta sunt gravissimae auctoritatis testimonia *l. I.*, *c. III.*, *p.* 68. *l. II.*, *c. V. p.* 201. *et c. VIII. p.* 224. *sqq.*

Iam ad singulorum versuum fidem pergamus expendendam. Cyclopum genealogiam et hoc loco interpositam iam olim fuisse et ab eodem versu sumpsisse initium, ex Origenis testimonio probabile videtur, quippe qui *v.* 138. adiunxit statim *v.* 139. Et in hoc quidem aut ipse substitit aut librarii finem fecerunt molesti negotii. — *V.* 141.:

οἳ Ζηνὶ βροντήν τ' ἔδοσαν τεῦξάν τε κεραυνόν,

accurate expressit imitando poeta Orphicus *apud Lobeck. p.* 504.:

οἳ Ζηνὶ βροντήν τε πόρον τεῦξάν τε κεραυνόν.

Defendit igitur quodammodo librorum scripturam Hesiodeorum, cuius fidem attrectat Schol. Paris. *ad Apoll. Rhod. I.*, 730.: *καὶ Ἡσίοδος*

οἳ βροντήν τε Ζηνὶ δόσαν τεῦξάν τε κεραυνόν.

Huic fere convenit editus scholiasta, quemadmodum quidem non in Brunckiano Wellaueriano que exemplari comparet, sed in vetustis v. c. Brubachiano *p.* 139.:

οἳ βροντὴν Ζηνὶ ἔδοσαν τεῦξάν τε κεραυνόν.

Fortasse ex solo illud ortum est scribentis errore: verum tam felix saltem fuit error, ut reddat versui numeros et Hesiodeos et enuntiationis rationi accommodatissimos. V. v. c. *Theogon. v.* 388.:

ἀλλ' αἰεὶ πὰρ Ζηνὶ βαρυκτύπῳ ἑδριόωνται.

Cfr. *v.* 47. 529. *Scut.* 318. *Opp.* 87.

V. 142. auctoritatem doctissimum scholion confirmat ex plerisque codicibus prolatum: *Κράτης ἀντὶ τούτου ἄλλον στίχον παρατίθεται:*

οἳ δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τράφεν αὐδήεντες.

Πῶς γὰρ τοὺς αὐτοὺς θεοῖς ἐναλιγκίους λέγει καὶ ἐν τῷ τῶν Λευκιππιδῶν καταλόγῳ ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ; — Cfr. *l. III.*, *c. II.*, *p.* 284.

Vv. 143—145. ob insignem sermonis abundantiam apud multos diu in fraudis suspicionem incurrebant. Tenendum tamen est, primum quod *v.* 143. praecedenti versui arcte adhaeret et ad absolvendam sententiam necessario requiritur; deinde quod manifesto eum usurpavit grammaticus haud indoctus, cuius excerpta aliquantum luxata supersunt in Etym. Gud. *p.* 352. *fin.*; denique quod *vv.* 144. 145. insigni testium fide nituntur. Sic schol. Q. *ad Odyss. ι,* 106. *p.* 313.: *γελοίως δ' αὐτοὺς ἐτυμολογεῖ Ἡσίοδος:*

Κύκλωπες δ' ἦσαν οὔνεμ' (sic) *ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρα σφέων*
κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς εἷς ἐνέκειτο τῷ μετώπῳ.

Mox addit: *φησὶ δὲ ὁ Φιλόξενος ὅτι ἐπλάνησε τὸν Ἡσίοδον τὸ τὸν ἕνα ὀφθαλμὸν τυφλωθέντα μηκέτι ὁρᾶν.* Deinde Etym. M. *p.* 544., 7.: *Κύκλωπες:*

Κύκλωπες δ' ἔσαν οὔνομ' ἐπώνυμοι οὕνεκ' ἄρ' αὐτοῖς
κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ —,

κυκλόωπες καὶ κατὰ συγκοπὴν κύκλωπες. Hoc exemplum non ab editorum studio accessisse libro, sed antiquitus illic fuisse propagatum, comperimus ex consensu tum Gudiani libri *pag.* 352., 43. *sqq.*, ubi tamen *ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον* expressum est, tum Havniensis apud Blochium *annot. ad Etym. M. p.* 937., unde prolata sunt: *Κύκλωπες, ὡς Ἡσίοδος: Κύκλωπες δ' οὖν μέσσαν ἐπώνυμοι etc.* (sic). His accedunt Eustathii testimonia modo exprompta aliorumque grammaticorum magnam partem antiquissimorum circa v. *ἕεις* usum memoria. Vide *l. II.*, *c XIV.*, *p.* 272. Denique eundem versum usurpavit iam Herodianus *περὶ μονήρ. λέξεως pag.* 18., 28. *sqq.*: *οὐδὲν ἀρσενικὸν εἰς ΕΙΣ λῆγον περισπᾶται, ἀλλὰ μόνον τὸ εἷς. ἀναλογώτερον ἄρα ἕνεκα τόνου τὸ ἕεις βαρυνόμενον:*

ὀφθαλμὸς δὲ ἕεις ἐν μέσῳ ἔκειτο μετώπῳ.

προσέθηκα δὲ ἕνεκα τόνου, ἐπεὶ οὐχ ὑγιαίνει ἐν τῇ πρὸ τέλους συλλαβῇ. οὐδὲν γάρ ἐστιν ὅμοιον τῷ ἀχέεις καὶ βρωμέεις. Scio equidem, editoris de hoc loco eam fuisse sententiam, ut insigne illic de genuina scriptura *v.* 143. testimonium conservatum fuisse affirmaret. V. *praef. p. XIII.*

Sed quamquam et ipsi egregie placuit coniectura et aliorum deinde accessit consensus, non possum tamen quin vanam eam atque futilem esse pertendam. En versum numerosum, qualem quidem ille posuit reconcinnatum *l. c.*:

ὀφθαλμὸς δὲ ἕεις ἐν μέσσῳ ἔκειτο μετώπῳ.

Deinde etiamsi cum L. Dindorfio scribatur *μέσσῳ ἐνέκειτο μετώπῳ*, manet tamen intolerabilis hiatus, cui nec in versus sede nec in vocabuli natura quicquam paratum est defensionis. Quod quum ita sit, relicta coniectura, ex sobria verborum consideratione quid de testimonio statuendum sit explicemus. Non magnum enim puto discrimen subituros esse, qui ab Herodiano *v.* 145. partem consilio annotationis congruam expromptam fuisse existiment: *ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ*, quemadmodum haec verba ab aliis grammaticis hinc derivata sunt. Reliqua deinde paullatim accesserunt aut explicationis instar, aut inepto scioli alicuius studio, qui verba illa in versus speciem erat redintegraturus. Simile quid in aliis exemplis accidisse constat, v. c. Schol. *ad Odyss.* ε, 151. His igitur omnibus *vv.* 144. 145. idoneam antiquitatis speciem comparavimus: sed iidem utrum in ipso hoc carmine inde ab grammaticorum aetate propagati fuerint an post demum ex aliis carminibus Hesiodeis praepostere adiecti, de eo multum ambigere licet.

Ceterum ex recentium grammaticorum citationibus nonnulla discrepantiae genera promenda erant, quae quamvis scripturae vulgari nulla re praestabiliora videantur, aequant tamen eam omni ex parte. Sunt autem haec:

Κύκλωπες δ' ἔσαν οὔνομ' ἐπώνυμον,

deinde:

Κύκλωπες δ' ἔσαν οὔνομ' ἐπώνυμοι,

denique:

Κύκλωπες δ' οὖν ἦσαν ἐπώνυμοι.

Cfr. *l. II.*, *c. XIV. p.* 271. *sq.*

Pergit poeta deinceps ad Centimanos, item Caeli Terraeque genus. Schol. min. *ad Il.* α, 402.: *τοὺς ἑκατοντάχειρας* (sic Aldus) *γράφει Ἡσίοδος Οὐρανοῦ καὶ Γῆς γένος.* Gregorius *Orat. III.*, 3. *p.* 103. *D.*: *καλὸν προσᾴδεσθαι τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν αὐτοῖς καὶ τοὺς ἐκεῖ πολέμους καὶ κλόνους, τοὺς Τιτᾶνας, τοὺς Γίγαντας μετὰ τῶν φοβερῶν ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων, Κότος* (sic), *Βριάρεως, Γύγης, Ἐγκέλαδος, κ. τ. λ.* Quem locum Elias Cretensis ita illustravit, ut propemodum secutus fuerit Hesiodi verba *pag.* 382. *D.* 383. *A.*: *Illud etiam narrat, quod e Terra et Caelo tres robusti filii prodierunt Cotus, Briareus et Gyges, su-*

verbi et insolentes filii, quorum singulis et centum manus et quinquaginta capita erant: — formidabiles quidem ipsis nominibus, sed qui tamen re ipsa formidabiliores sese praebuerunt. Cfr. Schol. Plat. *p.* 452. *Bkk.* Contra nihil iuvamur explicatione Nonni ad eundem locum *f.* 73. *p.* 517. *B.*: *Haec porro nomina quae hoc loco profert Gregorius, velut Cottum et Briareum, Hesiodus homines quosdam centimanos fuisse dicit, qui simul cum Diis adversus Gigantes bellum gesserunt.* Cfr. *Montaout. p.* 153. *et Catal. Clark. T. I.*, *p.* 46. Nominum fidem codicibus traditorum omni ex parte illustrant et confirmant tum testimonia veterum *l. II.*, *c. V.* prolata, tum quae ibidem a nobis disputata sunt. Singula poetae verba magnam partem ex scholio Homerico et Elia Cretensi stabilire licet; deinde ex Eustathio *ad Odyss. p.* 1596., 11. *sq.*: *γίνεται καὶ ἐνεστὼς ὁ πεφύκω ἐκ τοῦ πέφυκα, οὗ παρατατικὸς παρ' Ἡσιόδῳ ἐν Θεογονίᾳ τὸ ἐπέφυκον.* Coniunctum enim hoc arcte est cum *vv.* 150—152. Commode denique in hanc rem usurpari poterit Apollodori narratio de eisdem *Bibl. I.*, 1. *p.* 3.: *οἳ μεγέθει τε ἀνυπέρβλητοι καὶ δυνάμει καθειστήκεσαν, χεῖρας μὲν ἀνὰ ἑκατὸν, κεφαλὰς δὲ ἀνὰ πεντήκοντα ἔχοντες.*

Ceterum memoratu dignum est quod Apollodorus ordinem Deorum Caelo et Terra procreatorum prorsus pervertit et permutavit. Primos enim dicit prognatos Centimanos, deinde Cyclopas, denique Titanas h. e. eos quos cum Saturno primo loco celebravit Hesiodus. Qua in re utrum diversum Theogoniae exemplar an alios poetas fuerit sequutus, diiudicare non ausim. Concordat saltem cum Theogonia Orphica. V. Lobeck. *Aglaoph. p.* 504.

Sequuntur celeberrimae fabulae de Caeli in filios crudelitate, de ira Terrae, de genitalibus Caeli ab Saturno exsectis, de origine Furiarum, Gigantum, Meliarum, Veneris; quae quidem prope omnes in vulgarem rerum divinarum inter Graecos abierunt famam. Harum iam omnium deinceps persequamur testimonia. Primo loco memorandus est Plato *de rep. II.*, *p.* 377. *HSt.*: *πρῶτον μὲν τὸ μέγιστον καὶ περὶ τῶν μεγίστων ψεῦδος ὁ εἰπὼν οὐ καλῶς ἐψεύσατο, ὡς Οὐρανός τε εἰργάσατο ἅ φησι δρᾶσαι αὐτὸν Ἡσίοδος ὅ, τε αὖ Κρόνος ὡς ἐτιμωρήσατο αὐτόν.* Idem *Euthyphr. init.*: *καὶ τὸν Δία ὁμολογοῦσι τὸν αὐτοῦ πατέρα δῆσαι ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν οὐκ ἐν δίκῃ, καὶ ἐκεῖνόν γε αὖ τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐκτεμεῖν δι' ἕτερα τοιαῦτα.* — Deinde Porphyrius *ap. Schol. Il.* ο, 21. *p.* 410.: *καὶ Ἡσίοδος Οὐρανὸν μὲν λέγει τὴν ἐκπύρωσιν, Κρό-*

νον δὲ τὸν ἄνωθεν κρουνηδὸν ἐπιφερόμενον ὄμβρον, Ῥέαν δὲ τὴν ἐπιῤῥεομένην ὕδασιν, ἐκτομὴν δὲ Οὐρανοῦ τὴν τοῦ πυρώδους ἐξ ὑγρῶν σβέσιν. Cfr. Chrysippum Photii ap. *Schol. Ven. ad Theog.* 459. supra a nobis redintegratum. Schol. A. D. *ad Il.* β, 205. *p.* 61., repetitum in *Etym. Gud.* *p.* 5., 10.: Κρόνος ἀγκυλομήτης, ἄγκυλα βουλευσάμενος κατὰ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν παίδων, ὥς φησιν Ἡσίοδος, τοῦ μὲν γὰρ τὰ αἰδοῖα τῇ ἅρπῃ ἀπέτεμε, τοὺς δὲ κατέπινεν. Libanius *T. III.*, *p.* 41. 42., ubi Homerum Hesiodumque in genere expressit: ἀλλὰ τὸν περὶ τῆς ἐκτομῆς λόγον, ἣν ὁ Κρόνος ἐτόλμησεν; Theodoretus *Graec. Affect. Cur. III.*, *p.* 769., ubi praecedit fabula Hesiodea: ὅ τε γὰρ Κρόνος Οὐρανοῦ τοῦ πατρὸς ἀπέτεμε τὰ αἰδοῖα καὶ τοὺς τικτομένους αὐτῷ παῖδας κατέπιε. Gregorius *Orat. III.*, *p.* 107. *D.*, ubi Theogoniae memoria recens erat: πῶς δὲ οὐ πείσει Κρόνος Οὐρανὸν ἐκτεμών, ἵν' ἄγονος ᾖ θεῶν καὶ δῷ κύμασιν ἀποτελέσαι θεὸν ἀφροῦ γέννημα. Ad quem locum haec fertur Nonni narratio *f.* 86. *p.* 520. *D.*: *Poetae Caelum Saturni patrem fuisse fingunt. Saturnus itaque ne quis alius ex patre nasceretur, accepta falce, genitalem patris sui partem excidit atque in mare proiecit; atque exorta spuma, nata est Venus, unde etiam* Ἀφροδίτη *nominata est* ἐκ τοῦ ἀφροῦ. Cfr. quae ex Varrone primitus propagata sunt ab Isidoro *Origg. VIII.*, 11., 32. *p.* 274. (Raban. Maur. *de Univers. XV.*, 6. *p.* 206. *a.*) 77. *p.* 278. (Rab. M. *l. c. p.* 207. *b.*) 79. *p.* 278. (Rab. M. *l. c.*).

Furias, Gigantas, Nymphasque Melias secundum Hesiodum e sanguine Caeli prognatas esse auctor est scholiasta *ad v.* 185. *sq.* haud mediocri doctrina imbutus. Praeterea de Furiis idem tradidit Eudocia *pag.* 151.: Ἐρινύες μυθικῶς δαίμονές εἰσι καταχθόνιοι, τιμωροί· καί, ὧν τὰ ὀνόματα, Μέγαιρα, Τισιφόνη καὶ Ἀληκτώ, αἵ τινες κατὰ μὲν Ἡσίοδον καὶ τοὺς λοιποὺς ποιητὰς ἐκ τῶν σταγόνων τοῦ αἵματος τῶν αἰδοίων τοῦ Κρόνου ἐγένοντο, κατὰ δὲ Αἴσχυλον μόνον Ἐριννύες Νυκτὸς τέκνα. Errorem Eudociae in importuna Saturni memoria commissum exagitavit Reisigius *enarr. Oed. Col. p. XXXIII.* In eundem inciderunt alii, v. c. Eustathius *ad Il. p.* 439. *fin. p.* 1049., 30., Laur. Lydus *de mens. IV.*, 44. *p.* 212., quidam Tzetzae librarii *ad Lyc. v.* 406. *p.* 585., deinde recentiorum haud pauci, velut Passowius *Lex. T. II.*, *p.* 1009. — Eudociae accedat Servius *ad Aen. III.*, 212. *T. II.*, *p.* 372., quem ex iisdem fonti-

bus hausisse probabile est: quum *Furiarum mater secundum Hesiodum Terra, secundum Aeschylum Nox sit.* Praeterea cfr. in eandem sententiam Schol. Tzetz. *ad Lycophr. v.* 406. Contra Pausanias appellat tantum Deas sine originis notatione *I.*, 28., 6.: πλησίον δὲ ἱερὸν θεῶν ἐστὶν ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Σεμνάς, Ἡσίοδος δὲ Ἐρινῦς ἐν Θεογονίᾳ. — Γίγαντες γηγενεῖς hinc memorantur in *Etym. Gud. p.* 206., 44., Theophilo *ad Autol. II.*, 5. *p.* 91., Gregorio *Orat. III.*, *p.* 103. *D.* — Nympharum Meliarum originem recolit Proclus in corrupto *ad Opp.* 144. scholio *pag.* 129., 21. *sqq.*: ἐκ μελιᾶν: Νυμφῶν ἢ Δωρικῶς μελιᾶν εἰπεῖν, ὅτι ἐκ τῶν ἐξ γόνων τοῦ οὐρανοῦ. Heinsius et Gaisfordus nihil vident: manifestum tamen est, in verbis ἐκ τῶν ἐξ γόνων nihil latere aliud quam ἐκ τῶν σταγόνων. Meliarum nomina posuit Tzetzes *ad eund. l. pag.* 130., 2. *sq.*; sed librorum scriptura partim ex Gyraldo emendanda est *T. I.*, *p.* 176. *B.* Ex hoc ut videtur loco commemoravit eas Eustathius *ad Il. p.* 1210., 39. *sq.*: δῆλον δ' ὅτι καὶ Νυμφῶν ὄνομα αἱ Μελίαι, ὡς καὶ παρ' Ἡσιόδῳ. αὐτὸ δὲ καθ' ὁμωνυμίαν τῶν δένδρων, οἷς μυθικῶς ἔχαιρον ἐκεῖναι.

Denique quae vulgo inter Graecos perferebatur de Veneris generatione ex Mari et genitalibus Caeli fabula, eadem ad Hesiodi memoriam ab multis refertur. V. Schol. *ad Ap. Rh. III.*, 52.: Ἡσίοδος αὐτὴν (τὴν Ἀφροδίτην) ἐκ τῶν αἰδοίων τοῦ Οὐρανοῦ φησὶ γενέσθαι. Schol. D. L. *ad Il. γ*, 374. *p.* 114.: ἰστέον δὲ ὅτι κατὰ μὲν Ἡσίοδον ἡ Ἀφροδίτη γίνεται ἐκ τῶν Οὐρανοῦ αἰδοίων καὶ τῆς θαλάσσης. Varro *de ling. Lat. IV*, *p.* 19.: *Poetae de Caelo semen igneum cecidisse dicunt in mare: ac natam e spumis Venerem coniunctione ignis et humoris.* Cfr. Lyd. *de mens. IV.*, 44. *p.* 212. Reliqua testimonia permulta, quae cum singulorum vocabulorum memoria coniuncta sunt, mox deinceps expromam.

Consequens enim est, ut singulatim exploremus verborum auctoritatem. *V.* 154. ὅσσοι ab utroque scholiasta agnoscitur: sed quum illud reliquae enuntiationi minime congruat, iure meritoque locum corruptum esse pertendimus. Quam nos supra exprompsimus corruptelae medicinam, ea tam prompta est atque expedita, ut in hac librorum scriptorum conditione teneri possit. Hoc vero loco quoniam post grammaticorum tempora Theogoniam insignes mutationes subiisse demonstravimus, sine temeritatis crimine pronuntiaverim, ferro sanandum esse locum. Eiectis igitur versibus 155. 156., qui casu primum e *v.* 138. et *v.* 115. huc pervenerant, deinde

emendatricem perpessi erant curam, omnia sana erunt et in integrum restituta:

> ὅσσοι γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο,
> πάντας ἀποκρύπτασκε καὶ ἐς φάος οὐκ ἀνίεσκε
> Γαίης ἐν κευθμῶνι, κακῷ δ' ἐπετέρπετο ἔργῳ
> Οὐρανός.

Sic *Theogon.* v. 183. 184.:

> ὅσσαι γὰρ ῥαθάμιγγες ἀπέσσυθεν αἱματόεσσαι,
> πάσας δέξατο Γαῖα.

Cfr. v. 421. 422., Apoll. Rhod. *Argon.* IV., 1516. 17., Callim. *Lav. Pallad.* 1.

V. 158. usurpavit Etymologici auctor: sed corruptum hodie exhibent codices. Etym. Gud. *p.* 317., 40. 41. s. v. κευθμός: ἐκ δὲ τοῦ κευθμός γίνεται κευθμών· γαίης ἐν κευθμῶνι κακῷ δ' ἐπέρπετος ἔργων. Eadem ultimo omisso vocabulo ex Havniensi codice produxit Blochius *ann. ad Etym. M. p.* 917. In Etym. M. desiderantur.

Haec excipiunt in codicibus verba ἡ δ' ἐντὸς στοναχίζετο Γαῖα πελώρη στεινομένη. Nituntur ea quodammodo in Seleuci auctoritate *ap. Schol. Ven. et Cant. ad h. l.*: στεινομένη: Σέλευκος ἀχνυμένη γράφει. οὐ γὰρ ἐστενοχωρεῖτό φησιν, ἀλλὰ διὰ τοὺς κρυφθέντας παῖδας αὐτῆς ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἐλύπειτο. Hanc scripturam a grammaticus suopte excogitatam ingenio obtrudit poëtae, summo iure ab Graevio Wolfioque vapulat. Si vero ex antiquis exemplaribus deprompta ab eo est, dubium erit iudicium. Qua de re quum hodie plaudentibus omnibus nihil decerni queat, in vulgari librorum scriptura, quae invito hic permansit Seleuco, secure licebit acquiescere. Profecto autem illa exigenda non est ad Homeri exemplum νεκύεσσιν στεινόμενος, quod est de fluvio dictum ingenti cadaverum copia repleto. Nam Terra non eam ob causam dicitur στεινομένη, quod propter praegrandia filiorum corpora sinus absconditorum doloribus afficiebatur, verum quod aegre ferebat progeniem sibi eripi vitaeque dari non vitali. Hic autem vocabuli usus, quamquam res latuit criticos ad hunc diem, plane est Hesiodeus. V. Clemens Alex. *Strom. l. V.*, *p.* 256. *ed. princ.*: ποιητής τις οὐκ ἄσημος γράφει

> οὐδέ ποτ' ἦμαρ
> παύσονται καμάτου καὶ ὀϊζύος, οὐδέ τι νύκτωρ
> γινόμενοι· χαλεπὰς δὲ θεοὶ δώσουσι μερίμνας.

Poeta ille haud ignobilis est Hesiodus: versus feruntur *Opp.* 180. *sq.*, sed pro γινόμενοι, quod debilem admittit expositionem, Hesiodei codices omnes offerunt φθειρόμε-

νοι. Sed Eusebius, qui prolixam Clementis disputationem transcripsit, *Evang. Praep. l. XIII.*, *p.* 403. *RSt.*, pro *γινόμενοι* habet *στεινόμενοι*, quod nihil dubito, quin ex docta antiquitate illic traxerit originem. Ex horum exemplorum convenientia clare perspicitur, primariam verbi significationem, quae in angustiis locorum cernitur, ad animi statum iam ab Hesiodo fuisse perductam atque translatam. Illa tamen praevaluit seriorum poetarum usu. V. Wernicke *ad Tryphiod. pag.* 428.

Ex proxima narratione pauca manserunt scriptorum testimonia. E versu 164. verba *παῖδες ἐμοὶ καὶ πατρὸς ἀτασθάλου* a Planude et commemorantur et explicantur *de synt. p.* 159., 19. 20. — Deinde *vv.* 176. *sqq.*, numerosissimos illos ac maiestatis plenos, perstrinxit Eustathius *epist. Dionys. Perieg. praem. p.* 75., 12. *sqq.*: *καὶ γίνεταί τις οἷον κάθοδος οὐρανοῦ πρὸς τοὺς κάτω προσφυέστερον, ἧπερ ὁ τοῦ Ἡσιόδου μῦθος αὐτὸν κατάγει πρὸς φιλότητα γῆς, ναὶ μὴν καὶ σεμνότερον, τά τε ἄλλα δὲ καὶ ὅτι ἐκεῖνον μὲν νύκτα ἐπάγειν Ἡσίοδος λέγει, ἐπειδὰν κατέλθοι, ὁ δὲ οὐρανὸς οὗτος, ὃν ἡ τῆς μαθήσεως θεωρία πρὸς τῇ γῇ ποιεῖ, οὐ σκότος ἐπάγειν οἶδεν, ἀλλὰ γνῶσιν τεχνικὴν φωσφορεῖ.* — E *v.* 178. *ὁ δ' ἐκ λοχεοῖο πάϊς* attulit Scholiasta Venetus A, *ad Il.* ψ, 160.: locum ascripsimus supra *l. II.*, *c. V. p.* 204. Sed ex doctissima illius annotatione percepimus simul, plerosque hoc loco praetulisse olim *λοχέοιο* pleonasmo τοῦ ε pro *λόχοιο*. Nihilominus obvaluit sententia infirmior, fortasse eam ob causam quod Aristonici iudicio comprobata fuit. Sic enim tradit de hoc schol. Cant. *ad h. l.*: *Ἀριστόνικος λοχεοῖο φησὶ ὡς θυρεοῖο. λοχεὸς γὰρ λέγει. βεβίασται δὲ τὸ λεχεοῖο παρὰ τὸ ἔθος.* Sic ex Basileensi exemplari *pag.* 235. instaurandus est locus, cuius usum Gaisfordi incogitantia plane reddidit incertum. Tertium ut arbitror scripturae genus quod ab scholiasta conservatum est *λεχεοῖο*, quum ad praecepta vulgaria aptari non possit, protinus damnatum ab grammaticis est. Coniunctum tamen proxime videtur esse cum *λέγω*, *λέχος*, *λεχώ*, *λόχος*, cui geminum fuerit significatu. — *Vv.* 179—181. a verbo *δεξιτερῇ* usque ad v. *ἤμησεν* adiuncta sunt pannis quibusdam disputationum de *ἅρπη* diversissimarum in Etym. M. *p.* 148., 25. coactis: sed editorum demum studio accessisse probabile est. Testem magis probatum in hac causa produxit Plutarchus *quaest. Rom. T. II.*, *p.* 275. *A.* de Saturno: *ἢ ὅτι καρπῶν ἀρετῆς ἢ γεωργίας ἡγεμὼν ὁ θεός; ἡ γὰρ ἅρπη τοῦτο σημαίνει· καὶ οὐχ ὡς γέγραφεν Ἀντίμαχος Ἡσιόδῳ πειθόμενος·*

λέχρις δὲ δρεπάνῳ τέμνων ἀπὸ μήδεα πατρὸς
Οὐρανοῦ Ἀκμονίδεω λάσιος Κρόνος ἀντιτέτυκτο.

Ubi λέχρις pro λέχρις non Schellenbergio debetur p. 78., sed Francofurtano editori annott. p. 21. Antimacho accedant Archilochus *fragm. ap. Bloch. ann. ad Etym. II p.* 966. *cll. Et. Gud. p.* 390., 48.:

ἶνας δὲ μεδέων ἀπέθρισεν,

Apollonius Rhod. *Argon. IV.*, 985. 6. de δρεπάνῳ:

οὐκ ἐθέλων ἐνέπω προτέρων ἔπος, ᾧ ἄπο πατρὸς
μήδεα νηλειῶς ἔταμεν Κρόνος,

et Nonnus *Dion. XII.*, 45. *sqq.*:

ὅσσα τέλεσσε γέρων Κρόνος, ὁππότε τέμνων
ἄρσενα πατρὸς ἄροτρα, λεχώϊον ἤροσεν ὕδωρ,
σπείρων ἄσπορα νῶτα θυγατρογόνοιο θαλάσσης.

Vocabuli μήδεα usum notavit hinc Eustathius *ad Il. p.* 234., 32. 3.: Ἡσίοδος δέ φησιν τοὺς ὄρχεις μήδεα ἐν Θεογονίᾳ, ἑτέρωθι δὲ μέζεα. Cfr. Etym. Gud. p. 390., 42. *sqq.*

Vv. 183—185. excitavit grammaticus in *Et. Gud. p.* 206., 43. *sqq. s. v.* Ἐρινύες: οἱ δὲ παρὰ τὴν ἔραν, γηγενεῖς γάρ εἰσιν, ὡς καὶ οἱ γίγαντες, παρὰ τὸ τῆς γῆς σπαλαγμὸν γεγενῆσθαι, ὡς Ἡσίοδος μαρτυρεῖ, ὅσσαι γὰρ — Γίγαντας. Verba grammatici corrupta et lacunosa quam in sententiam restituenda sint, in aperto est; poetae mentem non perturbant levissimi librarii errores, δέξατο, περιπλομένῳ δ᾽ ἐνιαυτῷ, de quo diximus in transcursu *l. II.*, *c. VIII.* Ceterum non satis antiquum est testimonium, ut omnem de loci integritate dubitationem reprimat et exstinguat. Offendit enim primum maximopere in genealogico hoc carminis genere, quod Furiarum, Gigantum, Meliarum nulla posita sunt nomina. Idem sane hodie accidit de Hesperidibus et de Ladone exemplis *v.* 215. et 334.; verum in utrumque iusta cadit iam ob alias res novitiae depravationis suspicio. Praeterea ubi non omnia licuit exprimere fluviorum nympharumque nomina, studiose poeta excusationem sibi parat ab ingenti eorum copia. Deinde veterum criticorum memoria hoc in exemplo nondum intercidisse nomina, sine magno discrimine ex Gregorii de Theogonia narratione colligitur *Orat. III.*, *p.* 103. *D.* 104. *A.*: τοὺς Τιτᾶνας, τοὺς Γίγαντας μετὰ τῶν φοβερῶν ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων, Κότος, Βριάρεως, Γύγης, Ἐγκέλαδος, οἱ δρακοντόποδες ὑμῶν. In hoc loco explicando muti sunt Nonnus Eliasque Cretensis, quippe qui nostram iam noverint carminis speciem: repetunt enim Gregoriana. V. Nonnum *f.* 73. *p.* 517. *B.*, Eliam Cret.

T. II., *p.* 383. *A.*, Montacut. *p.* 153. Ex Gregorii autem testimonio tum nomina Gigantum tum formae descriptionem tradita olim in Theogonia fuisse efficitur. Nomina fortasse servarunt Scholia Cant., Ven., Par. *ad l.* *p.* 488. Gigantes δρακοντόποδες ab Hesiodi ingenio non alieni sunt. V. *v.* 825. Omnis denique Gigantum fabula cur Hesiodeis carminibus recentior habenda sit, nulla proferri potest causa: denotasse eam poeta videtur prooemio *v.* 50.:

αὖτις δ' ἀνθρώπων τε γένος κρατερῶν τε Γιγάντων
ὑμνεῦσαι.

Vv. 188—191. imitatione expressit poeta Orphicus *apud Lobeck. Aglaoph. p.* 542.:

μήδεα δ' ἀμπέλαγος πέσεν ὑψόθεν, ἀμφὶ δὲ τοῖσι
λευκὸς ἐπιπλώουσιν ἑλίσσετο πάντοθεν ἀφρός.
ἐν δὲ περιπλομέναις ὥραις ἐνιαυτὸς ἔτικτε
παρθένον αἰδοίην.

Hunc deinde reddidit Apollodorus *Bibl. I.*, 1. *p.* 5.: καὶ Κρόνος ἀποτέμνων τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρὸς εἰς τὴν θάλασσαν ἀφίησιν. Cfr. Nonn. *Dion. l. c.*, *I.*, 88. *VII.*, 226. *sqq.*

Nemo tamen horum tam presse sequutus est Hesiodi exemplar, ut ad componendam criticorum de gravissima quae *v.* 189. ex codicum dissensu prodit scripturae discrepantia litem multum afferre possint adiumenti. Etenim plerique codices exhibent κάββαλ' ἀπ' ἠπείροιο, alii ἐπ' ἠπείροιο. Hoc et alii olim et nuper Vossius *Sched. Crit. T. II.*, *p.* 366. *sq.* eum in modum interpretati sunt, ut genitalia circa Epirum, prope Epirum in mare delapsa esse dicantur. At ea est epicae consuetudinis in hac praepositione ratio, ut verba ἐπ' Ἠπείροιο necessario explicanda sint: in Epirum, in ipsam videlicet regionem. Idonea eam in rem afferam exempla Homerica *Odyss.* ι, 85. κ, 140. π, 325. τ, 278. 470. *Il.* α, 485. ν, 565. Frustra igitur Vossius in exornanda scriptura operam consumpsit. Altera et narrationis concinnitati apte convenit, uti docuit Wolfius, et ab scholiasta explicatur: ἀπὸ τοῦ ἠπείρου φησὶ βάλλειν ταῦτα καὶ ἐν θαλάσσῃ, ὅτι οὐ μόνον ἐν γῇ καταβάλλεται τὰ σπέρματα, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἐν θαλάσσῃ νήσοις.

Verba:

τὴν δ' Ἀφροδίτην
κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἀνέρες, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
θρέφθη,

gravissimo Platonis testimonio eum in modum confirmavit et stabilivit Wolfius, ut de eorum integritate ne minima quidem superesse possit dubitatio. Exstat illud *in Cratyl. p.* 406. *HSt.*: περὶ δὲ Ἀφροδίτης οὐκ ἄξιον Ἡσιόδῳ

ἀντιλέγειν ἀλλὰ ξυγχωρεῖν ὅτι διὰ τὴν τοῦ ἀφροῦ γένεσιν Ἀφροδίτη ἐκλήθη. Addo Ovidium *Fast. IV*, 61. 62.:

Sed Veneris mensem Graio sermone notatum
Auguror: a spumis est Dea dicta maris.

Nonnum *ad Gregor. l. c. f.* 86. *p.* 520. *D.*: *atque exorta spuma, nata est Venus, unde etiam Ἀφροδίτη nominata est ἐκ τοῦ ἀφροῦ.* Cfr. Diogen. Apolloniat. *ap. Clement. Alex. Paedag. I.*, 6. *p.* 126., Cornut. *c.* 24. *p.* 197., Isidor. *de Origg. l. VIII.*, *c.* 11., 76. 77. (Raban. Maur. *de Univers. XV.*, 6. *p.* 207. *b.*)

Deinde *Κυθέρειαν* vocari Venerem ab Hesiodo, ὅτι *προσέκυρσε Κυθήροις*, et ipsum luculentis constat testimoniis. Hesych. *T. II.*, *p.* 369.: *Κυθέρεια, ἡ Ἀφροδίτη, καθ' Ὅμηρον μὲν οὐχ ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις, ἀλλ' ὅτι κευθόμενον ἔχει ἐν ἑαυτῇ τὸν πάσης ἐρωτικῆς φιλίας ἐξηρτημένον* [*κεστὸν*] *ἱμάντα ἤγουν τὸν ποικίλον.* Suid. *T. II.*, *p.* 390.: *Κυθέρεια οὐχ ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις, ὡς Ἡσίοδός φησιν, ἀλλ' ἡ ἐν αὐτῇ κευθόμενον ἔχουσα τὸν ἔρωτα, ὃν πᾶσιν ἐφίησι.* Orion. *Etym. p.* 79., 24. *sqq.*: *Κυθέρεια — οἱ δὲ παρὰ τὸ κεύθειν κρυφίαν τινὰ οὖσαν κατὰ τὴν μῖξιν. Ἡσίοδος δὲ ἀπὸ Κυθήρων·*

ἀτὰρ Κυθέρειαν, ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις.

Cfr. Phot. *Lex. p.* 184., 8., Schol. B. D. *ad Il.* ε, 422. *p.* 162. 6. 9., Etym. M. *p.* 546., 48. 543., 43. *sq.*, Etym. Gudian. *p.* 351. *fin.* 352., 19. *sq.* Deinde Eustath. *ad Dionys. v.* 498. *p.* 195., 14. *sqq.*: *τὰ Κύθηρα δὲ νῆσος — δοκοῦσα αἰτία εἶναι τοῦ τὴν Ἀφροδίτην καλεῖσθαι Κυθέρειαν κατὰ τὸν Ἡσιόδου μῦθον, λέγοντος Κυθέρειαν τὴν Ἀφροδίτην λέγεσθαι, διότι προσεπέλασε Κυθήροις.* Idem *ad Il. pag.* 1021., 49. *sq.*: *ἐκ ταύτης — καὶ ἡ Ἀφροδίτη Κυθέρεια κατὰ τὸν Ἡσιόδου μῦθον λέγεται. διὸ καὶ ζάθεα Κύθηρα ἔφη ὁ ποιητὴς διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς μυθευομένην τῆς Κυθερείας ἔκφανσιν.* Cfr. *ib. p.* 650., 45. *p.* 804., 34., *ad Od. p.* 1598., 50., Phavorin. *Dict. p.* 1122., 22. *sqq.*, Moschopul. *περὶ σχεδῶν p.* 3. Ex Graecorum fonte transiit fabula ad Latinos. V. Festum *l. III.*, *p.* 40. *Lind.*: *Cytherea Venus ab urbe Cythera, in quam primum devecta esse dicitur concha, quum in mari esset concepta.*

Haec omnia eo maiorem habent in nostra causa auctoritatem, quod prope omnia ex una eademque antiquissimi scriptoris disputatione derivata esse apparet. Haec exstat in Schol. B. D. *ad Il.* ε, 422. *p.* 162. et in Etymol. M. *p.* 546., 19. *sqq.*, deinde ex parte transiit in Etym. Gud. *p.* 355., 8. *sqq.*

Ex quo testimonio quum tantum non omnis quae superest de Veneris nominibus hoc exemplo explicatis pendeat disceptatio, integrum illud apponam ex fide scholiastae Homerici: *Κύπρις: τὸ ἐπίθετον τῆς Ἀφροδίτης, ὃ οὐκ ἐνόησαν οἱ πρὸ ἡμῶν τί σημαίνει. συμπλανηθέντες γὰρ τῷ Ἡσιόδῳ ἔδοξαν ὅτι Κύπρις λέγεται, ὥς φησιν Ἡσίοδος, Κυπρογένεια, διὸ* (*διότι* Aldus) *γεννᾶται περικλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ, ὥσπερ καὶ τὴν φιλομειδῆ ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη. Ὅμηρος δ' οὐκ εἶπεν οὕτως, ἀλλὰ τὴν μειδιάματα φιλοῦσαν, οἷον ἱλαράν, διὰ τὴν ἐγκειμένην αὐτῇ δύναμιν ἀπὸ τῆς συνουσίας. ὥσπερ οὖν τὸ πῦρ Ἥφαιστον λέγει ὁμωνύμως τῷ εὑρόντι, οὕτω καὶ Ἀφροδίτην ποτὲ τὴν ἀνδρὸς πρὸς γυναῖκα συνουσίαν, ἡνίκα ἂν περὶ τῶν μνηστήρων λέγει* (*Odyss.* 22., 444.). *τὸ οὖν ἐπίθετον τὸ διὰ τοῦ Κύπρις σημαινόμενον ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὴν δυνάμεως Ὁμήρῳ παρείληπται. ἔστι γοῦν κατὰ συγκοπὴν εἰρημένον κυόπορις, ἡ τὸ κύειν πορίζουσα. ἴδιον γὰρ Ἀφροδίτης τοῦτο. οὐ γὰρ κυΐσκουσιν αἱ γυναῖκες χωρὶς τῆς Ἀφροδισιακῆς συνουσίας. τὸ δὲ πλανῆσαν τὸν Ἡσίοδον καὶ τοὺς ἄλλους ἐστὶ τὸ ἐν τῇ θ ῥαψῳδίᾳ λεγόμενον* (*v.* 362.):

ἡ δ' ἄρα Κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
ἐς Πάφον ἔνθα δέ οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις.

οὐκ εἴ τις δ' ἔν τινι τόπῳ τετίμηται, ἐκεῖθι καὶ γεγέννηται καὶ διὰ τοῦτο τῷ ἐπιθέτῳ κοσμεῖται. οὐδέποτε γοῦν Δήλιος ὁ Ἀπόλλων παρ' Ὁμήρῳ οὐδὲ Πύθιος· — καὶ ἡ Κυθέρεια δὲ καθ' Ὅμηρον οὐχ ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις. οἶδε μὲν γὰρ τὰ Κύθηρα, οὐκ ἀπὸ τούτου δὲ εἴρηται. Κυθέρεια δὲ ἡ κευθόμενον ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ τὸν πάσης τῆς ἐρωτικῆς φιλίας ἐξηρτημένον ἱμάντα, οἷον τὸν ἔρωτα, ὃν πᾶσι τοῖς νέοις ἐφίησι. In eandem sententiam deinceps disputatur de aliis Deorum cognominibus. — Alia eiusdem studii consiliique circa Homeri Hesiodique interpretationem documenta tum in scholiis Homericis tum in aliis libris conservata sunt: v. c. *ap. schol. Vict. ad Il.* σ, 38. *p.* 488.: *ἐντεῦθεν πλανηθέντες οἱ περὶ Ἡσίοδον Νηρέως ἀνέγραψαν θυγατέρα καὶ Θέτιν, τοῦ ποιητοῦ παρὰ τὸ νεῖν τὴν λέξιν ποιησαμένου.* Add. schol. A. *ad Il.* ω, 24. *p.* 629., B. *ad Il.* α, 72. *cll.* 43., Fest. *l. III.*, *p.* 40. *s. v. Cyllenius.* Illam deinde disputationem usurpavit is, qui Homerico Apollonii Sophistae Lexico interposuit haec *pag.* 426.: *Κύπρις ἐπίθετον Ἀφροδίτης. οὐ μόνον ἐκ τῆς νήσου Κύπρου, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ τὸ κύειν πορίσκειν, ὃ ἐστι ἐκ τῆς συνουσίας.* Nam ne ab ipso Apollonio adiecta haec esse statuamus, vetat tum compendiarium dicendi genus sermonisque licentia, tum barbarus vocabuli *πορίσκειν* usus, quod quidem ab librariis

nonnullis in illum locum illatum esse constat, velut in codice Veneto B. *pag.* 142. *ed. Vill.* et in Etym. Gud. *p.* 355., 21. — Praeterea contrita est disputatio multo probatissimorum grammaticorum usu, v. c. Hesychii, Suidae, Orionis, Etymologi, Eustathii (v. c. *pag.* 1600. *fin.*) *ll. cc.* — Denique scholii dignitatem eximie illustrat illud, quod auctor hanc nominis explicandi viam primum sese iniisse reliquosque interpretes Homericos Hesiodo obsequutos fuisse tradit. Iam quum apud Cornutum *c.* 24. *p.* 197. 98., quem locum et emendatiorem et integriorem usurpasse videtur Eudocia *pag.* 13., eaedem similesque eorundem nominum compareant interpretationes, auctorem scholii ante illius aetatem scripsisse convenit. Porro impugnat idem Eratosthenis sententiam *pag.* 162. 6. 19. 20. *Bkk.*; ergo aut aequalis fuit illi aut posterior aetate. Quod quum ita sit, continuo nobis ingerit sese Stoicorum et inprimis Chrysippi memoria, quippe quos in re simili multum elaborasse constet. Nec fefellit nos coniectura. Nam primum tradidit Laurentius Lydus *de mens.* *l. IV.*, 44. *p.* 212.: *Εὐριπίδης δὲ Ἀφροδίτην αὐτὴν ἀξιοῖ ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ ἄφρονας τοὺς ἐρῶντας ἀποτελεῖν. ὁ δὲ Χρύσιππος οὐ Διώνην, ἀλλὰ Διδόνην αὐτὴν ὀνομασθῆναι ἀξιοῖ παρὰ τὸ ἐπιδιδόναι τὰς τῆς γενέσεως ἡδονάς, Κύπριν δὲ ὀνομασθῆναι παρὰ τὸ κύειν παρέχειν, καὶ Κυθέρειαν ὁμοίως παρὰ τὸ μὴ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θηρίοις τὸ κύειν ἐπιδιδόναι.* Convenit igitur ex omni parte *Κύπρις* nominis originatio; discrepant paullum quae de v. *Κυθέρεια* dicta sunt. Sed hoc fortasse Lydi socordia accidit, qui eadem fere verba ad nomina diversissima adaptavit: fortasse prolixa illa disputatio ut aliis partibus, sic hac in re postmodum grammaticorum studiis immutata est. Certe nihil elevatur re pusilla testimonii Lydiani gravitas. Contra eandem adauget illud primum quod quae hac disputatione de nomine *Παφίη* exprompta sunt, ad Chrysippi auctoritatem referuntur *in Et. Gud.* *p.* 352., 7. 8., deinde quod eundem de simillimis Deorum appellationibus pari modo exposuisse disertis testimoniis compertum est. V. *Et. Gud.* *p.* 201., 23. 202., 14. Et. M. *p.* 361., 14.

Verum quamquam in genere disputatio ad Chrysippi auctoritatem referenda est, admista tamen genuinis sunt recentium grammaticorum studia. Dignoscuntur ea statim principio expositionis, ubi verba: *ὥς φησιν Ἡσίοδος, Κυπρογένεια,* manifesto reliquis praeter rem sic sunt iniuncta, ut rationem enuntiationis male perrumpant: quod quum in scholiastae sermone ferendum fuerit, in hoc tamen scriptore maximopere offendit, quoniam terso ceteroquin et composito utitur stilo.

Itaque si nominis diversitatem notare voluerat, aut omne enuntiandi genus immutasset aut scripsisset saltem: ἢ ὥς φησιν Ἡσίοδος Κυπρογένεια. Interim non scriptor arguendus est negligentiae, sed librarius potius oscitantiae. Ille enim posuerat tantum haec: ὅτι Κύπρις λέγεται διότι γεννᾶται ἐν Κύπρῳ, et sic plane locus exaratus est in codice Etymologi Gudiano *pag.* 355., 10.; contra librarius Homericus bono quidem consilio, sed nec prudentia nec doctrina instructus insigni eam nominis speciem scholio inferendam esse iudicavit, quae illis temporibus in scriptis Theogoniae exemplaribus circumferebatur. Atqui Venetus Homeri codex, qui hoc scholion praebet, saeculo undecimo exaratus esse dicitur. V. Villoison. *Prolegg. p. XLV.* Hinc interpolationis vetustatem obiter licet aestimare. Ex codicibus Homericis scholion cum aliis pervenit in Etymologica, ita tamen ut non omnia utrorumque exemplaria occupaverit vitii communio. Vacare eo vidimus Gudianum, quod saeculo tertio decimo exaratum est. Sed qui eodem saeculo vixit codicis Vindobonensis LVI. librarius, mendoso usus scholiorum exemplari, *Odyss.* ϑ, 362. ascripsit haec: οὗτος ὁ στίχος ἐπλάνησε τὸν Ἡσίοδον εἰπεῖν Κυπρογένειαν τὴν Ἀφροδίτην. Vid. Alter. *Od. p.* 707.

Restat iam, ut accurate exploremus, quo consilio Hesiodus in hac causa ab Chrysippo fuerit in testimonium advocatus: quae quidem et impeditissima et gravissima est disquisitionis pars, quoniam hinc demum efficitur, quantum scholio in definienda versus 199. origine et conditione assignari possit auctoritatis. Etenim triplex fere adest explicandi genus, quod philosophi verbis aptari posse videatur: aut vidit versum nostris exemplaribus simillimum, aut alterius nominis loco legit *Κύπριν,* aut quamquam versus tunc nondum exstitit in codicibus, fieri tamen commode potuit, ut omnem poetae narrationem in eandem quae hodie illo expressa est explicaret sententiam.

Primum Κυπρογένειαν sive Κυπρογενῆ iam ab Chrysippo repertum esse, fidem nullam habet icoirco, quod vocabulum illud cum verbis κικλήσκουσι ϑεοί τε καὶ ἀνέρες proxime copulari oportet. Non est igitur aptum causae nomen, quod et ab Hesiodi Homerique et ab omnium poetarum antiquorum consuetudine abhorret. Incertae enim profecto ac dubiae auctoritatis exempla sunt *hymn. Hom. in Ven. min. v.* 1.:

Κυπρογενῆ Κυϑέρειαν ἀείσομαι,

Orphei *Hymn. LIV.*, 15.:

Κυπρογενὲς ϑεῖον γένος,

Solonis *fragm. II.*, p. 134. *Gaisf.*

ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς νῦν μοι φίλα.

Quae certa exstant testimonia, multo sunt et recentioris aetatis et fidei inferioris. Κυπρογενής audit illa Theognidi, praesertim novissimae carminis parte, exemplis ab Thierschio expromptis (*Grat. Gr.* p. 282.), Pindaro *Olymp. X.*, 125., poetae lyrico *apud Aristotel. Ethic. Nicom. VII.*, 7., p. 1149.; deinde Κυπρογένεια, Sapphoni *apud Heph.* c. 12. p. 69. *G.*, Panyasidi ap. *Athen.* 2., p. 36., Aristophani *Lysistr.* v. 551., ubi epitheton tribuit Bioni *fragm. XVII.* p. 342. Idem praeterea latet in fragmento poetico *apud Et. M.* p. 666., 51.: οὐδὲ τοῦ πέτρου [illegible] ἀόρατος ἔπετον, οἷον [illegible] Κυπρογενῆ, ubi quae manca est sententiae ratio, huic in modum fortasse suppleri poterit: ἔπετον Κυπρογενής [illegible]. Verum utriusque nominis usus increbruit demum apud recentissimae aetatis poetas, Nonnum *Dionys. V.*, 138. 611., *VI.*, 82., *VII.*, 706., *XII.*, 144., *XX.*, 145., *XXXIII.*, 91. 97., *XXXIV.*, 65., *XL.*, 119., *XLII.*, 300., *XLVII.*, 277., *XLVIII.*, 509., Maximum περὶ καταρχῶν v. 264. 272. 531., Manethonem *II.*, 221. *IV.*, 214. *VI.*, 243., Anthol. Palat. *IX.*, 475., 4. p. 169. *XII.*, 195., 4. *p.* 511. Cfr. Hesych. *T. II.*, p. 384.

Deinde quemadmodum hoc nomen apud Homerum Hesiodumque nusquam apparet, sic omnia Deorum epitheta ad eandem normam composita ab antiquissimae poeseos indole alienissima sunt, multoque magis illis temporibus conveniunt, quando erudita iam opera in rerum divinarum originibus illustrandis fuerat collocata, carminumque pangendi ars minus ingenio libero quam doctrina regebatur. Etenim in antiquissimis carminibus quae sententiae huic adversari videntur nomina Τριτογένεια et Λυκηγενής, diversissimam revera habent explicatum. Nam hoc contra omnem analogiae regulam ab Λυκία derivari, quivis videt (cf. Mueller. *Dor. I.*, 304. *Prol.* p. 421. *sq.*); alterum potius ad Hesiodeam *) de Minervae ortu fabulam est explicandum. Contra poetae recentiores copiosam praebent similium nominum messem;

*) Huius immemor fuit Passowius *Lex. T. II.* p. 894., Stesichorum primum fabulae auctorem prodens. Abundat enim in rem testimonio Schol. ad *Apoll. Rhod. IV.*, 1310.: πρῶτος Στησίχορος ἔφη σὺν ὅπλοις ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς ἀναπηδῆσαι τὴν Ἀθηνᾶν. V. Heyne *ad Apoll. T. II.* p. 17., Klein. *Stesichor.* pag. 127. Nomini Τριτογένεια geminum est Κορυφαγενής ab Naekio praetermissum *Choer.* p. 142. *sqq.*, quo utitur Plutarchus *de Is. et Osir.* p. 381. *B.*

sic ut in eadem Dea maneat sermo, Venus eis appellatur Caeligena, *Ποντογένεια*, *Ποντογενής*, *Ἁλιγενής*, *Ἀφρογένεια*, *Ἀφρογενής*. Illa attigimus supra: haec illustrabimus copiosius hoc loco, ut, quantum ab Hesiodea poesi sint aliena, clare perspiciatur. *Ἀφρογένεια* vocatur ab Moscho *Europ. v.* 71., Bion. *XVI.*, 1. *p.* 343., Antipat. Sid. *Anth. Pal. VII.*, 218., 11. *p.* 370., Macedon. *ib. V.*, 240., 3. *p.* 155., Mnasalc. *ib. IX.*, 324., 1. *p.* 112., Nonn. *Dionys. VI.*, 353. *XX.*, 231. *XXXI.*, 267. *XXXII.*, 24. *XXXIII.*, 164. *XXXVII.*, 143. *XLI.*, 288. *XLII.*, 304. 490. *XLVIII.*, 698., Maxim. *περὶ καταρχ. v.* 402., Colluth. *v.* 167., Procl. *Hymn. in Ven. v.* 1., quem locum sub Orphei nomine apposuit Natalis Com. *IV.*, 14. *p.* 404., Paull. Silentiar. *Anth. Pal. V.*, 272., 3. *p.* 168., incert. auct. *in Iac. Append. Anth. Pal.* 110. *p.* 795., Maneth. *Apotel. III.*, 282. 309. *IV.*, 436. 491., *VI.*, 119. 268. 281. 431., et ab aliis fortasse, quamquam non compleverim centena exempla, quorum nescio quae notitia venerit Mansoni *Versuche über mythol. Gegenstände. Lips.* 1794. *p.* 144. Geminum est *Ἀφρογενής*, quo utitur Orpheus *in Mus. v.* 11. et Theogoniae fragmento *apud Werfer. Act. Mon. II.*, *p.* 155., quod uno hoc vocabulo brevius dedit Lobeck. *Aglaoph. p.* 542., Statylius Flaccus *Anth. Planud. l. IV.*, 211., 2. *p.* 689., inc. poeta *eiusd. IV.*, 169. *p.* 676., Manetho *Apol. II.*, 177. 184. 359. 426. *III.*, 195. 277. *IV.*, 180. *VI.*, 39. 126. 152. 240. 278. 533. 696.

Iam si quis eo potissimum disputationem nostram valere contendat, ut v. *Κυπρογένεια* ab Hesiodo adhibitum fuisse non sit verisimile, Chrysippeae annotationis insuper ea est indoles, ut si intromittitur illud, omnes incidantur disputationis nervi. Commemorari eam in rem possunt tum alia quibus utitur Deorum epitheta, v. c. *Δήλιος*, *Πύθιος*, *Κυθέρεια*, *Ἑλικώνιος*, tum verba haec *l.* 50. 51.: *οὐκ εἴ τις δ' ἔν τινι τόπῳ τετίμηται, ἐκεῖθι καὶ γεγέννηται καὶ διὰ τοῦτο τῷ ἐπιθέτῳ κοσμεῖται.*

Contra accommodatissima ad disputationis concinnitatem esset Hesiodei exempli memoria, si ipsum *Κύπρις* nomen ab illo fuisset ad originis rationem explicatum. Idem deinde poetae consilio longe melius convenit quam librorum scriptura: nam *Κύπρις* tum Homeri tum Hesiodi fuit usu receptum. Hesiodi enim hodieque unum superest exemplum *apud Schol. Platon. p.* 374. *Bkk.*:

ἐκ τοῦ δ' ὅρκον ἔθηκεν ἀμείνονα ἀνθρώποισιν
νοσφιδίων ἔργων πέρι Κύπριδος.

Versus desumpti fortasse sunt ex **Aegimio**, in quo Ius fabula pertractata erat. V. Heyne *ad Apoll.* *T. II.*, *p.* 101. Legebantur certe in ea carminum parte, quae probatissimorum auctorum iudicio Hesiodo vindicatur. V. Schol. Ven. A. *Il.* *ω*, 24. *p.* 629. et Hesych. *T. I.*, *p.* 650. — Denique versus in sententiam ab Chrysippo indicatam nullo negotio conformari potest:

Κύπριν δ' αὖτ' ὅτι γέντο περικλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ.

Interim quoquo vertas et hanc et vulgatam librorum scripturam, neutra narrationi Hesiodeae proximis versibus perscriptae ullo modo convenit. Nam quod Werferus *Act. Mon.* *II.*, *p.* 154. vulgatam eum in modum explicat, ut Venerem editam dicat esse *ἐπὶ* aut *παρὰ* aut *πρὸς Κύπρῳ*, horum quicquam inest nec in verborum nec in fabulae ratione. Deinde Venerem quod primum e spuma in Cyprum insulam esset **egressa** non potuisse **Cyprigenam** appellari, quum nulla sit huius rei cum partu similitudo, omnibus perspicuum est. Accedit quod natam iam fuisse oportet eam, quando *προσέκυρσε Κυθήροις*.

His positis **tertia** superest interpretationis via, quae licet aliquanto audacior sit, certius tamen ad veritatem nos perducere videtur. Statuo enim *v.* 199. antiquitatis memoria nondum fuisse in hoc carmine lectum, grammaticos vero eos, quos Hesiodei erroris participes dicit philosophus quosque data opera impugnat, genuinos Hesiodi de Veneris generatione versus eum in modum exposuisse, ut nominis *Κύπρις* rationem declarari inde posse putaverint. Tenendum enim in hac causa est, quod si quid a poetae mente longe remotum haberi oportet, idem non immerito interdum tortuosis grammaticorum ingeniis imputari potest. — Interea in hac re iam non continebimur, verum ulterius tuto licebit progredi. Videlicet ipsum hoc de quo dicimus scholion quin primam Theogoniae in hoc loco interpolandae obtulerit occasionem minime erit ambiguum. Prompto quidem errore sic intelligi poterant philosophi verba, ut grammaticorum de origine nominis sententia in Hesiodeo carmine diserte enunciata esse videretur: proximum erat, ut eandem, quum non compareret olim in Theogonia, de coniectura introducendam esse indicarent: expedita denique erat coniecturae ratio, quum recentiorum poetarum consuetudo obversaretur animo. **Porro** quum primum in **scholio** fuisset scriptum: *συμπλανηθέντες τῷ Ἡσιόδῳ ἔδοξαν ὅτι Κύπρις λέγεται διότι γεννᾶται ἐν Κύπρῳ*, studio recentissimorum grammaticorum, qui carminis interpolationem non nossent scholiastaeque verba ad illius exemplar sine discrimine exigi posse existimarent, accidit, ut et verba *ὡς*

φησιν Ἡσίοδος Κυπρογένεια importune interponerentur et περικλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ ex Hesiodi libris accederet. Sed nondum satis erat libidinosae mutationis. Senserunt enim nonnulli, versum interpolatum cum reliqua poetae narratione nequaquam convenire. Quapropter in libris aliquot Hesiodeis *πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ* repositum fuit. Hoc genus deinceps scholio illatum est, uti licet ex Dorvilliani codicis scriptura intelligere ab Gaisfordo exprompta: ubi tamen non decernam, utrum ἐν τῷ περὶ Κύπρῳ πόντῳ an ἐν τῷ περικλύστῳ πόντῳ voluerit librarius.

R e l i q u u m iam est, ut si quid forte de tempore quando instituta est interpolatio comperire liceat, acerrima pervestigatione exploremus. P r i m u m occurrit testimonium Etymologi M. *p.* 179., 4. *sqq.*: Ἀφροδίτη παρὰ τὸ δύνειν ἐκ τοῦ ἀφροῦ τοῦ θαλασσίου. ἐκεῖθεν γὰρ ἀνῆλθεν. Ἡσίοδος·

τὴν Ἀφροδίτην
ἀφρογένειαν θεὰν καὶ ἐϋστέφανον Κυθέρειαν
κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἀνέρες, οὕνεκεν ἀφρῷ
θρέφθη· ἀτὰρ Κυθέρειαν ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις·
ἠδὲ φιλομηδέα, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη.

Deest igitur versus 199.; adest *v.* 196. leni mutatione utcunque instauratus. At vero quum Hesiodeum exemplum nec in G u d i a n o libro, ubi reliqua de eodem vocabulo disputatio eaque aliquanto etiam copiosior exprompta est *pag.* 97., 30. *sqq.*, nec in P a r i s i n o Bekkeri, qui consensum in re gravissima sine dubio non praetermisisset *annot. ad Et. M. p.* 777., usquam comparest, nullum intueri videor discrimen eo quod versus una cum annotatione brevi ab editoribus Hesiodi lectione admodum assuetis appositos esse pronuntio. Deinde quae fuit illis *v.* 196. mutationis caussa, eadem hoc versu perducti sunt eo, ut versum ulcerosum, quem in metri speciem redintegrari posse desperabant, ex poetae oratione eiicerent. Haec tam plana sunt atque perspicua, ut neminem adversariorum nobis esse speraverim semel admonitum. Sed gravius et intricatius est C l e m e n t i s documentum *Cohort. ad gent. p.* 13. *Pott.*, quo T h i e r s c h i u s nuper in eam sententiam usus est, ut Ἀφρογενῆ et Κυπρογενῆ ab viro sancto hoc exemplo reperta esse contenderet. Qua de re quo magis expedita sit omnibus iudicandi copia, integram apponam Clementis disputationem, ab Eusebio postmodum repetitam *Evang. Praepar. II.*, *p.* 40. *RSt.*: ἤδη δὲ (καὶ γὰρ καιρός) αὐτὰ ὑμῖν τὰ ὄργια ἐξελέγξω, ἀπάτης καὶ τερατείας ἔμπλεα. καὶ εἰ μεμύησθε, ἐπιγελάσεσθε μᾶλλον τοῖς μύθοις ὑμῶν τούτοις τιμωμένοις. ἀγορεύω δὲ ἀναφανδὸν τὰ κεκρυμμένα οὐκ αἰδούμενος λέγειν ἃ προσκυνεῖν οὐκ αἰσχύνεσθε. ἡ μὲν οὖν

Ἀφρογενής τε καὶ Κυπρογενής, ἡ (καὶ Eus.) *Κινύρᾳ φίλη, τὴν Ἀφροδίτην λέγω, τὴν φιλομηδέα, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη, μηδέων ἐκείνων τῶν ἀποκεκομμένων Οὐρανοῦ, τῶν λάγνων, τῶν μετὰ τὴν τομὴν τὸ κῦμα βεβιασμένων, ὡς ἀσελγῶν ὑμῖν μορίων ἄξιος Ἀφροδίτη γίνεται καρπός, ἐν ταῖς τελεταῖς ταύτης τῆς πελαγίας ἡδονῆς τεκμήριον τῆς γονῆς ἁλῶν χόνδρος καὶ φαλλὸς τοῖς μυουμένοις τὴν τέχνην τὴν μοιχικὴν ἐπιδίδοται.* Hoc loco ne nimium tribuatur externae rerum speciei, premendum prae ceteris est, quod Clemens m y s t e r i a se proditurum esse affirmat a b s c o n d i t a e q u e theologiae sapientiam; deinde quod proxime quae sequitur disputatio prorsus accommodate ad hanc professionem est instituta Orphicamque undique refert theologiam, ipsis Orphei verbis declaratam. Deinde recolenda est Orphicorum exemplorum memoria, in quibus Venus *Ἀφρογενὴς* et *Κυπρογενὴς* celebratur. Ergo ex hac disciplina nomina et desumi ab Clemente potuerunt et reapse esse desumpta plenam et perfectam habet fidem. Interim pungit sane illud, quod verba *τὴν φιλομηδέα ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη* Hesiodei exempli manifestam continere videantur imitationem. At nihil saltem cogi inde potest: deinde quotquot de auctoritate *v.* 200. prolata a nobis sunt veterum documenta *l. II.*, *c. XIV. p.* 263. *sq.*, eam omnia non excedunt aetatem, qua hodiernam Theogoniae formam iamiam exstitisse demonstravimus. Nam apud Chrysippum *l. c.* verba *ὥσπερ καὶ τὴν φιλομειδῆ — ἀπὸ τῆς συνουσίας*, quae omnem disputationis concinnitatem importune ineptequé disiungunt, ab grammatico quodam, qui nostram iam usurpavit Theogoniam quique ab re simili inferenda abstinere non poterat, aevo Byzantino interposita fuisse perspicuum est. — Haec igitur quum aut ambigua sint aut certum non habeant usum, acquiescendum nunc erit in Veneti codicis testimonio: qui quum saeculo undecimo fuerit conscriptus, prius iam in Hesiodea exemplaria interpolationem illatam fuisse probabile est.

Pervestigato iam toto de Veneris nominibus exemplo, operae erit pretium scholiastae Hesiodei considerare auctoritatem. Is enim nec *Ἀφρογένειαν* neque *Κυπρογένειαν* nec *φιλομμειδέα* hoc loco agnoscit, sed in sola nominum *Ἀφροδίτη* et *Κυθέρεια* interpretatione versatur. V. Schol. Bas. et Ven. *pag.* 489., 23—27., ab librariis novitiis ad fictitium versum 196., qui nullis omnino sustentatur grammaticorum scriptorumque testimoniis, intempestive relatum. Contra ex Cant. Schol. *ad v.* 188.: *ὀρθῶς οὖν τὴν τῶν Ἀφροδισίων προεστῶσαν φ ι λ ο μ η δ έ α φησι,* versui 200. nulla auctoritatis species comparari potest. Nam si sat antiqua haberi poterit annotatio, nihil

comprobat aliud quam subtile illud quod satis aliunde novimus grammaticorum studium, qui Hesiodeam de origine Deae traditionem ad nominis explicatum vulgatissimi sollerter adhibebant. Indidem ut *v.* 199. sic *v.* 200. postmodum traxerit originem.

Versibus 201—206. ex **scriptorum** citationibus exigua paratur fides. *V.* 205. usurpavit **Cornutus** *c.* 24. *p.* 198.: ἔχει (Venus) *κατὰ μὲν τὸν Ἡσίοδον μειδήματά τ' ἐξαπάτας τε.* Cfr. Hom. *Il.* ξ, 198. 216. *sqq.*, unde vera h. l. *φιλότης* vocabuli efficitur explicatio ab interpretibus nihil curata. Ceterum consilio poetae **honorum descriptio** egregie convenit. V. *v.* 112.

Versus proximi 207—210. quibus **Titanum etymologia** illustratur, recentiorum tantum grammaticorum usu celebrati sunt. V. Eustath. *ad Il. p.* 712., 24. *sqq.*: *τὸ δὲ τιταίνειν ὅ ἐστι τείνειν, παράγει μὲν καὶ τοὺς Τιτᾶνας κατὰ τὸν Ἡσιόδου μῦθον καὶ τὸ ἐν Βοιωτίᾳ Τίτανον.* Usurpavit haec Phavorin. *Dict. p.* 1760., 20. 21. Deinde *ibid. pag.* 849., 54. *sq.*: *τὸ δὲ τιταίνω πρωτότυπόν ἐστι τοῦ Τιτὰν Τιτᾶνος τοῦ τε κατὰ μῦθον λαμβανομένου καὶ τοῦ κατὰ σκῶμμα.* Cfr. *p.* 244., 6. **Hesiodeam** fabulam respicit, ut videtur, Grammaticus *Et. Gud. p.* 530., 33. *sqq.*: *ἢ παρὰ τὸ τιταίνω γίνεται Τιτάν, διονεὶ οἱ τιταίνοντες χεῖρα καὶ κόπτοντες τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρός.* Cfr. Et. M. *p.* 760., 41. *sqq.* Phavorin. *Dict. p.* 1760., 59. *sqq.* Ad alteram nominis etymologiam *v.* 210. obscure indicatam alludunt tum auctores iidem, tum Varro, ut arbitror, quem sequutus est Isidorus *Origg. IX.*, 2., 134. 135., ab Rabano Mauro usurpatus *de Univers. l. XVI.*, 2. *p.* 212. *a.* **Vetustiorum** scriptorum de hac re testimonia nulla conservata sunt: quod quum casu acciderit, nihil inde contra illius authentiam capi potest argumenti *).

*) Eam et attentavit **Wolfius** infirmis rationibus et debilioribus etiam sustentavit nuper **Goettlingius**. Primum Wolfio quod post longam de Veneris natalibus narrationem oratio redit ad Titanes, nescio quid iniecerit scrupuli. Enim vero tam aptus ubique et concinnus est narrationis ordo, ut nusquam nisi post illius finem eiusmodi quid ab auctore commode inseri potuerit: quocirca hic legitimus verumtamen habendus est locus. Deinde *unus tantum eorum*, ait, *Cronus*, *impietatis erga patrem reus agi poterat, non ceteri item filii, qui tantum abest ut et ipsi sceleris conscii fuerint, ut maximo horrore animi orationem matris exceperint.* **Conscii** vero utique fuerant cuncti: ad omnes enim directa erat matris oratio. Deinde non reliqui tantum filii principio horrebant duram orationem, sed Saturnus eiusdem affectus nequaquam fuit expers, *τοὺς δ' ἄρα πάντας εἷλεν δέος, οὐδέ τις αὐτῶν φθέγξατο.* Illi tamen mox rediit animus facinorisque perpetrandi venit audacia. De reliquorum as-

Ab Terrae Caelique progenie oratio pergit ad familiam Noctis recensendam: conveniunt ordini *vv.* 106. 7. Sed offendit tamen quod importune eam disiunxit poeta: supra enim posuit Noctis ex Erebo filios: hoc loco eos quos conceperat sola. Dissentiunt hac parte libri Hesiodei ab genealogiis antiquis, secundum quos Cicero magnam eorundem numinum copiam Erebo et Nocte natam esse tradit *de Nat. Deor. III.*, 17., 44., quem locum *l. l.*, *c.* X., *p.* 118. ita exprimendum curavi, ut nomina Hesiodo genealogiisque communia in oculos incurrant. Addam Hyginum *praef. pag.* 7.: *ex Nocte et Erebo fatum, senectus, mors, letum, continentia* (leg. *contentio*), *somnus, somnia* —, *discordia, miseria, petulantia, Nemesis, Euphrosyne, amicitia, misericordia, styx, Parcae tres, i. e. Clotho, Lachesis, Atropos; Hesperides Aegle, Hesperie, Aerica.* Cfr. Claudian. *in Rufin. I.*, 47. *sqq.* alios que *ad v.* 226. commemorandos. Interim haec testimonia nec eam habent potestatem, ut *v.* 213. insititius censendus sit, nec singulorum nominum integritatem valido muniunt praesidio. Denique prorsus infirma est Natalis Comitis memoria *Mythol. III.*, 4. *p.* 199.: *Charon cuius nomen laetitiam significat, qui fuit Erebi et Noctis filius, ut sensit Hesiodus, qui in Theogonia omnia prope inferorum monstra ex iis nata esse affirmat.* Is enim aut deceptus ipse est falsa memoria aut imponere volebat lectoribus reconditae doctrinae specie.

V. 212., quem attentavit Heynius, idoneo utitur firmamento *v.* 758. *sq.*:

ἔνθα δὲ Νυκτὸς παῖδες ἐρεμνῆς οἰκί' ἔχουσιν
Ὕπνος καὶ Θάνατος, δεινοὶ θεοί.

Vv. 215. 6. inter Noctis progeniem producuntur Hesperides, quemadmodum apud Ciceronem et Hyginum. Convenit de genealogia Servius exemplo proxime commemorando. Verba πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο tum eodem Servii testimonio, tum luculentius Hesiodo ipso confirmantur *vv.* 274. 275. Verba μῆλα χρύσεια καλὰ expressit Orpheus poeta *apud Lobeck. Aglaoph. p.* 556.:

μῆλά τε χρύσεια καλὰ παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων.

---

sensu nihil illic dictum profecto est: at vero quum et conscii criminis fuissent nec restitissent temerario fratris conatui, merito omnes poterant impietatis argui. Ergo quum Saturnus patrem attentasset manu, reliqui vero consilio ac voluntate, omnes poeta traxit in communionem sceleris: id quod profecto non accidit sine quadam dicendi licentia.

Denique v. 216. accurate explanavit Io. Diaconus pag. 559., 36. et 560., 5., nisi quod μέμηλε affert pro μέλουσι: illud praestat sine dubio. Interea haec testimonia nec tam antiqua sunt nec tam diserta, ut integram ad nos pervenisse Hesperidum memoriam certo efficiant. Primum offendit maximopere, quod nulla assunt Hesperidum nomina: ὁ δὲ κατ' ὄνομα χαρακτὴρ Ἡσιόδειος. At occurrit Scheffer *ad Hygin. praef. pag. 7.: Hesiodus et alii Hesperusam et Arethusam appellant* (Hesperidas). Tertium nomen Aegle Hesiodi Hyginique existimaverit commune. Verum res nititur infirma auctoritate Servii, quae utrum in istam sententiam certe possit explicari nec ne merito ambigitur, *ad Aen. IV.*, 484. *T. II.*, *p.* 557.: *Hesiodus has Hesperidas Aeglem, Arethusam et Hesperusam Noctis filias ultra Oceanum mala aurea habuisse dicit.* Sultem Hesperusa nomen quum in versum heroicum non aptum sit, ab Hesiodo fuit alienum: pro quo ubi Hesperie reposueris, nomina metro licet comprehendere in hunc modum:

Αἴγλη θ' Ἑσπερίη τε καὶ εὐειδὴς Ἀρέθουσα,

sive ad Hesiodeam verborum structuram accommodate:

Αἴγλην Ἑσπερίην καὶ ἀγακλειτὴν Ἀρέθουσαν.

Nomina cur exciderint hoc loco sive haec sive alia, e *vv.* 274—276. declarari poterit, ubi Gorgonum nomina poetae socordia eum acceperunt locum, ut ad Hesperidas pertinuisse videantur. Huic enim exemplo inhaesit is, qui locum nostrum in compendium redegit. Ac pronum sane erat illic in errorem induci, siquidem alii eodem loco idem passi sunt. Nam indidem repeto quae de Hesperidum genere tradidit Schol. *Apoll. Rhod. IV.*, 1399. et ex illo Eudocia *pag.* 159.: ἦσαν δὲ Φόρκου καὶ Κητοῦς αἱ Ἑσπερίδες. — Denique post criticorum veterum memoriam interiisse nomina veri est simile idcirco, quod plures hoc loco versiculos seriore aetate excidisse constat. Quae quidem res quum plurimum faciat ad illustrandam carminis formam et conditionem, summa cum diligentia a nobis pertractabitur. Praeteriit autem tum interpretum Hesiodeorum tum aliorum diligentiam qui Hesperidum fabulam attigerunt, v. c. Vossii *Epp. Mythol. T. III.*, *p.* 45., *Sched. Crit. T. II.*, *p.* 340. et Passowii *Lex. T. I.*, *p.* 644. Omnis disputatio nostra nititur in scholio Cantabrigiensi *ad h. l. p.* 238. *sq. ed. Bas. p.* 492., 4—8. *Gaisf.*: Ἑσπερίδας: τὰς ἑσπερινὰς ὥρας λέγει, μῆλα δὲ χρυσᾶ τὰ ἄστρα, αὐτοῖς δὲ μέλει, ἐπειδὴ ἐν αὐτοῖς ταῦτα ὁρῶμεν, Ἡρακλέα δὲ τὸν ἥλιον. Λέγει δὲ τοῦτο, ὅτι παρερχομένου τοῦ ἡλίου ἐμφαίνονται τὰ ἄστρα ὅ ἐστι τὸ τρυγῆσαι τὸν Ἡρακλέα τὰ μῆλα. Multa commendant insignem

scholii antiquitatem ac praestantiam. Primum idem et Io. Diaconus usurpavit *p.* 560., *init.* et librarius Venetus, qui inde exprompsit tantum ea, quae hodiernae carminis formae congruunt: *τὰς τῆς νυκτὸς ὥρας λέγει, μῆλα δὲ χρυσᾶ τὰ ἄστρα.* Deinde eandem Herculis allegoriam vidit Eustathius *ad Odyss. p.* 1572., 43. *sqq.*: *Ἡρακλῆς ἐκόμισεν εἰς τὴν Ἑλλάδα τὰ διὰ τὴν ἰδέαν χρύσεα λεγόμενα μῆλα τὰ τῶν Ἑσπερίδων, ἅπερ εἰς ἀστέρας ἀλληγοροῦνται ὅτε ὁ Ἡρακλῆς εἰς ἥλιον μεταλαμβάνεται.* Cf. Schol. *ad Theogon. v.* 527., Tzetz. *Chil. II.*, 36., 325. Denique integrum prope scholion Eudocia interseruit aliorum scriptorum de Hesperidibus narrationi, v. c. Schol. *ad Ap. Rhod. IV.*, 1399. et Palaephati *c.* 19. *p.* 27. *sq.*, et eum quidem in modum, ut non ex Eudocia profecisse scholiastam omni dubitatione exemptum sit. Ait enim *pag.* 159.: *ἡ δὲ ἀλληγορία τὰς Ἑσπερίδας ἑσπερινὰς ὥρας λαμβάνει, μῆλα δὲ χρυσᾶ τὰ ἄστρα, Ἡρακλέα δὲ τὸν ἥλιον· παρερχομένου γὰρ τοῦ ἡλίου — τὰ μῆλα. ἡ δὲ ἱστορία οὕτως ἔχει,* et iam pergit deinceps ad Palaephatum explicandum. Manifesto praetermissa aut mutata sunt ea, quae Hesiodo tantum apta erant; non item quae faciunt ad allegoriam absolvendam. — Confirmata iam omni ex parte scholii auctoritate, quid inde ad crisin carminis redundet emolumenti, preesse dispiciamus. Ex verbo *λέγει* (sc. Hesiodus) nomina *Ἑσπερίδας, μῆλα χρυσᾶ, Ἡρακλέα* apta deinceps sunt ac prorsus aequalem habent conditionem. Ergo fuit olim hoc loco Herculis iniecta memoria. Accedit, quod proxima verba: *λέγει δὲ* (sc. Hesiodus) *τοῦτο κ. τ. λ.* et sententiam comprehendunt in nostris codicibus praetermissam et vero etiam verborum quandam referunt imaginem vv. *ὅ ἐστι τὸ τρυγῆσαι τὸν Ἡρακλέα τὰ μῆλα* adumbratam. Videlicet abstulisse Herculem mala aurea Hesperidibus custodita, in tempore Hesiodus hoc loco prodiderat: id quod nequaquam ab eius aetate carminisque indole abhorret. Nam celebratissimam atque ab omni parte excultam iam tum fuisse Hesperidum fabulam, multa demonstrant hoc ipso carmine vestigia. Vid. *vv.* 333. *sqq.*, qui pari modo lacunam ostendunt, deinde *vv.* 275. 518. *Τρυγᾶν*, quod in hanc sententiam adhibuit poeta, verum est ac legitimum in hac structura verbum. Vid. fragm. inc. *apud Eustathium ad Od. p.* 1572., 48.: *μῆλα ἔρωτες ἰδοὺ τρυγῶσιν.* Simili modo Scuti auctor *v.* 292.: *οἱ δ' ἐτρύγων οἴνας.* Cfr. Philostrat. *Icon. II.*, 18. *p.* 840. Itaque tam aperta et prompta est poetae sententia, ut vix assequi possim, quomodo levis quaedam macula scholiastae verbis antiquitus inhaerens virorum doctissimorum aciem effugerit. Verba sunt haec: *παρερχομένου*

τοῦ ἡλίου ἐμφαίνονται τὰ ἄστρα, codicis Cantabrigiensis et Eudociae communia. Ista vero pugnant cum sententia auctoris: contraria flagitantur. Nam sicuti Hercules abstulit mala, sic astra exstinguit sol. Ergo παρέρχεσθαι non praetereundi, sed prodeundi h. l. exserit notionem: quae quamquam minus est usu pervulgata, neutiquam tamen caret testimoniis aliorumque exemplorum analogia. Consequens est, ut v. ἐμφαίνονται permutandum sit cum contrario ἀφανίζονται. Ratio corruptelae aut ex doctrina palaeographica illustrari potest: nam simili modo ἀφανῆ pro ἐμφανῆ scriptum et expressum est v. c. apud Proclum *in Tim. II.*, p. 83.: aut potius ex perverso grammaticorum studio repetenda est, qui quum v. παρέρχεσθαι ad vulgarem consuetudinem explicuissent, necessario pro ἀφανίζονται reposuerunt quod congruum erat illi. Interim quamvis antiqua fuerit menda, quemadmodum ex Eudociae usu cognoscere licet, tamen non omnia commaculavit Theogoniae exemplaria. Integrum enim locum vidit et usurpavit Lilius Gyraldus doctissimo de Herculis vita syntagmate a. 1514. conscripto *T. I.*, p. 581. E.: *Hesperidum fabulam Hesiodi expositores ita interpretantur, ut per eas vespertinas horas, per poma aurea stellas atque astra intelligant. Herculem vero iam solem appellari non semel diximus. Surgente autem sole astra rapi videntur h. e. occultari, et idcirco Herculem* τρυγῆσαι *h. e. poma aurea abstulisse dicimus.* Is enim fuit illo tempore artis criticae modus, ut si ab codicis auctoritate recessisset scriptor, verbo rem haud dubie notasset. Gyraldum in hac causa tacite sequuntur Natalis Comes *Mythol. l. VII.*, *c. 7. fin.* p. 736., *l. X.*, pag. 1058. et G. I. Vossius *de orig. et progr. idol. l. II.*, c. 15. p. 384. — Reliquum est, ut lacunae sedem accuratius si fieri poterit exploremus. Fortasse verba φέροντά τε δένδρεα καρπὸν traxerit quis in suspicionem interpolationis, et antiquitus propagatum hic fuisse existimaverit: ...

χρύσεα καλὰ μῆλ' ἅ τε θ' Ἡρακλέης ἐτρύγησεν.

Verum in hac scriptura nulla apparet recentis mutationis ratio: expedita contra omnia sunt, ubi versus aliquot excidisse statuimus, quibus fabula Hesperidum breviter fuerat descripta. Haec deinde aut singulari codicis infortunio aut librariorum studio negligentiave exstincta sunt eo statim tempore, quo nostra Theogoniae exemplaria disposita sunt *).

---

*) Conservata sunt ab Herodiano Hermanni *de emend. rat. gr.* p. 433. §. 57. et Dracone p. 86. *et* 103. *coll. Eustath. ad Il.*

Sequitur locus conclamatus de Parcarum ex Nocte origine *v.* 217. *sqq.*:

καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας ἐγείνατο νηλεοποίνους,
Κλωθώ τε Λάχεσίν τε καὶ Ἄτροπον, αἵ τε βροτοῖσιν
γεινομένοισι διδοῦσιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε,

et qui sequuntur versus tres. Altera quae hodie in exemplaribus fertur earundem genealogia ex Iove et Themide *v.* 904 — 906. eis composita est verbis, ut alteram alterius traxisse colorem appareat. Sic enim se habent versus:

Μοίρας θ', ᾗς πλείστην τιμὴν πόρε μητίετα Ζεύς,
Κλωθώ τε Λάχεσίν τε καὶ Ἄτροπον, αἵ τε διδοῦσιν
θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε.

Utraque narratio seorsim circumfertur apud veteres: secundam suscepit Apollodorus *Bibl. I.*, 3., 1. *p.* 16., qua in re Orpheum non sequutus est. V. Lob. *Aglaoph.* *p.* 504. Alteram reddunt Cicero, Hyginus, poeta lyricus *ap. Stob. Ecl. phys. I.*, 6., 12.:

Κλωθὼ Λάχεσίς τ' εὐώλενοι κοῦραι
Νυκτός —,

aliique. Interim dupplicem in eodem eoque parvulo carmine Dearum genealogiam et nostri critici merito damnarunt nec veteres probasse credibile est. Distinctius vero horum iudicium ex scriptorum citationibus colligere non licet. Tzetzes *ad Lyc. v.* 144. *p.* 405.: *Νυκτὸς δὲ παῖδες (αἱ Μοῖραι) αὗται καθ' Ἡσίοδον.* At Tzetzae testimonium nihil valet ultra Io. Diaconi Scholiorumque auctoritatem, ubi *v.* 217. *sqq.* obiter illustrantur. Gravius est, quod in Stobaei codicibus *Eclog. phys. I.*, 6., 5. *p.* 168. appositi sunt *vv.* 217. 218. 219. et *ibid. I.*, 4., 38. *p.* 124. *vv.* 217. 220. 221. 222. Sed quum singuli prope Stobaei codices suas quasdam proprias subierint mutationes, ne ex horum quidem usu in re dubia quicquam cogi potest. Supersunt testimonia duo et vetustissima et omnium minime diserta, alterum Scholiastae Pindarici *ad Olymp. VII.*, 118.: *Λάχεσις δὲ μία τῶν Μοιρῶν καλεῖται· τριῶν δὲ οὐσῶν τῶν πασῶν Ἡσίοδος μνημονεύει:*

Κλωθώ τε Λάχεσίς τε καὶ Ἄτροπος,

alterum Luciani *Iupit. confut. c.* 1. *T. VI.*, *p.* 202: *ἀνέγνως γὰρ δηλονότι καὶ σύ, ὦ Ζεῦ, τὰ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ποιήματα. εἰπὲ οὖν μοι, εἰ ἀληθῆ ἐστὶν ἃ περὶ*

---

p. 1148., 50. quaedam epici poetae verba: *κλάδα χρυσεόκαρπον*, quae quamquam Hesiodo nemo facile vindicaverit, in exornanda tamen Hesperidum fabula ab recentiori poeta usurpata fuisse videntur.

ud Hesiodum quoque unicum adiectivi exemplum. grammatici nonnulli versum hoc modo reformasse vi-, ut ponerent:

εἰκεά τε, Ψεύδεά τε, Λόγους τ' Ἀμφιλογίας τε,

uidem tot exstant in codicibus nostris vestigia, ut simile exemplari principe exaratum fuisse coniiciam. At taiomodo Λόγοι ex Graecorum sensu vitaeque cultu ontentionis sobolem numerari possint, nullum proibet explicatum. Itaque istam scribendi rationem nullo ueri licebit, nisi quis recentem Medicei libri lectio-'ντιλογίας τε ad antiquorum auctoritatem simul referre : id quod temerarium esset vel maxime.

Tum consanguineus Leti Sopor et mala mentis
Gaudia, mortiferumque adverso in limine Bellum,

et quae sequuntur. Deinde Seneca *Herc. fur. v.* 690. *sqq.*:

quam (sedem) tenet segnis Sopor,
Famesque moesta tabido rictu iacens,
Pudorque serus conscios vultus tegit,
Metus, Pavorque, Funus et frendens Dolor,
Aterque Luctus sequitur et Morbus tremens,
Et cincta ferro Bella; in extremo abdita
Iners Senectus adiuvat baculo gradum.

Cfr. eundem *Oedip. v.* 585. *sqq.* 652., Claudian. *in Rufin. v.* 49. *sqq.*, ubi prodit *Imperiosa Fames.* Denique non omittendus in hac causa est Hyginus *praef. p.* 7.: *Ex Aethere et Terra, Dolor, Dolus, Ira, Luctus, Mendacium, Iusiurandum, Ultio, Intemperantia, Altercatio, Oblivio, Socordia, Timor, Superbia, Ingestum* (leg. *Incestus*), *Pugna.* Ubi vix tamen dubium esse potest, quin falsam introduxerit genealogiam: nam alia simul turbata esse illic, ex eo intelligitur, quod post *pugna* statim succedunt *Oceanus, Themis, Titanes, Furiae,* quae quidem numina Terra et Caelo prognata esse consentiunt omnes. — Ceterum *v.* 229.:

Νείκεά τε, ψευδέας τε Λόγους, Ἀμφιλογίας τε,

quemadmodum vulgo editur, vix ab omnibus vetusta memoria criticis scriptus fuisse videtur. Notum enim est, magnam olim inter illos de Homerico v. ψευδής usu concitatam fuisse controversiam: eius summam ex Herodiani commentariis tradidit Schol. Ven. A. et Victor. *ad Il.* δ, 235. (cll. Bast. *ad Greg. Cor. p.* 335.) et qui multum inde emendari potest, Etymologus Gudianus *p.* 573., 23. *sqq.* Etenim Aristarchus adiectivum ψευδής, licet semel legatur in carminibus Homericis, hancce ob causam non alienum tamen duxit ab eius sermone: cuius sententiae merito adstipulatus erat Ptolemaeus Ascalonita. Contra alii ob eandem istam rationem non ferebant apud Homerum vocabuli usum: hoc et palam statuit Hermapias grammaticus *) et tacito indigitaverat prius Apollonius Rhodius, qui nusquam illud adhibuisset. Iam quod de Homeri consuetudine sancitum erat, necessario ad poetam aequalem translatum fuerit: praesertim quum hoc

*) Constat hoc nomen illi tum analogia tum plurium testium auctoritate: alii ponunt Hermappias, et in codice Basileensi scholiorum Homericorum *ad Il.* ν, 137., quo usus est Valckenarius *ad Herod. V.*, 92. *p.* 420., perperam appellatur Hermasias.

sit apud Hesiodum quoque unicum adiectivi exemplum. Itaque grammatici nonnulli versum hoc modo reformasse videntur, ut ponerent:

Νείκεά τε, Ψεύδεά τε, Λόγους τ' Ἀμφιλογίας τε,

cuius quidem tot exstant in codicibus nostris vestigia, ut simile quid in exemplari principe exaratum fuisse coniiciam. At tamen quomodo *Λόγοι* ex Graecorum sensu vitaeque cultu inter Contentionis sobolem numerari possint, nullum prorsus habet explicatum. Itaque istam scribendi rationem nullo pacto tueri licebit, nisi quis recentem Medicei libri lectionem *Ἀντιλογίας τε* ad antiquorum auctoritatem simul referre audeat: id quod temerarium esset vel maxime.

CAPVT X.

PONTI FAMILIA.

Legitimo ordine oratio deducitur ad Ponti familiam: hunc enim post Montes edidit Terra secundum *v.* 131., Montium autem nulla ferebatur proles huic scriptioni congrua. Ex Ponto et Terra igitur nati sunt Nereus, Thaumas, Phorcys, Ceto, Eurybia. Nomina haec partim narratione subsequenti partim aliorum consensu abunde confirmantur. Sic Apollodorus *Bibl.* 1., 2., 2. *p.* 12.: *Πόντου δὲ καὶ Γῆς Φόρκυς, Θαύμας, Νηρεύς, Εὐρυβία, Κητώ.* Orphica *apud Proclum in Tim. V., p.* 298.: *καὶ τοὺς ἅμα τῷ Φόρκυνι προελθόντας, τὸν Νηρέα, τὸν Θαύμαντα, τὴν κινητικωτάτην Εὐρυβίαν καὶ τοὺς μάλιστα τὴν γένεσιν ὅλην συνέχοντας.* Cfr. Lobeck. *Aglaoph. p.* 505. 509. Apud Hyginum *praef. p.* 9.: *Ex Ponto et Terra Thaumas, Tusciversus, Cepheus*, quid pro corruptis nominibus restituendum sit, ostendunt genealogiae proximae. Praebent autem haec manifesto: Nereus, Phorcus, Ceto, Thaumas. Denique Eurybia latet *pag.* 10. in verbis: *Aphirape, Perseis, Pallas*, quae perperam Coei Phoebesque filiabus adiuncta sunt. Ad Hesiodi Apollodorique auctoritatem repono: *Ex Crio et Eurybia Astraeus, Perses, Pallas.* Ipsa Hygini genealogia, qua proxime Astraei et Pallantis infertur memoria, confirmat emendationem in hac libri parte nequaquam iusto audaciorem. — Nereus primum prodiit apud Hesiodum. Vid. Schol. Victor. *ad Il.* σ, 38. *p.* 488. *Bkk.* *Γέροντα* illum appellari fabulose, tradidit Eustathius *ad Il. p.* 116. *med.*: *ἰστέον ὅτι πολιὰν ἅλα ὁ μῦθος λέγει τὴν γραῖαν, καθὰ καὶ τὸν Νηρέα γέροντα.* Hesiodum vero recitari illic ex iis efficitur, quae proxime de Graeis adiuncta sunt. In eandem sententiam cfr. *comm. in Il. pag.* 976., 55. *ad Odyss. p.* 1428., 53. — *V.* 235. illustrat luculenter *v.* 260.:

Νημερτής θ' ἣ πατρὸς ἔχει νόον ἀθανάτοιο.

Praeterea *v.* 233. verba *ἀψευδέα καὶ ἀληθέα*, ad quae respicere videtur Aelianus loco mox commemorando, quo se

tueantur habent etiam in scholio *ad h. l. p.* 493. *et* 494. in exemplaribus misere disiecto. Cfr. Hesych. *T. I.*, *p.* 226.

Nereus fuit *πρεσβύτατος παίδων*, ergo merito subsequitur Nereidum catalogus. Qui quum probatissimis scriptorum testimoniis firmari possit, principem inter illos locum tenet Aelianus *Hist. An. XIV.*, *p.* 28. *p.* 329. *Iac.*: *Τῷ Νηρεῖ τῷ θαλαττίῳ, ὅνπερ οὖν ἀληθῆ καὶ ἀψευδῆ ἀκούομεν δεῦρο ἀεί, πεντήκοντα μὲν τεκεῖν θυγατέρας τὴν Ὠκεανοῦ Δωρίδα Ἡσίοδος ᾄδει, μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ Ὅμηρος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μέτροις.* Cfr. *ed. Iac. T. II.*, *p.* 498. Deinde Schol. Ven. A. *ad Il.* *σ*, 39. *p.* 488.: *ὁ τῶν Νηρεΐδων χορὸς προηθέτηται καὶ παρὰ Ζηνοδότῳ ὡς Ἡσιόδειον ἔχων χαρακτῆρα.* Schol. Vict. *ad Il. σ*, 38. *p.* 488.: *ἐντεῦθεν πλανηθέντες οἱ περὶ Ἡσίοδον Νηρέως ἀνέγραψαν θυγατέρα καὶ Θέτιν, τοῦ ποιητοῦ παρὰ τὸ νεῖν τὴν λέξιν ποιησαμένου.* Eustathius *ad Il.* 39. *p.* 1130., 36.: *ἰστέον ὡς ὀνόματα ταῖς Νηρηΐσιν Ὅμηρος πλάττει, καθά που καὶ Ἡσίοδος, ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων ἢ ἄλλως ἐνθεωρουμένων τῇ τε θαλάσσῃ καὶ τῷ στοιχείῳ τοῦ ὕδατος.* Ergo de Nereidum genere, parentibus, numero nominumque indole omnia firmissima sunt: minus certum et expeditum erit de singulorum verborum nominumque auctoritate iudicium. Neque enim Alexandrini critici in hoc recensu castigando ubicunque consenserunt, neque recentiorum cura circa eundem desidiosa fuisse videtur. Fuit autem aliquis Nereidum cultus etiam recentissima Graecorum memoria. Vide Liban. *T. I.*, *p.* 25. *R.*, Hymn. Orph. 24. *p.* 285. *sq.*

V. 240. dupplex quae fertur librorum scriptura *μεγήριτα τέκνα θεάων* et *μεγήρατα*, pari modo ad grammaticos pertinet qui hoc loco utuntur haud paucos, ita tamen, ut prior auctoritate aliquanto sit potior. Qua de re abunde diximus *l. I.*, *c. I. p.* 14. et *c. X. p.* 110. *sqq.* Sed testimonia tamen non sunt tam diserta, ut utramque scripturam ex veterum criticorum dissensu ortam esse certo comprobent.

Vv. 241. 2. ne quis temere ob quandam dictionis insolentiam attentet, praeter Aeliani testimonium manifesta confirmabo Simmiae imitatione *apud Hephaest. p.* 74.:

μᾶτερ ὦ πότνια, κλῦθι, νυμφᾶν ἁβρᾶν,
Δῶρι, κυμοκτύπων ἦραν' ἁλίων μυχῶν.

Accedit Apollodori Hyginique consensus. V. *Bibl. I.*, 2. *p.* 13. et *Geneal. praef. p.* 9.

Ad examinandam singulorum nominum fidem perpauca nobis concessa sunt subsidia. Nam scholia ad h. l., quamquam genuinis profecto antiquitatis reliquiis distincta sunt, id

quod prae ceteris ex schol. Cant. Ven., Par. ad v. 250. et ex schol. Cant. ad v. 253. efficitur, tamen partim lacunas ostendunt, partim recentis doctrinae interpolationes. Deinde Hyginianus catalogus haud quicquam pertinet ad Hesiodum. Vid. l. III., c. VII., p. 359. sq. Denique Apollodori recensus et decimatus est ab librariis et misere corruptus. Interea non prorsus incassum adhiberi poterit in re critica. Nam pleraque nomina aut apud Hesiodum quoque leguntur, aut ex Hesiodeis corrupta sunt: deinde multa eundem illic tenent ordinem, quo in Theogonia disposita hodie sunt. Sic Apollodorus coniunxit *Κυμοθόη*, *Σπειώ*, ut apud Hesiodum exstant v. 245.; *Σαώ*, *Ἀμφιτρίτη*, ut v. 243.; *Εὐλιμένη*, *Ἀγαυή*, ut v. 246.; *Κυμώ*, *Ἠιόνη*, *Ἁλιμήδη*, ut v. 255.; *Εὐκράτη*, *Πρωτώ*, ut v. 243., ordine tamen inverso. Ab his haud recedunt multum *Πολυνόη*, *Αὐτονόη*, quemadmodum Hesiodus v. 258. coniunxit *Πουλυνόμη τε καὶ Αὐτονόη* —; *Ἀκταίη*, *Ποντομέδουσα*, ut v. 249. *Ἀκταίη καὶ Πρωτομέδεια* —; *Ναυσιθόη*, *Ἁλίη*, ut v. 245. *Θόη θ' Ἁλίη τε*. Praeterea utriusque communia sunt *Ἐρατώ*, *Θέτις*, *Εὐδώρη*, *Δωτώ*, *Φέρουσα*, *Γαλάτεια*, *Ἱπποθόη*, *Λυσιάνασσα*, *Πανόπη*, *Ἱππονόη*, *Εὐαγόρη*, *Ψαμάθη*, *Δυναμένη*: adde *Εὐνίκη* et ex probabili coniectura *Μελίτη*, *Νησαίη*, *Γλαυκονόμη*, *Νημερτής*, *Εὐπόμπη*. Reliqua nomina aut desperata sunt nullaque ratione probabili redintegrari possunt, ut *Κητώ*, *Ἰόνη*, *Δηρώ*, aut ex loco Homerico manarunt, ut *Λιμνώρεια*, aut ex Hesiodeo Oceani filiarum recensu deprompta sunt, ut *Πληξαύρη*, *Καλυψώ*, *Διώνη*, aut ex solo Apollodoro innotuerunt, ut *Κραντώ* et *Δηιάνειρα*. Itaque quamquam multis partibus scriptor magnum adiungit libris Hesiodeis auctoritatis momentum, tamen quum nec plena sit nominum notatio et ex secundario ut videtur auctore derivata, ad rerum dubiarum discrimina nihil prope afferre potest adiumenti.

Ex codicum fide Nereidum recensus ita comparatus est, ut iustam dubitandi materiam perpaucis praebeat locis. Primum offendit maximopere, quod *Πρωτώ* nomen bis positum est: cui rei ex simili nominum cognatorum in eodem catalogo usu infirma tantum paratur defensio, ut *Νησώ* et *Νησαίη*, *Δωτώ* et *Δωρίς*. Emendationem igitur multi quaesiverunt de coniectura, sic apud Io. Diaconum p. 560., 33. priore loco pro *Πρωτώ* et scriptum et explicatum est *Πρωθώ*, videlicet ab *πρωθεῖν* ducendum. Idem fortasse illatum olim fuit Homero *Il.* σ, 43.: praebet certe qui ex illo totus pendet Hyginus *praef.* p. 9. Recentium criticorum conatus *Πλωτώ* aut *Κραντώ* posuimus supra. Verum lubrica haec critices factitandae ratio, quae optione potius quam iudicio regitur,

nostris temporibus paucos nacta est defensores, inter quos unus eminet Thierschius *Comment. Ac. Mon. l. c. p.* 23. — Deinde quod *v.* 245. praebent codices:

Κυμοθόη Σπειώ τε θοή, Θαλίη τ' ἐρόεσσα,

duobus praesertim premitur incommodis, altero quod libri Homerici *Il.* σ, 40. absimilem versum referunt hunc:

Νησαίη Σπειώ τε Θόη θ' Ἁλίη τε βοῶπις,

altero quod adiectivum θοή et ab reliquorum quae Nereidibus adiuncta sunt epithetorum natura prorsus dissidet, et nomini Σπειώ si copulatur, sententiam reddit ineptam et ridiculam.

Iam ex testimoniis veterum primum constat illud, quod Theogoniae exemplaria ab criticis antiquissimis accepta et propagata *v.* 245. praebuisse videntur:

Σπειώ τε Θόη θ' Ἁλίη τ' ἐρόεσσα,

deinde quod aut iam tum bis numerabatur Proto aut totidem certe nomina *vv.* 243. et 248. legebantur. Videlicet veterum criticorum studia hoc loco maximam partem in eo erant occupata, ut, quoniam libri scripti unius et quinquaginta ferebant Nereidum catalogum, quod iustum superabat numerum, artificiose demerent. Alii eam in rem Κυματολήγην ex Nereidibus eliminandam esse iudicarunt; alii *v.* 261. 2. posuerunt:

Προνόη τε
Νημερτὴς ἣ πατρὸς ἔχει νόον ἀθανάτοιο,

Aristarchus denique *v.* 245. de coniectura introduxit:

Κυμοθόη, Σπειώ τε θοή, Θαλίη τ' ἐρόεσσα.

Haec ut deinceps comprobentur, primum consideremus schol. Cantabrig. *ad v.* 253.: σὺν Κυματολήγῃ· τῇ τῶν κυμάτων λήξει, τουτέστι καταπαύσει. ἐὰν γὰρ ὄνομα ἀκούσωμεν, ὥς φησιν Ἀρίσταρχος, ἔσονται μία καὶ πεντήκοντα Νηρηΐδες κατηλεγμέναι. Haec Valckenarius in eam sententiam interpretatus est, ut Aristarcho ineptam illam Κυματολήγη nominis explicationem attribueret: quo constituto, consequens erat, ut ex eiusdem auctoritate repeteret scripturam Θόη θ' Ἁλίη τ' ἐρόεσσα. V. *ann. ad Ammon. p.* 166. Valckenario adstipulatus adeo est Wolfius *annot. ad Hes. p.* 90. At quivis hodie intelligit, Valckenarium fugitivo oculo percursitasse verba grammatici: praeteriit enim eum, quod Aristarchi non verba illic afferuntur, sed decretum, addita leni quadam castigatione. Deinde cum explicatione Valckenariana cadit simul illud, quod inde deductum est.

Idem scholiasta pergit in hunc modum: *οἱ δὲ ἐπὶ τοῦ:*

Πατρονόη
Νημερτής τε ἣ πατρὸς ἔχει νόον —

τὸ τὲ περισσὸν φασὶ κεῖσθαι, ἵνα κατὰ τοῦ *Πατρονόη* ἀκούηται ἐπιθετικῶς. ἡ γὰρ προνοουμένη πάντων ἀληθής ἐστι· καὶ ὁ πατὴρ αὐτῆς Νηρεὺς ἀληθὴς παρωνόμασται. Sic verba iam a **Basileensibus** sunt exscripta *pag.* 242. *sq.*, vix autem hodie cuiquam imponet manifestus typothetae error, qui *Προνόη* propter verba proxima ad vulgarem compendiosae scripturae usum explicandum esse putarit nec attendit ad vv. ἡ γὰρ προνοουμένη κ. τ. λ., quae socordiae eum arguunt certissime. Eiusdem tamen reus est **Valckenarius**, quippe qui ex scholiastae disputatione *v.* 261. *Πατρονόη τε* rescribendum esse praecepit. In qua coniectura refutanda *omnem laborem supervacuum fore censeo.*

Denique **Aristarchum** et in **Iliade** et apud **Hesiodum** posuisse Σπειώ τε Θοή Θαλίη τε, luculenter commonstrari potest ex schol. Venet. A. *ad Il.* σ, 39. *p.* 414. *ed. Villois.*, quod immaturo iudicio **Bekkerus** rettulit *ad v.* 40. *p.* 488. *b.* 17.: Γλαυκή τε Θάλειά τε: Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ θ Ἅλεια παροξυτόνως (Bekk. verius: Ἅλεια παρὰ τὴν ἅλα). Etenim si **Aristarchus** ad quinquagenarium Nereidum numerum restituendum apud **Hesiodum** reposuit Σπειώ τε Θοή Θαλίη τε, consectarium fuit, ut idem genus in versum **Homericum** inferret. Hoc ne fieret secure, nihil obstabat nisi quod praecedenti versu legebatur *Θάλεια* nomen. Itaque ne tota corrueret machina, leni coniectura illud exturbandum esse decrevit. Ac multis sane imposuit summus criticorum: **Aristarchea** enim scriptura et in **codicibus** reperitur omnibus et ab **Io. Diacono** ac **Scholiasta** explicata est. Deinde sequutus eam est **Apion** *Glossar. Homer. fragm. p.* 607., 2.: Θαλίη ἡ Νηρηΐδος ὄνομα ἢ εὐφροσύνη καὶ τρυφή. Praeterea similem veteris grammatici disputationem excerpsit **Proclus** *ann. ad Hesiod. Opp. v.* 115., ubi de differentia vocabulorum Θάλεια et Θαλία agitur: αὕτη δὲ ἡ εὐωχία καὶ ἡ Χάρις καὶ ἡ Νηρηῒς διὰ τοῦ ι γράφεται. In eandem sententiam aliorum exstant fragmenta. V. Gyrald. *hist. Deor. XIII.*, *p.* 420. *E.*, *de Mus. p.* 563. *E.* — **Verum** non omnibus sententiam probare poterat **Aristarchus**, nec immerito: nam ab vocabulo ἅλς vere deducitur non ἅλειος, sed ἅλιος. V. Et. M. *p.* 64., 27. *sq.*, Gudian. *p.* 35., 13. *sq. p.* 241., 35., Ps. Herodian. *Epimer. p.* 172. **Alterius** formae auctoritas uno tantum eoque admodum incerto exemplo nititur apud Hesych. *T. I.*, *p.* 222. *cll. Schow. p.* 51.: ἁλείαν, θαλαττίαν. Non est enim praetermittendum, quod paullo post loco legitimo legitur ἁλίαν, θαλαττίαν, *pag.* 230. Haec igitur ratio tum apud **Homericos** criticos plerosque tum

apud Hesiodeos nonnullos tantum valuit, ut ab summa Aristarchi auctoritate discedendum esse intelligerent. Sic Schol. Ven. A. *ad Il.* σ, 40. *p.* 488.: *Θόη θ' Ἁλίη τε: ἀπὸ τοῦ ᾱ τὴν ἀρχὴν τοῦ ὀνόματος δεῖ ποιεῖσθαι Ἁλίη. οἰκεῖον γὰρ Νηρεΐδι παρὰ τὴν ἅλα παρῆχθαι.* Deinde *Ἁλίη* nomen et Apollodorus *l. c.* exprompsit et Suidas spectasse videtur *T. I.*, *p.* 112.: *Ἁλίη ἡ θαλασσία.* Insuper satis dignum in hac causa est animadversione, quod Virgilius, ubi Homerici catalogi refert imaginem *Aen. V.*, 826. *sqq.* et *Georg. IV.*, 335. *sqq.*, e *v.* 39. expressit nomina *Θάλειά τε Κυμοδόκη τε*, sed secundam *v.* 40. partem plane reliquit intactam. Non descivisset enim ab Aristarchi sententia, cuius summa erat inter Romanos aestimatio, nisi praeissent viam aliquot gravissimae auctoritatis magistri. Denique qui *ad v.* 253. *Theog.* in Cantabrigiensi codice commentatus est, non incidisset in istiusmodi ineptias, quibus referta est annotatio, nisi *v.* 245. in exemplaribus *Θόη θ' Ἁλίη τε* repperisset exaratum. Ergo scriptura antiquitus grammaticis tradita post Aristarchum denuo in aliquot libros Hesiodeos postliminio restituta est: verum horum nihil ad nos perlatum est, nisi quod in scholiis Cantabrigiensibus *pag.* 242. *θοὴ* explicatur *ἡ ταχυτάτη.*

Tota haec disceptatio, quae exilis nulliusque usus multis visa fuerit, quem finem habeat iamiam paucis explicabimus. Etenim sicubi rata sunt quae de antiqua huius loci fide disputavimus, protinus intelligitur quomodo ipsa iam Graecorum memoria catalogus fuerit depravatus. Insidet prae reliquis iusta suspicio in versu 248., qui hodie ab omni parte convenit Homerico *Il.* σ, 43. Quid igitur, si in Theogonia ferebatur primitus eiusmodi versus:

Δωτώ θ' ἱμερόεσσα Φέρουσά τε Δυναμένη τε,

importuna Homerici recordatione mox vitiatus. Simili modo aliquot versus Homerici et Hesiodei principio et fine aequales sunt, media vero parte multum discrepant; sic *Il.* σ, 42.:

καὶ Μελίτη καὶ Ἴαιρα καὶ Ἀμφιθόη καὶ Ἀγαυή,

contra Hesiodus *Theog.* 246.:

καὶ Μελίτη χαρίεσσα καὶ Εὐλιμένη καὶ Ἀγαυή.

Deinde *Il.* σ, 45.:

Δωρὶς καὶ Πανόπη καὶ ἀγακλειτὴ Γαλάτεια,

et Hesiodus *Theog. v.* 250.:

Δωρὶς καὶ Πανόπη καὶ εὐειδὴς Γαλάτεια.

Superest ut minutas quasdam codicum in nominibus nonnullis differentias ad veterum fidem examinemus et illustremus. Primum *v.* 243. maior exemplarium scriptorum pars *Εὐκράτη* nomen exhibet, quod et Io. Diaconus *pag.* 560.,

33. et *p*. 561., 4. cum scholiasta Veneto *p*. 495., 12. agnoscit, et apud Apollodorum exstat *Πρωτώ* nomini adiunctum *pag*. 14. Reliqua exemplaria efferunt *Εὐκράντη*, quod et ab scholiasta utroque explicatur *pag*. 495., 11.: *διὰ τὸ εὐκατόρθωτον*, et in Io. Diaconi libro *pag*. 561., 21.: *καὶ εὖ κατορθοῦσθαι*, qui tamen locus cadit in interpolationis suspicionem. Etymologiae ratio adest legitima ab verbo *κραίνω*: sic ab *εὐφραίνω* ducitur *Εὐφράντη*, mulieris nomen apud M. Argentarium *Anthol. Pal. V*., 110. *p*. 113. Sed quum utrumque nomen idoneam et originis et explicationis habeat rationem, testimonia grammaticorum non sufficiunt ad alterutrum sive commendandum sive abrogandum. — Vulgatum *vv*. 246. 247. ordinem ex Aldino exemplari ductum vidit etiam Io. Diaconus *pag*. 561., 8. *sqq*.: *καὶ θάλλειν ἐξ ἀέρος, καὶ μελετᾶν, τουτέστι φροντίζειν, χαριέντως, καὶ εἰς λιμένας κατάγεσθαι, καὶ παραθέειν τὴν γῆν, καὶ εὐνάζεσθαι ἐν αἰγιαλοῖς καὶ δώματα ἔχειν*. Sed ut reliqua exemplaria versuum permutant sedem, sic scholiastam et Cantabrigiensem et Venetum ab Aldi fide recedere, exemplaria docent primaria ab Heinsio et Gaisfordo ad vulgatam scripturam temere reformata. Nam in Trincavelli libro haec deinceps leguntur nomina: *Θαλία — Πασιθέη — Μελίτη — Εὐλιμένη*, in Basileensi *pag*. 242. haec: *Θαλίη — Πασιθέη — Μελίτη — Εὐλιμένη — Ἀγαυή*. Horum auctoritatem si sequaris, maior erit Homerici catalogi convenientia. V. *Il*. *σ*, 42. 43.:

καὶ Μελίτη καὶ Ἴαιρα καὶ Ἀμφιθόη καὶ Ἀγαυή,
Δωτώ τε Πρωτώ τε Φέρουσά τε Δυναμένη τε.

Sed cogi inde haud quicquam potest. — Nomina *Εὐνείκη* et *Αὐτονόη* supra confirmavimus Etymologi Eustathiique testimonio. Vide *l. I*., *c. VII*., *p*. 91. et *l. II*., *c. XIV*., *p*. 264. — Denique *v*. 257. schol. Cantabrigiensis *p*. 243. *Λαομέδεια* nomen ita explicat, ut *Ἀλλομέδεια* aut legisse aut legere sibi visum fuisse appareat: *ἡ τῶν ἀλλοτρίων ἐν πλῷ μνήμη πραγμάτων*. Discrepantiae causa mere est palaeographica. Simili modo in eodem libro *Μελανίππη* scriptum est pro *Μενίππη*, ubi tamen quod voluit auctor, indicatur enarratione: *ἡ παραμονὴ τῆς ὀξύτητος τοῦ πλοῦ*.

Secundo loco inter Ponti filios *v*. 237. commemorabatur Thaumas: iam absoluto Nereidum catalogo, ad illius pergit familiam. Primum ex Thaumante et Electra Oceani filia prognatam esse dicit *Ἶριν*, quod confirmatur tum *v*. 780., tum Platonis testimonio *Theaet*. *p*. 155. *D*. *HSt*. (cll. Procl. *in Alcib. I. T. II*., *p*. 113. *ed. Cous*.): *καὶ ἔοικεν ὁ τὴν Ἶριν Θαύμαντος ἔκγονον φήσας οὐ κακῶς γενεαλογεῖν*,

tum Apollodori *Bibl. I.*, 2. *p.* 12. et Hygini *praef. p.* 11. consensu. — Deinde ex iisdem parentibus repetit poeta Harpyias, qua de re iterum conveniunt Hyginus et Apollodorus *l. c.* Accedit disertum Servii testimonium *ad Aen. III.*, 212. *T. II.*, *p.* 372.: *Harpyias Hesiodus dicit Thaumantis et Electrae filias.* Sed infirmior est nominum auctoritas. Profecto ea quae in codicibus exstant Ἀελλώ et Ὠκυπέτη, et ab scholiasta agnoscuntur Cantabrigiensi *p.* 244., nisi quod prius nomen corruptela abiit in Ἑαλώ, et ab Etymologo M. *p.* 148., 29.: Ἅρπυιαι: Ἡσίοδος, — ἣ δ' ὠκεῖαν τέκεν Ἶριν, ἠϋκόμους θ' Ἁρπυίας Ἀελλώ τ' Ὠκυπέτην τε. Convenit etiam Apollodori *Bibl. I.*, 2., 6. *p.* 12. aliorumque narratio. Denique probabilis adest nominum ratio: de illo diximus in transcursu *l. I. c. XIII. p.* 148., alterum illustrant Hesiodus *Opp.* 214. ὠκυπέτης ἴρηξ, Homerus *Il.* θ, 41. 42.: ἵππω ὠκυπέτα, Apollonius Rhod. *Arg. I.*, 1049.: κίρκους ὠκυπέτας, quem respicit fortasse Suidas *T. II.*, *p.* 754.: ὠκυπέτας, τοὺς ταχεῖς. His tamen omnibus adversatur alterum eiusdem Apollodori testimonium *Bibl. I.*, 9., 21. *p.* 89. *sq.*: διωκομένων δὲ τῶν Ἁρπυιῶν ἡ μὲν κατὰ Πελοπόννησον εἰς τὸν Τίγρην ποταμὸν ἐμπίπτει —, ταύτην δὲ οἱ μὲν Νικοθόην οἱ δὲ Ἀελλόπουν καλοῦσιν. ἡ δὲ ἑτέρα καλουμένη Ὠκυπέτη, ὡς δὲ ἔνιοι Ὠκυθόη, Ἡσίοδος δὲ λέγει αὐτὴν Ὠκυπόδην, αὕτη κατὰ τὴν Προποντίδα φεύγουσα μέχρις Ἐχινάδων ἦλθε νήσων. Huius autem testimonii duplex est potestas, altera in plano posita, Harpyiam illam vocatam ab Hesiodo fuisse Ὠκυπόδην, altera paullo obscurior, alterius nomen apud eundem auctorem aut Νικοθόη fuisse aut Ἀελλόπους. Sed non eo tamen valet illud, ut Theogoniam hac in re recens interpolatam esse evincat. Nam quum in aliis carminibus Hesiodeis Argonautarum fabula fusius esset explicata, facile accidere poterat, ut diversa illic posita fuerint Harpyiarum nomina. Heynio saltem verba Ἡσίοδος δὲ λέγει αὐτὴν Ὠκυπόδην ab aliena manu inserta esse suspicanti merito intemperantiae ac temeritatis crimen intendere licebit.

Vv. 268. 269. ad exornandam Harpyiarum celeritatem dictos respicit fortasse grammaticus annotatione ad Apollonii Rhodii verba haec: ἐπεὶ Ζεφύροιο παραΐσσεσκον ἀέλλας, *Argon. II.*, 276.: ἤτοι ταχίονες τῶν πνοῶν τοῦ Λιβός, ἢ εἰς τὰς πνοὰς ἔτρεχον, ὡς Ἡσιοδός φησιν.

Iusto materiae ordine ducimur ad Phorci familiam, quem ex Ceto sorore primum Graeas, deinde Gorgones suscepisse fingit poeta. Versum 270. qualem codices exhibent omnes:

Φόρκυϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίας τέκε καλλιπαρήους, eandem afferunt Draco qui fertur *de Metris* p. 94. et C. Lascaris *Gramm. Gr. l. III.*, *B. VIII. f. r. ed. Ald.* Uterque vero Herodiani transcripserunt disputationem. Graeas autem vocari *καλλιπαρήους* non iccirco offendit, quod sequuntur verba *ἐκ γενετῆς πολιάς*, haec enim minime pugnant, sed propter ipsum Graearum nomen, quod vetulas significat ex omni parte. Sensit hoc Seleucus, uti docet scholium Cant. et Ven. *ad h. l.*: *ἄμεινον δὲ γράφειν καλλιπάρους, ἵν' ᾖ ἐπὶ τῆς Κητοῦς τὸ ἐπίθετον, ὡς Σέλευκος, ἄλλως τε καὶ ἐν τοῖς ἐπάνω τὴν Κητὼ καλλιπάρῃον εἶπεν.* Emendatio tam prompta est ac facilis, ut unicuique sese oggerat obiter locum intuenti. Quo magis mirum est tum quod codices hodieque alterum tenent genus, tum quod Seleucus ne veterum quidem grammaticorum omnium tulit assensum. Horum igitur plerique *καλλιπαρήους* licet incommoda sententia conservasse videntur, sive ampliore exemplarium vetustorum fide constructum, sive fabulis commendatum geminis et ipsis ab hoc poeta traditis. De utroque quamquam nulla nunc constat nobis iudicandi facultas: primum illud tamen praetermitti non potest, quod secundum antiquissimum inter Graecos scribendi morem utrique scripturae ne minima quidem intercedebat discrepantia: quocirca quod a poeta erat h. l. profectum, voce tantum perferri potuerat. Deinde veterum criticorum iudicium ex epicorum vocabula disponendi consuetudine ab omni parte confirmatur. Nam ut *Γραίας τέκε καλλιπαρήους*, sic ab eodem poeta dictum est v. 907.:

Τρεῖς δέ οἱ Εὐρυνόμη Χάριτας τέκε καλλιπαρήους,

v. 378.:

Ἀστραίῳ δ' Ἠὼς ἀνέμους τέκε καρτεροθύμους,

v. 337.:

Τηθὺς δ' Ὠκεανῷ ποταμοὺς τέκε δινήεντας,

v. 313.:

τὸ τρίτον Ὕδρην αὖτις ἐγείνατο λύγρ' εἰδυῖαν,

v. 217.:

καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας ἐγείνατο νηλεοποίνους.

Alterius vero generis nulla omnino supersunt exempla. Quocirca Graeae appellatae sunt ab ea parte, qua primum se prodit senectus; reliquo vero corpore cogitabantur iuvenes ac venustae: id quod accommodate est ad eam rem effictum, unde haec numina derivata esse convenit.

V. 271. accurate respicit Eustathius *ad Il.* p. 116. *med.*: *ὁ δὲ μῦθος καὶ Γραίας τινὰς πλάττει θαλασσίας δαίμονας πολιὰς ἐκ γενετῆς.* Cfr. eundem *ad Il.* p. 976. *fin.* p. 984., 26. *ad Od.* p. 1428., 52.

V. 273. duo posita sunt Graecarum nomina *Πεφρηδώ* et *Ἐνυώ*. Reliqui scriptores omnes quum tertium addant nomen, quae quidem res apta est ad universam Gorgonum fabulam ab Hesiodo primum carmine exornatam, lacunam hoc loco si quis irrepsisse coniiciat, non multum contra disputare licet. Alterum nomen tum aliorum usu confirmatur tum docta utriusque scholiastae annotatione, quae ex eo est genere, quod ab Alexandrinis iure repeti potest grammaticis, *ad v.* 273.: *καὶ ὁ μὲν Ἡσίοδος Ἐνυὼ μίαν τῶν Φορκίδων λέγει, Ὅμηρος δὲ πολεμικόν τινα θεόν.* Deinde *Πεφρηδώ* varias in variorum scriptorum exemplaribus subiit mutationes, velut *Πεφριδώ* et *Πεμφρηδώ*, de quibus diximus *l. II.*, *c. VI. p.* 218. et *c. VII. p.* 221. Sed scholion vetustissimum ex utroque libro prolatum vulgatam nominis formam haud mediocriter illustrat et sustentat: *ἐπεὶ οὖν ἐν τῷ πλεῖν ἔνι καὶ σωθῆναι καὶ ναυαγῆσαι, τὴν μὲν Πεφρηδὼ εἶπεν εὔπεπλον, τὴν δὲ Ἐνυὼ κροκόπεπλον ὡς ἐπὶ κακῷ.* Nam v. *σωθῆναι* refertur ad *Πεφρηδώ*, et ad *Ἐνυώ ναυαγῆσαι.*

Graeis iungit poeta Gorgones sicut Apollodorus *l. I.*, 2. *p.* 13. Harum fabulam ab Hesiodo primum compositam fuisse atque exornatam, uno ore contendunt interpretes Homerici veteres. Sic Schol. B. L. *ad Il. ε*, 741. *p.* 171.: *Ἡσίοδος διέπλασε τὸν τῶν Γοργόνων μῦθον.* Schol. B. *ad Il. λ*, 36. *p.* 302.: *τὸν περὶ Γοργοῦς μῦθον Ἡσίοδος ἔπλασεν.* Schol. B. Q. *ad Od. λ*, 634. *p.* 395.: *ἐκ τούτου τὸ πλάσμα τὸ περὶ τὴν Γοργόνην (?) γέγονεν Ἡσιόδῳ καὶ συγγένειαν αὐτῆς γενεαλογεῖν ἐπεχείρησε καὶ ὀνόματα περιέθηκε καὶ ὅτι ἐκαρατομήθη*, ubi elucet nostri exempli usus. Hesychius *T. I.*, *p.* 853.: *Γοργείην κεφαλήν· οὐ τὴν Γοργόνα ἐκληπτέον, ἀλλὰ γοργότητά τινα καὶ φόβητρον. Ἡσίοδος δὲ πλανηθεὶς ἀνέπλασεν ἐκ τούτων τὰ περὶ τὸν Περσέα ὅτι ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν Γοργόνος.* Cfr. *l. I.*, *c. III.*, *p.* 56.

Iam persequamur singula. *V.* 274. legitur forma *Γοργούς*, quam contra Heynii audaciam prudenter vindicavit Schaeferus *ad Schol. Apoll. Rhod. II.*, 1010. *p.* 202. Cfr. Buttm. *Gr. Gr. T. I.*, *p.* 214. Iam auxilio erit criticorum praeceptum in schol. B. L. *ad Il. θ*, 349. *p.* 232.: *οὔτε ὁ ποιητὴς οὔτε Ἡσίοδος Γοργών φασιν ἀλλὰ Γοργώ.* Cfr. Eustath. *ad Il. p.* 601. 716. 828., Etym. M. *p.* 238., 38., Hesych. *T. I.*, *p.* 852. Verum absimile hodie est Scut. *v.* 230.: *Γοργόνες ἄπλητοι.* — Verba proxima *αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο*, usurpavit Agatharchides *de mar. rubr. p.* 444. *a.* 10. *sqq. ed. Bkk.*: *ὅτι τὴν ἅπασαν οἰ-*

κουμένην Ὠκεανὸς περικυκλοῖ φρουρῶν καὶ συνέχων τοῖς ἑαυτοῦ ῥεύμασιν· οὐ φησὶ πέραν οἰκεῖν τὰς Γοργόνας Ἡσίοδος. Cfr. Heyne *ad Apollod. T. II.*, *p.* 124. incaute de hoc exemplo disputantem. — *V.* 275. docte defenditur libri Cantabrigiensis scholio *p.* 498. *sq.* — *V.* 276. tria complectitur Gorgonum nomina. V. Etym. M. *p.* 238., 33.: Γοργών — καὶ πληθυντικῶς Γοργόνες. τρεῖς γὰρ ἱστοροῦνται καὶ καθ' Ἡσίοδον. Cfr. Phavorin. *Dict. p.* 432., 14., qui καὶ particulam commode praetermisit. Deinde Herodianus περὶ μονήρους λέξ. *p.* 13. *in.*: Μέδουσα μία τῶν Γοργόνων,

Σθεινώ τ' Εὐρυάλη τε Μέδουσά τε λυγρὰ παθοῦσα,

ubi primum nomen solenni corruptela laesum est. V. *l. II.*, *c. III.*, *p.* 162. *sq.* — Omnis quae sequitur de Medusa, Chrysaore et Pegaso fabula ab scholiasta Cantabrigiensi tam prudenter ingenioseque exposita est, ut vetustissimas illic grammaticorum reliquias merito agnoscere videamur. Eandem vero plenius olim fuisse perscriptam, ex Tzetza *ad Lycophr. v.* 17. et Eudocia *p.* 336. facile colligitur. Praeterea iisdem fabulis assunt varia scriptorum testimonia: Schol. *ad Nicand. Alex. v.* 101.: αὐχένα γονόεντα Μεδούσης: ἐπειδὴ ὁ αὐχὴν τῆς Μεδούσης Γοργόνος ἀποτμηθεὶς ἐγέννησε τὸν Χρυσάορα καὶ τὸν Πήγασον ἵππον ὡς Ἡσίοδος. — Schol. Pindar. *ad Olymp. XIII.*, 89.: ὅτε δὲ τῆς Γοργόνος ἀποτμηθείσης τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τοῦ Περσέως ἀνεδόθη ὁ Πήγασος ἵππος, καὶ Ἡσίοδος μαρτυρεῖ. Iam adduntur in codicibus *vv.* 280. 281. pari modo atque in Hesiodeis exemplaribus exarati. Nam quod librarii nonnulli sedem verborum Περσεὺς κεφαλὴν permutarunt, et casu videtur accidisse nec sermoni convenit epico. Ceterum testimonium tam recens et ambiguum nequaquam idoneum haberi potest, quod vitiosae scripturae ἐξέθορε Χρυσάωρ ullam vetustatis speciem parare videatur. — Denique commemorandus est Eustathius, licet negligenter usus fuerit libro, *ad Il. p.* 577., 36. 37.: ἡ δὲ ἀλληγορία εἰς ταὐτὸν ἄγει τοῦτον (Ἀπόλλωνα χρυσάορον) τῷ ἐν τῇ καθ' Ἡσίοδον Θεογονίᾳ μυθευομένῳ Χρυσαόρῳ. Et *ib. p.* 1014., 62. *sqq.*: Ἡσίοδος μέντοι δαιμόνιον οἶδέ τι ἕτερον τὸν Χρυσά(ο)ρον, ὃν ἡ ἀλληγορία καθὰ καὶ τὸν Ἀπόλλωνα εἰς ἥλιον ἀλληγορεῖ, ᾧ ἀνάκειται τὸ τοῦ χρυσοῦ μέταλλον.

V. 286. de Pegaso κεραυνοφόρῳ respicit fortasse schol. Arat. *ad v.* 205. *p.* 56. *Buhle*: ἱερὸς δὲ ὁ Ἵππος, ἤτοι ὅτι κατηστέρισται, ἢ ὅτι ὁ Ποσειδῶν αὐτὸν ἐγέννησεν, ἢ ὅτι βροντὴν καὶ ἀστραπὴν τρέφει (φέρει

verius Bekkerus), καθὸ ἐμφερής ἐστι τῷ Διΐ. Adde inprimis Vossium *Epp. Myth. I.*, p. 275.

Vv. 287—294. ex Chrysaore et Callirhoe natum dicit Geryonem, ab Hercule postea necatum. Convenit Apollodorus *II.*, 4., 2. *p.* 141. *II.*, 5., 10. *p.* 185., quem compilavit Schol. Platon. *p.* 427. *Bkk.*, et Hyginus *praef. p.* 12.: nam *Callithoe*, quod nonnulla exemplaria exhibent, non apparet in editione principe. *V.* 287. ut in plerisque codicibus scriptus est, ita fere ex veterum criticorum studio prodiisse videtur. De duplici nominis forma Χρυσάωρ et Χρυσάορ diximus *l. II.*, *c. VI.*, *p.* 213. *sq.* Hoc loco inprimis de vv. τρικέφαλον Γηρυονῆα agitur, quae quum hodie ab criticis derelicta sint atque damnata, nos ab omni parte suscipimus sustentanda. Primum hoc scripturae genus ex Alexandrinorum criticorum decreto propagatum esse affirmo. Sufficit in hanc rem vetustissimum ad Aristophanis Equites scholion *v.* 414.: ἑαυτὸν ὁ Κλέων λέγει κυνοκέφαλον, δεινὸν καὶ ἀναίσχυντον, ὁποῖος ἦν ὁ παρ' Ἡσιόδῳ Γηρυονεύς·

Χρυσάωρ δ' ἔτεκε τρικέφαλον Γηρυονῆα.

Illud ad verbum prope transcripsit Suidas *s. v.* κυνοκέφαλος *T. II.*, *p.* 397. Secundarium deinde sed nequaquam tamen negligendum est C. Lascaris testimonium *Gr. l. III.*, *B. III. f. v. ed. Ald.*: ὁ Γηρυόνης, τοῦ Γηρυόνου, καὶ Γηρυὼν Γηρυόνος, καὶ Γηρυονεὺς Γηρυονέος κοινῶς, πολλάκις δὲ καὶ παρὰ ποιηταῖς καὶ παρ' Ἡσιόδῳ ἐν Θεογονίᾳ·

Χρυσάορ δ' ἔτεκε τρικέφαλον Γηρυονῆα.

Expressit enim Lascaris ut videtur vetustissimorum auctorum praecepta, quos de triplici nominis specie olim disceptavisse constat. Vide Varron. *de l. l. VIII.*, *p.* 150. *Bip.* ubi pro *Geryonas* ponendum est *Geryoneus*, et schol. Bas. *ad Theogon. v.* 982. Denique summam nostrae sententiae auctoritatem ex certo Luciani usu parari posse puto, *Hermotim. c.* 74. *p.* 99. *T. IV.*: λέγοντος γάρ τινος τῶν μεγαλοτόλμων τούτων ποιητῶν ὡς γένοιτό ποτε τρικέφαλος καὶ ἑξάχειρ ἄνθρωπος, ἂν τὸ πρῶτον ταῦτα ἀπραγμόνως ἀποδέξῃ, μὴ ἐξετάσας εἰ δυνατὸν ἀλλὰ πιστεύσας, εὐθὺς ἀκολούθως ἂν ἐπάγοι καὶ τὰ λοιπά. Perstrinxit enim his Lucianus tum Hesiodeam de Geryone fabulam, tum quae ab Stesichoro in eundem finem erant conficta. V. Schol. *ad Theog.* 287., Eudoc. *p.* 97. 214. — Deinde alterum similis licentiae exemplum, quod in omnibus prope exstat libris, *Theog. v.* 312.: Κέρβερον πεντηκοντακέφαλον, confirmatur tum Scholiastae testimonio Cantabrigiensis: ὁ μὲν Πίνδαρος ἑκατοντακέφαλόν φησιν εἶναι τὸν Τυφωέα (leg.

Κέρβερον), *οὗτος δὲ πεντηκοντακέφαλον*, tum genuino Sophoclis enarratore *ad Trachin.* 1100. *p.* 193. *Elmsl.*: *Ἡσίοδος πεντηκοντοκέφαλον αὐτόν φησιν εἶναι*, cuius fidem inquinaverat olim Triclinius. V. *l. II.*, *c. XIV. p.* 271. — His iam tertium accedat eiusdem rei documentum et ipsum Hesiodeum, idque probatissimis auctoribus conservatum. V. Strabo *I.*, *p.* 73. *B.*: *Ἡσιόδου δ' οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν Ἡμίκυνας λέγοντος καὶ Μακροκεφάλους καὶ Πυγμαίους.* Haec ex Apollodori fide esse tradita perspicitur ex eodem *VII.*, *p.* 458. *B.*, ubi errore tamen *Μακροκεφάλους* appellat *Μεγαλοκεφάλους*, quod quidem vocabulum metro heroico non aptum est. Priori loco verius rem esse relatam demonstrant Harpocratio *Lex. s. v. μακροκέφαλοι*: *ἔθνος ἐστὶν οὕτω καλούμενον, οὗ καὶ Ἡσίοδος ἐν τρίτῳ καταλόγῳ μέμνηται.* Stephanus Byz. *s. v. μακροκέφαλοι*: *πρὸς τοῖς Κόλχοις· ὡς γὰρ Ἡμίκυνες καὶ Μακροκέφαλοι καὶ Πυγμαῖοι*, quo quidem loco Hesiodum indigitari ex eiusdem auctoritate *s. v. ἡμίκυνες* perspicitur. Non defuerunt profecto qui *Μακροκεφάλους* a poeta aut *Μακροκαρήνους* aut *Μάκρωνας* appellatos fuisse contenderent. V. Meinek. *Menand. p.* 11., Olear. *ad Philostr. de vit. Apoll. Tyan. III.*, 47. *p.* 134., Coraes *ad Strab. T. IV.*, *p.* 234. Sed insignis haec diversissimorum scriptorum in altera forma convenientia tantum apud me valet, ut coniecturam licet percommodam censeam et expeditam, admittere tamen non ausim. — Denique Hesiodeis exemplis accedat alienum, quod ad illorum auctoritatem sine dubio conformatum est, *Orph. Argon. v.* 974.:

Τρισσοκέφαλος, ἰδεῖν ὀλοὸν τέρας, οὔτι δαϊκτόν
Ταρταρόπαις Ἑκάτη,

codicum illud suffragiis undique sustentatum, criticorum vero nostrorum studio reprobatum.

His positis, eo iam progredi licebit, ut insolitam illam vocabulorum mensuram, quae idoneo iam auctoritatum firmamento nititur, ex genuina veterum pronuntiandi ratione repeti posse pertendam: quo declarato, summa antiquitate eam non esse indignam convenit. Res perficitur, opinor, commemoratione nominum cognatorum *Κεφαλλὴν* et *Κεφαλληνίς*. Nam ab *Κέφαλος, κεφαλή* ea esse ducenda, in oculos prope cadit et copiose etiam ab veteribus illustratur. V. Strab. X., *p.* 699. *B.*, Epaphrod. *ap. Etym. M. p.* 507., 26., Schol. A. *ad Il. β*, 631., Eustath. *ad Odyss. p.* 1396., 6., *sqq.* et *p.* 1890., 5., Steph. Byz. *s. v. Κράνιοι p.* 476. Adiungam honesta vetustissimae consuetudinis documenta, quae eo magis huc fa-

ciunt, quod nulla metri importunitate exigebantur. Sic Homerus *Il. β*, 631.:

αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἦγε Κεφαλλῆνας μεγαθύμους.

Od. ω, 376.:

Κεφαλλήνεσσιν ἀνάσσων.

Sophocles *ap. Eust. Odyss. p.* 1396., 9.: κεῖται δὲ ὁ Κεφαλλὴν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ ὦ ξεῖνε Κεφαλλήν. Iam ista pronuntiandi licentia nisi in primitivo vocabulo vulgari vitae consuetudine obtinuisset, nequaquam potuisset perferri ad nomen derivatum. Nec fefellit coniectura: nam non modo Aristophanes eadem usus est mensura *Equit.* 414.:

πῶς οὖν

κυνὸς βορὰν σιτούμενος μάχει σὺ κυνοκεφάλῳ;

verum in genere ab Atticis κυνοκέφαλλος proferri nomen ad Phrynichi auctoritatem percommode illic memorat Dindorfius. Denique tanta erat consuetudinis vis et potestas, ut genuinus v. κεφαλή accentus demutatus paullatim fuerit in κεφάλη, quo hodie vocabulum pronuntiant Graeci. V. Villois. *Prolegg. ad Il. p. VIII.*

Videmur iam quod voluimus effecisse: verum ne quid praetermisisse dicamur quod causae congruum sit nostrae, verbo liceat commemorasse, quod Homerus similem pronuntiandi usum in alio vocabulo tuto admisit. V. *Il. ν*, 612.:

ἐλαΐνῳ ἀμφὶ πελέκκῳ.

Il. ψ, 851.:

κὰδ δ' ἐτίθει δέκα μὲν πελέκεας, δέκα δ' ἡμιπέλεκκα.

Cfr. *v.* 858. 883. Deinde metro nequaquam flagitante *Od. ε*, 244.:

πελέκκησεν δ' ἄρα χαλκῷ.

Quod quum ita sit, Hesiodeorum librorum scripturam ne sub minimam quidem cadere depravationis suspicionem utique consectarium est.

V. 288. auctoritatem satis confirmavimus *l. II. c. III., p.* 164. Idem cadit in verum formae Ὄρθος usum, de quo ad veterum fidem disputatum est *l. II., c. VIII. p.* 229. *sq.* — *Vv.* 292—294., inde a verbo διά, appositi sunt ab Tzetza *ad Lycophr. v.* 651. *p.* 718.: ὅτι τὰς βόας τοῦ Γηρυόνου ἤγεν ἐξ Ἐρυθείας, — ὥς φησι καὶ Ὀππιανὸς — καὶ Ἡσίοδος οἶμαι ἐν Θεογονίᾳ, sequuntur verba poetae. Sed οἶμαι illud non eam habet vim, ut Tzetzes suam de carminis authentia sententiam expromere voluisse censendus sit, verum iccirco dictum est, quod quum non ad manus esset exemplar, obscura adiutus recordatione indisertam Hesiodi apposuit fidem:

deinde librarii quod deerat supplendum esse putarunt. Denique *v.* 293. commemoravit Schol. *ad Pind. Isthm. I.*, 15.

Subsequitur inde a *v.* 295. Echidnae fabula, quam ab Hesiodo exornatam hoc libro fuisse scholiastae Lycophronei constat testimonio, quod protulit Bachmannus *Anecd. Gr. T. II.*, *p.* 278.: ἔνθα (ἐν τοῖς Ἀρίμοις) ἡ γυνὴ Τυφῶνος Ἔχιδνα κατὰ Ἡσίοδον. Hinc manavit Tzetzae notatio *ad Lycophr. v.* 1354. *p.* 1014.: πλησίον τῆς Λυδίας τὰ Ἄριμα ὄρη ὅπου φησὶν Ἡσίοδος εἶναι τὴν Ἔχιδναν. Disertiora veterum documenta de h. l. servata esse nulla, maximopere dolendum est, tum propter nimiam quandam sermonis abundantiam, quam ab criticis olim non potuisse tolerari existimarim, tum quod praecedentibus eum in modum adiuncti sunt versus, ut quae fuerit poetae de Echidnae parentibus sententia, sub dubitationem cadat. Verba enim principio narrationis posita ἡ δ' ἔτεκ' ἄλλο πέλωρον aut ad Callirhoen referre licet, Chrysaoris coniugem, cuius proxime antecedit memoria, aut ad Ceto Phorci uxorem, in cuius familia recensenda ad *v.* 336. usque commoratur poeta. Illam praeoptarunt Wolfius *p.* 94. et Heynius *ad Apollod. T. II.*, *p.* 100., alteram substituit nuper Hermannus *Opp. T. II.*, *p.* 181., non immemor, ut videtur, Pherecydis *ap. Schol. Ap. Rh. II.*, 1249.: Φερεκύδης δὲ ἐν β' Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης τῆς Φόρκυνος εἶναί φησι τὸν ἀετὸν τὸν ἐπιπεμφθέντα τῷ Προμηθεῖ. Hygini liber hac parte mancus est: Apollodorus vero *II.*, 1., 2. *p.* 113. Ἔχιδναν Ταρτάρου καὶ Γῆς appellat filiam: quae quidem genealogia et Echidnae et gnatorum naturae explicandae una omnium maxime est apposita. Hesiodo autem si quis eandem attribuendam esse putaverit, *vv.* 295—332. qui aptissime inter se colligati sunt, aliam olim in Theogonia sedem habuisse oportet: quae quidem coniectura ambiguum primis versibus narrandi genus severe examinanti iustos audaciae fines excedere non videbitur.

Echidnae iunctum matrimonio fuisse tradit Typhaonem, quod et grammaticus Lycophroneus indicat modo commemoratus et vetustissimo testimonio confirmat Homerus *Il. β*, 783.

V. 307. quae in libris scriptis reperitur insignis scripturae discrepantia, eadem ab Cantabrigiensi scholio diserte commemoratur his verbis *pag.* 247. *Bas.*: ἄνεμον: ἂν μετὰ τοῦ ō γράψῃς ἄνομον ἀκουσώμεθα (leg. ἀκουσόμεθα), ἐπεὶ τῇ τοῦ Διὸς ἀρχῇ ἐπέθετο. ἐὰν δὲ διὰ τοῦ ε̄, ἐπειδὴ αἱ πνοαὶ Τυφῶνες λέγονται, ὡς καὶ αὐτὸς λέγει·

ἐκ Τυφωέος ἔστ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων.

Disputatio imperfecta est nec in utramque partem accurate perpolita: deinde quum unoquoque tempore, quin etiam recentissima Graecorum memoria, componi potuerit, non eam habet vim, ut aut utramque aut alterutram scripturam ex antiquorum commentariis repetendam esse evincat. Cfr. *l. II.*, *c. XIV. p.* 256. *sqq.*

Ex Echidna et Typhaone primum procreatum esse dicit Orthum canem, cuius figuram plenius non descripsit, ut nunc legitur, poeta. Nulla de hoc loco exstant veterum testimonia: convenit tamen de origine Apollodorus *Bibl. II.*, 5., 10. *p.* 186. *cll. Schol. Platon. pag.* 427. et Schol. *ad Ap. Rhod. IV.*, 1399. Idem latet, ut videtur, in nomine *Gorgon* apud Hyginum *praef. p.* 12. et *fab.* 151. Nam Gorgonas ille γενεαλογεῖ Φόρκυνος καὶ Κητοῦς. V. *praef. p.* 9. *fin.* — Secundum filium ponit Hesiodus Cerberum, quemadmodum ex iisdem illum parentibus repetunt Hyginus *praef. p.* 12. et *fab.* 151., Quint. Smyrn. *VI.*, 261. aliique. — *V.* 311. dicit *Κέρβερον* — *χαλκεόφωνον*, cuius Eustathio obversabatur memoria *ad Il. p.* 1140. *init.*: *Κέρβερος μέν που συνθέτως χαλκεόφωνος εἴρηται.* — *V.* 312. eundem *πεντηκοντακέφαλον* vocari idoneis comprobavimus testimoniis *pag.* 449. *sqq.* Rem perfunctorie tradit Schol. A.B.V. *ad Il. θ*, 368. *p.* 233.: *Ἡσίοδος δὲ* (*τὸν Κέρβερον*) *πεντήκοντα ἔχειν κεφαλάς φησιν.*

Tertiam Echidnae Typhonisque sobolem appellat Hydram Lernaeam: convenit Hyginus *praef. p.* 12. et *fab.* 151. Praeter scholia ex parte doctissima de *vv.* 313—318. nullum novi genuinum antiquitatis testimonium.

Subiungitur *v.* 319. Chimaerae fabula, quam eodem loco ab antiquis repertam fuisse ex Apollodori narratione perspicitur *Bibl. II.*, 3., 1. *p.* 132.: *λέγεται δὲ καὶ τὴν Χίμαιραν* — *γεννηθῆναι ἐκ Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης, καθὼς Ἡσίοδος ἱστορεῖ.* Cfr. Hygin. *ll. cc.*, Schol. *ad Il. ζ*, 180., Schol. Platon. *p.* 417. In hanc enim sententiam explicata ab Apollodoro sunt verba *ἡ δὲ Χίμαιραν ἔτικτε*, quae alii non sine quadam veri specie ad proximum Hydrae nomen rettulerunt, v. c. Mombritius et Scholiasta Cantabrig. *ad v.* 319. *p.* 503., 11. *sq. cll. p.* 502., 15. — Eodem versu verba *πνέουσαν ἀμαιμάκετον πῦρ* tum communi Graecorum fama satis superque stabiliuntur, tum citatione grammatici *ap. Etym. M. pag.* 76., 13., quamquam levi errore factum est, ut hodie legatur *πνείουσαν* *).

*) Ceterum qui hunc versum nuper emendandum suscepit Franckius

Verba τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ — v. 321. sunt ex eorum numero, quae locupletissima fide nituntur: id quod abunde declarare licet ex insigni testimoniorum copia, quae coegimus l. II., c. VIII. p. 231. Nec illud praeterea iusta caret auctoritate, quod Hesiodus Chimaerae primum tribuit leonis caput, alterum caprinum, serpentis tertium. Contra qui subsequuntur vv. 323. 324., Homericis plane gemini Iliad. ζ, 181. 182., quum omnem et syntaxeos et descriptionis concinnitatem pervertunt, tum ne reperti quidem sunt in codicibus ab criticis Alexandrinis. Etenim ut nunc se habent versus in libris manu scriptis, non triceps tantum secundum Hesiodum, verum etiam triformis fuit Chimaera. Atqui grammatici uno ore Hesiodo tribuunt tricipitem Chimaeram, derivatam illam ex male intellecto exemplo Homerico. V. Schol. B. L. V. ad Il. ζ, 181.: Ἡσίοδος δὲ ἠπατήθη τρικέφαλον αὐτὴν εἰπών. Ergo vv. 323. 324. serius demum ex Homero primum fuisse in margine notatos, deinde transisse in continuationem carminum, unum omnium certissimum est. Iam vero ad omnem carminis crisin permagni esset momenti, si, quando adulterata fuerit Hesiodi fides, certius definiri posset. Itaque quoniam multae ac variae variis temporibus inter Graecos de Chimaerae specie obtinuerunt opiniones, quid ad hanc rem ex accurata earum pervestigatione afferri possit lucis paucis disseremus.

Gravissimum de Chimaerae forma testimonium ex Porphyrii commentariis depromptum conservavit Eusta-

---

Callim. p. 197., quum levem versui abluere vellet maculam, turpissima eundem inquinavit sorde. Reposuit versum hunc:
ἠδὲ Χίμαιραν ἀποπνείουσαν τ' αἰθόμενον πῦρ.
Dolent profecto aures ob suavem istum numerorum decursum. Deinde interpolatorem temerarium prodit illud, quod participio adiuncta est particula, in hoc genere enuntiandi ab epicorum usu prorsus aliena. Denique quod damnavit ignis epitheton ἀμαιμάκετον, utpote insolens atque insulsum, non reputavit antiquam et simplex veterum cogitandi genus, quod in simili adiectivorum usu praeclare elucet. Interim ne cuipiam resideat scrupulus, idoneum afferam Sophoclis testimonium, Oed. Tyr. v. 177.: κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρός. In quo exemplo adeo perspicua est epici sermonis imitatio, ut viri nonnulli Graece doctissimi falsa illius decepti memoria idem genus dicendi appellarint Homericum. V. Schneider. ad Orph. p. 140. et Reisig. Enarrat. p. XLVII. Sophocli convenit ex omni parte Nicandri usus Alexiph. v. 174.: πῦρ ἀείζωον. Denique v. ἀμαιμάκετος eadem potestate ad res alias a poetis varium in modum traductum est. V. Odyss. ξ, 311., Quint. Smyrn. I., 523. 641., Nonn. Dionys. I., 296. VI., 326. XI., 161., Oppian. Hal. I., 361.

thius *ad Il. p.* 634., 37. *sqq.*: *ταύτην δὲ* (*τὴν Χίμαιραν*) *οἱ μὲν τρικέφαλον ἀνεπλάσαντο, Ἡσιόδῳ ἀκολουθήσαντες εἰπόντι*:

τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί·

οἱ δὲ δύο ἔχειν ἐτερατεύσαντο κεφαλὰς λέοντός τε καὶ δράκοντος· εἰσὶ δὲ οἱ καὶ μιᾷ ἠρκέσθησαν κεφαλῇ τῇ τοῦ λέοντος, λεοντοπρόσωπον εἰπόντες αὐτήν, οὐρὰν ἔχουσαν δράκοντος καὶ μέσον σῶμα χιμαίρας. λαμβάνουσι δὲ πάντες τὰς ἀφορμὰς ἐξ Ὁμήρου διὰ τὸ μὴ πάνυ σαφῶς αὐτὸν τὰ περὶ ταύτης εἰπεῖν, καὶ νικῶσιν οἱ τὸν τρίτον λῆρον κρατύνοντες, εἰ καὶ οἱ ζωγραφοῦντες τῷ τερατωδεστέρῳ προσέχουσι. καὶ ζητητέον τὸν Πορφύριον καλῶς τοῖς περὶ τούτων διαιτῶντα. Haec tamen disputatio quum reconditam magna ex parte referat doctrinam, nihilominus consilio nostro non idonea est, tum quod non omnes enumerantur Chimaerae imagines, tum quod imperfecta mansit singularum descriptio. Itaque altius erit res repetenda.

Antiquissimi scriptores et raro usurpant Chimaerae memoriam, nec figuram describunt accuratius, praeterquam quod aut ignivomam appellant aut multiplicem corporum diversissimorum coniunctionem mirantur. Sic Pindarus *Olymp.* *XIII.*, 128.: *καὶ Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν καὶ Σολύμους ἔπεφνεν.* Plato *de rep. IX.*, *p.* 588. *in. HSt.*: *τῶν τοιούτων τινὰ ἥ τε Χιμαίρας καὶ ἡ Σκύλλης καὶ Κερβέρου καὶ ἄλλαι τινὲς συχναὶ λέγονται ξυμπεφυκυῖαι ἰδέαι πολλαὶ εἰς ἓν γενέσθαι.* Anaxilas *ap. Athen. XIII.*, *p.* 558.:

Τίς γὰρ ἢ δράκων ἄμικτος ἢ Χίμαιρα πύρπνοος,
Ἢ Χάρυβδις ἢ τρίκρανος Σκύλλα ποντία κύων,
Σφίγξ, Ὕδρα, Λέαιν', Ἔχιδνα, πτηνά θ' Ἁρπυιῶν γένη —.

Hinc non iniuria colligere mihi videor, quod antiquissimo ac florentissimo artium statu et raro ab pictoribus exornabatur Chimaerae figura, et unius poetae, fortasse Homeri, adeo eos adverterat descriptio, ut alterum nihil curarent.

Contra recentiore aetate res longe aliter cecidit; nam perpauci scriptores tunc in imperfecta hac et indiserta acquiescebant imaginis notatione, velut Dio Chrysostomus *T. I.*, *p.* 666.: *ὥστε πάνυ ποικίλον τε καὶ δεινὸν εἶναι θηρίον, οἷα ποιηταὶ καὶ δημιουργοὶ πλάττουσιν, Κενταύρους τε καὶ Σφίγγας καὶ Χιμαίρας, ἐκ παντοδαπῶν φύσεων εἰς μίαν μορφὴν εἰδώλου συντιθέντες.* Lucillius *in Anth. Pal. XI.*, 239., 1.:

οὔτε Χίμαιρα τοιοῦτον ἔπνει κακὸν ἢ καθ' Ὅμηρον.

Reliqui vero prope omnes et uberius et plenius adumbrarunt formam; alii enim Homeri aut Hesiodi exemplum stricte sequuti sunt, alii alterius descriptionem exornarunt et complerunt, ut monstri forma ab artifice melius reddi posset, alii diversas illorum descriptiones inter se composuerunt discrepantiamque imaginis arguta explicatione tollere conati sunt. Hoc studium quum primum ab grammaticis exortum esset, mox transiit ad artifices et ab his mirum in modum adauctum fuit. Sed horum tenues ac dubiae conservatae sunt reliquiae. Nam celeberrima illa Chimaera Florentina, quae ab una parte ap. Gorium *Mus. Etr. T. I.*, *t.* 155., ab altera ap. Dempster. *de Etr. Reg. T. I.*, *t.* 22. exstat aeri incisa, non ab Graeco homine exsculpta est, sed Tuscorum refert artem. *Hinc* explicandum est quod et degenerem ostendit figurae imaginem et ab Graecorum consuetudine alienissimam. Reliquae deinde non habent certam originis rationem.

Quod quum ita sit, ad grammaticorum scriptorumque auctoritatem componendum erit iudicium. Primum plerique tam presse sequuti sunt Homeri verba, ut quomodo intellexerint ea, prorsus obscurum sit. Sic Heraclitus, quem dicunt, *de Incredib. c.* 15. *p.* 74. *G.*: *Ταύτην Ὅμηρος εἰκονογραφῶν φησί*:

πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

Cfr. Palaeph. *c.* 29. *p.* 36., Schol. Platon. *p.* 419. Deinde Hesychius *T. II.*, *p.* 1554.: *Χίμαιρα: τρίμορφον θηρίον, ὃ πρόσθεν μὲν λέων, μέσον δὲ χίμαιρα, ὄπισθεν δὲ δράκων.* Lucretius *l. V.*, *v.* 902. *sqq.*:

Qui fieri potuit, triplici cum corpore ut una
Prima leo, postrema draco, media ipsa chimaera,
Ore foras acrem efflaret de corpore flammam?

Hyginus *fab.* 151.: *Chimaera in Lycia, quae priorem partem leonis figuram, posteriorem draconis habebat, media ipsa chimaera.* Nonnus *ad Gregor. Naz. f.* 48. *p.* 511. *D.*: *Patarae — mons esse commemoratur, in quo bellua quaedam erat ab anteriore parte leo, a posteriore draco, a medio chimaera, ignem faucibus evomens.* Idem *f.* 73. *p.* 517.: *Chimaeram — ab anteriore parte leonem, a posteriore draconem, ac medio corpore chimaeram, ignem faucibus evomentem esse diximus.* Cfr. Nonn. *ed. Montac. p.* 144., Creuzer. *Meletem. I.*, *p.* 77., Maii *Myth. Vat. I.*, 72. *p.* 27.

Verum haec grammaticis atque poetis satisfacere potuerunt: non item pictoribus. His pleniore opus erat Chimaerae Homericae descriptione. Itaque alii eam ore fingebant leonem, corpore capream, cauda draconem. Sic Ovidius *Metam. IX.*, 646. 7. a multis praeter rem interpolatus:

Quoque Chimaera iugo mediis in partibus hircum,
Pectus et ora leae, caudam serpentis habebat.

Schol. B. L. V. *ad Il.* ζ, 181.: ἦν οὖν τὸ πᾶν χίμαιρα, ἀφ᾽ οὗ καὶ ὠνομάζετο, κεφαλὴν δὲ εἶχε λεαίνης, οὐρὰν δὲ δράκοντος. τοίνυν πῦρ εἰσάγεται ἀναπνέουσα διὰ τοῦ στόματος τοῦ λέοντος. Idem explicandi genus et Eustathius attigit *l. c.* et Hesychius cognovit *T. II.*, *p.* 768.: ὄπιθεν δὲ δράκων· τὴν δὲ οὐρὰν δράκων. Praeterea illud respicit is quem Isidorus excerpsit *Origg. l. XI.*, *c.* 3., *p.* 372. (Raban. Maur. *de Univers. VII.*, 7. *p.* 122. *b.*): *Fingunt et Chimaeram triformem bestiam, ore leo, postremis partibus draco, media caprea. Quam quidam Physiologi non animal, sed Lyciae montem esse aiunt, quibusdam locis leones et capreas nutrientem, quibusdam ardentem, quibusdam plenum serpentibus. Hunc Bellerophontes habitabilem fecit, unde Chimaeram dicitur occidisse.* Cfr. *Mythogr. Vatic. Maii II.*, *c.* 131. *p.* 133. *III.*, 14., 5. *p.* 277.

Alii deinde Chimaerae corpus caprinum ac duo capita tribuerunt, alterum leoninum anteriore parte positum, alterum serpentis posteriore parte. V. Eustath. *l. c.* Deinde Hesychius *T. II.*, *p.* 1554.: φασὶν δὲ ἐν Λυκίᾳ γίνεσθαι ὡς κεφαλὴν μὲν λέοντος ἔμπροσθεν καὶ ἀπὸ στόματος πῦρ ἀποπέμπον, ὄπισθεν δὲ δράκοντος ἔχον κεφαλήν.

Qui vero Hesiodi narrationem praeoptarunt, maximam partem poetae brevitatem sequuti et ipsi bestiam appellarunt tricipitem. Sic Gregorius Nazianz. *Orat. III. T. I.*, *p.* 92.: οὐδὲ τὴν Παταρικὴν Χίμαιραν ὅτι τρεῖς καὶ ἀνομοίους (κεφαλὰς) ὥστε εἶναι φοβερωτέραν. Isidorus *Origg. XIX.*, 16. *p.* 593.: *sunt quaedam picturae, quae corpora veritatis studio coloris excedunt et fidem dum augere contendunt, ad mendacium provehunt, sicut qui Chimaeram tricipitem pingunt.* Cfr. Eustath. *l. c.* et Schol. Crucq. *ad Horat. p.* 60. In eandem sententiam olim erat sine dubio Hygini narratio composita *fab.* 57. *p.* 60.: (Iobatas Bellerophontem) *ad Chimaeram interficiendam misit, quae tripartito ore flammam spirare dicebatur.* Nam quae nunc his adiecta leguntur: *idem prima leo, postrema draco, media ipsa Chimaera*, non primo laesa sunt vocabulo, uti putabant Schefferus et Munckerus, verum perverso grammaticorum studio e margine in textum venerunt omnia. Videlicet notaverat aliquis diversam Chimaerae formam altero loco ab ipso Hygino traditam usus que eam in rem erat notissimo Lucretii versu, quem ex parte illic expressit auctor.

At vero nec grammaticis ingeniosis et minus etiam pictoribus manca haec et imperfecta monstri descriptio satisfacere poterat. Nam quamquam tria poeta memoravit illius capita,

tamen nec ipsum corpus ulla ex parte quale fuerit descripsit, nec qua corporis parte capita fuerint posita usquam designavit. Ex hac difficultate qui sola Hesiodei exempli consideratione sese expedire conabantur, corpus fortasse statuerunt fuisse caprinum, quum ab caprea illi inditum fuisset nomen. Deinde capita aut coniunctim anteriore corporis parte, aut disiunctim diversis partibus, priore videlicet leoninum, media caprinum, posteriore serpentis, posuisse censendi sunt. Uberiora veterum in hanc sententiam testimonia non exstant: nisi quod pertinet ad eandem Palaephati dictum *c.* 29. *p.* 36.: *ἔνιοι δὲ δοκοῦσι τοιοῦτο γενέσθαι θηρίον, τρεῖς ἔχον κεφαλάς, σῶμα δὲ ἕν.*

Sed qui Homeri traditionem adhibebant Hesiodo, facilem invenerunt difficultatis explicatum. Nam utriusque narratione coniuncta Chimaera prodit et triformis et triceps, eum in modum, ut ex priore parte leonina leoninum eminuisse statuerint caput, ex media caprina caprinum, ex posteriore, quam draconis fingebant corpus, item caput draconis. Eiusmodi figuram monstro tribuit auctor epigrammatis *ap. Pith. l.* 4., *p.* 119.:

Ore leo, tergoque caper, postremaque serpens
Bellua tergemino mittit ab ore faces.

Ingeniose deinde hanc speciem exornavit Libanius *T. IV.*, *p.* 1043.: *σύνοδον εὗρε* (Iobatas) *θηρίων κοινὴν καὶ χαλεπὰς ἔμιξε φύσεις πολλάς. προβέβληται μὲν ὁ λέων κομῶν, ὁ δὲ κατόπιν πολέμιος δράκων ἐστὶ, τὴν χίμαιραν ἐκ νώτων ἔχει προκύπτουσαν, ὡς ἐξ ὕλης πολλοῦ τοῦ στόματος ἐκπέμπουσαν φλόγα. καὶ τριπλοῦς ὁ κίνδυνος ὀδοῦσι λέοντος αἰῶνα καὶ δράκοντος ἰῷ καὶ ῥώμῃ πυρός. καὶ προσιόντα δέδοικα τὸν θῆρα καὶ στρεφόμενον οὐκ ἔχω τὸν δράκοντα θαῤῥεῖν. ἂν θέλω προσελθεῖν, οὐ τολμῶ κωλύοντος τοῦ πυρός, ἀλλ' εἰς καιρόν μοι τὰ Πηγάσου πτερά.* Altero loco *T. IV.*, *p.* 1095. ubi copiose multa de Chimaerae specie in eandem sententiam disputavit, primum posuit haec: *λέων τις ἦν ὅσα πρῶτον ἰδεῖν καὶ δράκων τοῦ παντὸς εἴληγε σώματος, μεσούσης δὲ αἰγός, καὶ πῦρ ἐποίει φανὲν φοβερώτερον, ὥσπερ οὐκ ἀρκοῦντος φοβῆσαι τοῦ πλάσματος.* Deinde vero adiunxit: *οὐκ ἦν ὅ τι ἄν τις μᾶλλον καταδείσειεν, ἀποβλέπων εἰς ἕκαστον τὸ μήπω φανὲν τοῦ φοβοῦντος ἤδη δεινότερον· ἡ μὲν γὰρ ἔφλεγεν, ὁ δὲ ὑπεσύριττεν, ὁ δὲ χαλεπώτερος ἦν ὠρυόμενος.* Praeterea idem genus et ab Isidoro haud obscure indicatum est *Origg. I.*, 39. et copiosius explicatum ab Fulgentio *Mythol. l. III.*, *c.* 2. *p.* 141. Cfr. *Myth. Vatic. Maii III.*, 14., 5. *p.* 277. Ex horum omnium memoria definiri quodammodo potest, quo tempore haec Chimaerae

imago inter Graecos tum grammaticos tum artifices maxime obvaluerit. Nam Nicandri Colophonii aetate eandem iam excogitatam fuisse atque concelebratam, Natalis Comitis saltem testimonium nequaquam comprobat *Mythol. l. IX.*, *c.* 3. *p.* 960.: *Nicander Colophonius fluviorum naturam atque torrentum praecipue per haec figmenta significari voluit: cum dixerit Chimaeram tria habuisse capita et triplicem corporis formam*, et quae sequuntur. Nam subtilis haec disputatio integra desumpta est ex Io. Diaconi in Theogoniam commentariis *p.* 566.: *ἔτι δὲ καὶ τὴν Χίμαιραν ἀποτίκτει πνέουσαν πῦρ, τρικέφαλον τε οὖσαν καὶ τρίμορφον, καὶ τὸ μὲν ἔμπροσθεν ἔχουσαν λέοντος κ. τ. λ.* Nicandri autem nomen pro Hesiodo sive errore sive studio auctoris inepto introductum est. Cfr. *ib. VII.*, 7. *p.* 734.

Superest ultimum explicandi genus inter recentissimos Graecorum auctores maxime pervulgatum, quod eo consilio repertum est, ut Hesiodea fabula in Homeri descriptione iamiam inesse videretur. Hoc plene consignavit Eustathius *ad Iliad. p.* 634., 45. *sqq.*: *σημείωσαι ὅτι λέοντα λέγει τὴν τοῦ λέοντος κεφαλήν. πάντως γὰρ κεφαλὴ νοηθείη ἂν τὸ ἀποπνέον τὸ πῦρ. ὠνόμασεν οὖν τὸ μέρος τῷ τοῦ ὅλου ὀνόματι. εἰ δὲ τυχὸν καὶ ὁ δράκων ἢ καὶ ἡ χίμαιρα κεφαλαὶ νοηθήσονται καθ' Ἡσίοδον χιμαίρας καὶ δράκοντος, ὁμοίως καὶ ἐν τούτοις ἐκ τοῦ ὅλου τὰ μέρη ὠνόμασται.* Eodem spectat Hesychii glossa *T. II.*, *p.* 579.: *μέση δὲ Χίμαιρα: τὸ μέσον αἰγοπρόσωπον.* Deinde Basilius scholio ad Gregorium ab Boissonadio primum Graece edito *ad Herod. Epimer. p.* 149.: *αὕτη τρεῖς κεφαλὰς καθ' Ὅμηρον εἶχεν. πρόσθεν γάρ, ἔφη, λέων, ὄπισθεν δὲ δράκων, μέση δὲ χίμαιρα.* Latine haec dudum exstabant in Eliae commentariis *ad Gregor. T. II.*, *p.* 355. *C. D. ed. Bill.* Denique gravissimum in hac causa est Io. Tzetzae exemplum *Var. Hist. Chil. VII.*, 149., 831.:

λέγουσι δὲ τὴν Χίμαιραν τρικέφαλον θηρίον,
λέοντα, μέσον αἶγα δέ, δράκοντα τῷ οὐραίῳ.
ἵππῳ Πηγάσῳ πτερωτῷ δ' ἐποχθεὶς ὁ νέος,
ἤγουν τριήρους ἐπιβὰς ἥσπερ πτερὰ τὰ λαίφη,
ἔχων στόλον ἑτέρων τε τριήρεων συμβάλλει
καὶ νίκην ἀπειργάσατο πρῶτον κατὰ Σολύμων,
— — —
οὓς Ὅμηρος καὶ λέοντι ὡς ἀναιδεῖς εἰκάζει.
Δευτέρῳ στόλῳ δὲ νικᾷ πάλιν τὰς Ἀμαζόνας
ὥσπερ ὡς κρημνοβάτιδας καὶ κατοικούσας ὄρη
δευτέραν λέγει κεφαλὴν Ὅμηρος πεφυκέναι

obtusis grammaticorum ingeniis tota esset r
libri Hesiodei eandem quam Tzetz
maerae formam omni ex parte referant
video causae, cur non eodem fere tempore
eos illatos esse contendam.

Interim nondum licet ab huius exer
recedere: superest enim, ut paucis explicemu
lio Cantabrigiensi *ad h. l.* iudicandu
illud est in Basileensi exemplari *ad v.* 323
pag. 248.: *πρόσθε λέων*: ὅτι οἱ μ
φράσιν, ὀφείλουσι βελτίον ἐπεξεργάζεσθα
τῇ προςλαβούσῃ χρήσασθαι. Postrema
traxerunt. Nam pro *εἰ δὲ μή τε*, quod n
coniectura transiit in *εἰ δὲ μή γε*, scribendu
εἰ δὲ μή. Particula enim ob sequentis vocal
aut librarii aut typothetae errore acc
προςλαβούσῃ quum de scriptura recepta et
sermo esse videatur, in passivam formam n
tandum erat. — Prior vero annotationis
date scripta, dubiam omni ex parte atque in
plicationem. Merito enim et de significatio
βάλλειν et quae illic insignita sit poetae φ
Primum verba *μεταβάλλειν τὴν φράσιν*, h
enuntiatum, ita dictum est, ut et de unius v
recte adhiberi possit, nec ampliorem tamen
enuntiati emendationem, verborum sive p
transpositione absolvendam. *Φράσις* deind
pertinet ea, quibus in exemplari adiuncta es
ad universam Chimaerae descriptionem vario
mode nec inepte transferri potest. — Primum

modi conatum disputasse censendus est auctor. — Sed si ad universum descriptionis genus referendum est φράσις vocabulum, aut contra eos disputabat auctor, qui *vv.* 323. 324. interponendos esse censerent, aut illegitimam eorundem sedem argute defendebat, aut aliam indicabat loci mutationem, quam ex codicibus nostris eruere non licet. — Ex his omnibus nihil colligitur, quo quis in eam abuti possit sententiam, ut annotationem ab antiquis grammaticis compositam fuisse contendat. Itaque nequidquam ista impedit, ne rata haberi possint ea, quae de recenti versuum interpolatione paullo ante commonstrata a nobis sunt. Ceterum ad recentem scholii originem illustrandam habet aliquid momenti illud, quod verba μεταβάλλειν et προςλαμβάνεσθαι eadem qua illic leguntur notione nusquam ab probis et antiquis scriptoribus usurpata fuerunt. Discordat hac parte v. ἐπεξεργάζεσθαι, cuius idem usus observatur in Apollonii Dyscoli libris, v. c. *de synt. II.*, 14. *p.* 122., 7. *II.*, 15. *p.* 127., 15. At vero idem fuit recentissimorum auctorum consuetudine receptum. V. Tzetz. *ad Lycophr. v.* 177. *p.* 455.

Ceterum num eodem grammaticorum studio alia quoque de Chimaera locus acceperit aut additamenta aut decrementa, quamquam veterum testimoniis definiri non potest, non omni tamen caret veri similitudine. Nam *v.* 325.:

τὴν μὲν Πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης,

quum ex vulgari narratione Bellerophon Pegaso quidem insidens, sed solus Chimaeram occiderit, iustam movet interpolationis suspicionem.

Subiungitur Sphingis Nemeaeique Leonis genealogia, eum tamen in modum, ut qua matre fuerint editi item ambigere liceat. Nonnulli interpretes Echidna prognatos esse affirmant, v. c. Heynius *Comment. Gotting. l. c. p.* 144. *et ad Apoll. T. II.*, *p.* 242., atque Vossius *Epp. Myth. T. II.*, *p.* 23. Alii ex Chimaera repetunt, v. c. Mombritius et Hermannus *Opp. T. II.*, *p.* 183. Cfr. Clavier. *ad Apollod. T. II.*, *p.* 258. Utrorumque sententiae non desunt veterum testimonia: sic ex parte ab illis adhiberi potest Apollodorus *Bibl. III.*, 5., 8. *p.* 274.: ἔπεμψε γὰρ Ἥρα Σφίγγα, ἣ μητρὸς μὲν Ἐχίδνης ἦν, πατρὸς δὲ Τυφῶνος. Ultimum nomen, quod ab Hesiodeorum librorum fide multum recedit, quippe qui Orthum ferant Sphingis patrem, ne temere in depravationis suspicionem adducatur, vetat eiusdem de Leone Nemeaeo dictum *l. II.*, 5., 1. *p.* 161.: τοῦτο δὲ ζῶον ἦν ἄτρωτον ἐκ Τυφῶνος γεγεννημένον. Cfr. Hygin. *pr. p.* 12. et Schol. *l. citand.* Alteram explicandi viam ingressus est Scholiasta *ad h. l.*:

αὕτη δὲ (ἡ Σφίγξ) ἐστι θυγάτηρ Χιμαίρας καὶ Τυφῶνος. Quae quidem verba quoniam doctissimo scholio interserta leguntur, antiquorum grammaticorum sententiam referre videntur. Deinde Io. Diaconus *p.* 567., 20.: *Χίμαιρα δὲ τὴν Σφίγγα γεννᾷ — τῷ Ὄρθῳ συνελθοῦσα.* Denique poeta anonymus *de laud. Herc.*, qui Claudiano adiungi solet, *v.* 75. *sqq.*:

Immanem interea Nemeae per lustra leonem
Ipsa Chimaerea cretum de gente noverca
In tua depastis armabat vota iuvencis —.

Haec bonorum auctorum in genere utriusque designando discrepantia vix dubito quin ex ambiguo hoc Hesiodi testimonio ipsa iam veterum memoria exorta sit: itaque librorum auctoritas ab eo inde tempore hac parte non vitiata fuisse videtur. — *V.* 326. *Φῖκα* ab Hesiodo de Boeotorum consuetudine pro *Σφίγγα* fuisse dictum, tum scholiastae auctoritate constat, tum aliorum testimoniis ab omni parte illustratur atque confirmatur. V. *l. III., c. VI. p.* 343. Librarii vero Hesiodei olim introduxerunt formam vulgarem, quae ab grammaticis paullo doctioribus passim tamen deleta fuerit, velut ab Triclinio. Eodem modo in aliorum scriptorum libris saepenumero erratum est, v. c. in Lycophroneis. — *V.* 327. patris memoriam debili confirmari veterum auctoritate, monstrant testimonia modo in medium prolata. Eadem vero non tam locupletem habent fidem, ut Ortho substitui possit Typhonis memoria. — Ceterum non caret offensione, quod, quum de Cerbero, Hydra Lernaea, Chimaera Nemeaeoque Leone uberius explicatum hoc loco sit, prorsus exilis atque manca prodit Sphingis memoria. Sed veterum testimonia ad eam rem illustrandam idonea conservata non sunt. — Ex Leonis historia paucis comprehensa *v.* 331. cum auctoris nomine repetiit Etymologus M. *p.* 119., 40., ubi adiecta est *Ἀπέσας* nominis etymologia tam inepta, ut novissimum esse scholion contenderim; sine nomine idem adduxit e *v.* 330. verba *ἐλεφαίρατο* (sic) *φῦλ' ἀνθρώπων pag.* 329., 27.

Absoluta Typhonis et Echidnae familia, *v.* 333. poeta, si codicibus constat fides, ad Phorcum Cetoque regressus ultimum ex his prognatum esse tradit Draconem Hesperium, deinde insolita memoratuque dignissima clausula omni de illorum sobole narrationi finem imposuit:

τοῦτο μὲν ἐκ Κητοῦς καὶ Φόρκυνος γένος ἐστίν.

V. 333. leni quadam scripturae discrepantia distinctum, (vid. *p.* 228.) apposuit Lascaris *Gr. l. III., B. VIII. f. r.*, ubi de Phorci nomine docte et ad veterum auctoritatem illum exposuisse supra demonstravimus. Verum quum versus ab Lascari alienas

disputationi facile internecti potuerit, nullam vim habet testimonium ad iustam de loci integritate dubitationem reprimendam. Etenim unum hoc est ex perpaucis exemplum, ubi commemoratur sine nomine soboles: id quod et ab consilio genealogici carminis et ab Theogoniae tenore sane quam multum discedit. Hoc igitur quum iustam moveat suspicionem, commode subvenit scholiastae testimonium *ad Apoll. Rh. IV.*, 1396.: *τὸν δράκοντα Λάδωνα ἐκάλουν. τοῦτον δὲ Πείσανδρος ὑπείληφεν ἀπὸ τῆς Γῆς γεγενῆσθαι, Ἡσίοδος δὲ ἐκ Τυφῶνός φησιν.* Nam quoniam Theogoniae exemplum corruptelae hoc loco iam tenemus manifestum, istam narrationis discrepantiam si quis ex hac ipsa antiquitus derivatam fuisse strenue affirmet, audaciae profecto non subierit crimen. Depravatio autem introducta in exemplaria est ea aetate, qua carmen primum temporum, deinde hominum iniurias perpessum est gravissimas. Ratio depravationis aperienda in eo est, quod *v.* 336. ab criticis novissimis, quorum eximium aliunde iam novimus ingenium, male intelligebatur. Scilicet nullum habiturus erat finem, nisi **proxime** concelebrata fuisset **Phorci Cetus**que soboles. Hanc ob causam quum *v.* 333. et Ladonis nomen et Echidnae matris memoria fuerint olim comprehensa, grammatici Byzantini qui reformarunt aliquando carmen, fortuitam exemplaris lacunam ita secure compleri posse statuerunt, ut reponerent illud quod hodieque obtinet exemplaria. Ceterum ex Typhone et Echidna prognatum fuisse Draconem, plerique ac probatissimi confirmant auctores, v. c. Pherecydes *ap. Schol. Apoll. Rh. l. c.*, Apollodor. *l. II.*, 5., 11. *p.* 192., Hygin. *praef. p.* 12. *et fab.* 30. 151.

V. 335. haud obscura imitatione expressit **Apollonius Rhodius** *Arg. IV.*, 1396. *sq.*:

ἷξον δ' ἱερὸν πέδον, ᾧ ἔνι Λάδων
εἰσέτι που χθιζὸν παγχρύσεα ῥύετο μῆλα
χώρῳ ἐν Ἄτλαντος, χθόνιος ὄφις.

Cfr. Theog. *v.* 518.

V. 336. ex variis codicum corruptelis (vid. *p.*162.) prodit fortasse novum scripturae genus:

τοῦτο μὲν ἐκ Κητοῦς τε καὶ ἐκ Φόρκυος γένος ἐστίν.

Verum non antiqua illud dignum censeo fide, sed ex eorum repeto studiis, qui quum *v.* 333. diversam eiusdem nominis viderent formam, magnum aliquod in hac disciplina iudicarunt sermonis aequalitatem.

Omnem prope **Hesiodi** de **Phorci** ac de **Typhonis** progenie narrationem testimoniis illustravimus tam disertis, ut nec de antiqua eius fide dubitari possit, et ab probatissimis scriptoribus susceptam et propagatam eam esse satis constet.

Interim quoniam Lobeckius sive Theogoniae seu Hesiodo prorsus diversam monstrorum plerorumque ex illis procreatorum vindicaturus est genealogiam *Aglaoph.* p. 567. *not.*, paucis iam significandum nobis est, cur ab eruditissimi viri iudicio iure recedere videamur. Nititur omnis Lobeckii disputatio in debili scholiastae Gregoriani fide: ipsam vero Gregorii declamationem, cuius aliquanto potior debet esse auctoritas, quam ob causam prorsus praetermiserit nescio. Hanc igitur prae ceteris interponam *Orat. III.*, p. 103. *D. sq.*: *καλὸν προςᾴδεσθαι τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν αὐτοῖς καὶ τοὺς ἐκεῖ πολέμους καὶ κλόνους, τοὺς Τιτᾶνας, τοὺς Γίγαντας μετὰ τῶν φοβερῶν ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων, Κόττος, Βριάρεως, Γύγης, Ἐγκέλαδος, οἱ δρακοντόποδες ἡμῖν, οἱ κεραυνοφόροι θεοί, αἱ τούτοις ἐπαφιέμεναι νῆσοι, βέλη τε ὁμοῦ καὶ τύφοι τοῖς ἀπαντήσασι, τὰ πικρὰ ταύτης γεννήματα καὶ προβλήματα, Ὕδραι, Χίμαιραι, Κέρβεροι, Γοργόνες, φιλοτιμία παντὸς κακοῦ.* Scholiorum autem tria fere exstant exemplaria diversa: unum sub Nonni nomine Latine editum ab Billio *f.* 73. *p.* 517. *A—D.*, quod ab indocto homine Graece factum et ab Montacutio prius editum est *pag.* 153. *sq.*; alterum sub Eliae nomine et ipsum in Latinum sermonem conversum *comm. in Greg. T. II.*, p. 382. *D. sq.*; tertium ab Gaisfordo ex codice Clarkiano Graece editum *Catal. Clark. T. I.*, p. 46. Haec quamquam nec iisdem usquequaque verbis perscripta nec rerum memoria prorsus aequalia sunt, tamen ab utraque parte adeo inter se concordant atque consentiunt, ut ex uno ea auctore primitus repetita, deinde variis studiis deminuta auctave fuisse certissime constet. Premendum vero prae ceteris illud est, quod universa haec scholiastae annotatio non eo scripta est consilio, ut Theogoniae imago paucis adumbraretur, sed ut Gregorii dicta, popularibus et coaevis perspicua, seriori vero tempore obscura, utcunque fieri poterat, illustrarentur. Ex plerisque denique notationibus tam debilis ac secundaria elucet doctrinae conditio, ut primum scholii auctorem ne cognosse quidem unquam asseverarim Theogoniae exemplar: hausit vero ex vulgari quae circumferebatur fabularum traditione. Haec ita disputasse nobis videmur, ut qui varia scholiorum exemplaria et inter se et ad Gregorii declamationem accurate contenderit, non adversaturum nobis esse putaverim. Itaque ut iam ad nostri exempli considerationem revertar, singula eiusdem auctoris exempla deinceps apponam. Primum Nonnus qui dicitur tradit haec p. 517. *C.*: *Acerbi autem et amarulenti foetus, qui ex Gigantum ore prodierunt, mortifera haec animantia extite-*

runt, velut quae ipse enumerat. Iam persequitur deinceps Hydrae, Chimaerae, Cerberi, Gorgonum fabulam, non ad Hesiodi sese componens imitationem, sed vulgatissima legens traditionis vestigia. Graece eadem leguntur *apud Montacut. p.* 153. 4., ac simile scholiorum exemplar usurpasse videtur Eudocia, iam a Lobeckio commemorata, *p.* 209.: Ἡσίοδος δὲ λέγει ταύτην (Hydram) γεννηθῆναι ἐκ τοῦ στόματος (leg. αἵματος) τῶν Γιγάντων. Vitium puerile, tribus his auctoribus commune, merito exagitat Lobeckius. Sed in eius communionem non pervenit Elias *l. c. p.* 383. *A.*: *Amaros porro Gigantum foetus ac sobolem vocat eamque h. l. enumerat, Hydram nempe, Chimaeram et Cerberum, quandoquidem fingunt illi ex Gigantum sanguine pestifera haec et exitiosa animalia exstitisse.* Deinceps et de his et de Gorgonibus copiosius exponit. Paullo denique astrictior annotatio exstat in codice Clarkiano, quem saeculo decimo scriptum fuisse non abs re erit commemorasse, *l. c.*: ὅθεν τὴν γιγαντομαχίαν, καὶ τὰ ἐκ τῶν αἱμάτων (?) αὐτῶν ἰοβόλα θηρία, τὴν Ὕδραν, ἣν Ἡρακλῆς περὶ τὴν Λέρναν ἀπέκτεινεν, τὴν Χίμαιραν, ἣν ἀνεῖλε Βελλεροφόντης, τὴν Γοργόνην, ἣν ὁ Περσεὺς ἐκαρατόμησε, καὶ μυρία ἐμπαιγμῶν καὶ γέλωτος ἄξια, καὶ τὸν Τρικέρβερον κύνα, ὃν Ἡρακλῆς περὶ τὰς Πύλας ἀπέκτεινεν τοῦ Ἅιδου κατελθὼν συναρπάσας τῷ Πειρίθῳ τὴν Περσεφόνην. Haec igitur omnia ad Gregorii exemplum pensiculate examinantem facile advertet, principem scholii scriptorem ambigua illius disputatione in eum inductum esse errorem, ut Hesiodum monstra illic posita ex Titanum sanguine orta finxisse putarit.

Verba τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ — *v.* 321. sunt ex eorum numero, quae locupletissima fide nituntur: id quod abunde declarare licet ex insigni testimoniorum copia, quae coegimus *l. II.*, *c. VIII. p.* 231. Nec illud praeterea iusta caret auctoritate, quod Hesiodus Chimaerae primum tribuit leonis caput, alterum caprinum, serpentis tertium. Contra qui subsequuntur *vv.* 323. 324., Homericis plane gemini *Iliad.* ζ, 181. 182., quum omnem et syntaxeos et descriptionis concinnitatem pervertunt, tum ne reperti quidem sunt in codicibus ab criticis Alexandrinis. Etenim ut nunc se habent versus in libris manu scriptis, non triceps tantum secundum Hesiodum, verum etiam triformis *fuit Chimaera.* Atqui grammatici uno ore Hesiodo tribuunt *tricipitem* Chimaeram, derivatam illam ex male intellecto exemplo Homerico. V. Schol. B. L. V. *ad Il.* ζ, 181.: Ἡσίοδος δὲ ἠπατήθη τρικέφαλον αὐτὴν εἰπών. Ergo *vv.* 323. 324. serius demum ex Homero primum fuisse in margine notatos, deinde transisse in continuationem carminum, unum omnium certissimum est. Iam vero ad omnem carminis crisin permagni esset momenti, si, quando adulterata fuerit Hesiodi fides, certius definiri posset. Itaque quoniam multae ac variae variis temporibus inter Graecos de Chimaerae specie obtinuerunt opiniones, quid ad hanc rem ex accurata earum pervestigatione afferri possit lucis paucis disseremus.

Gravissimum de Chimaerae forma testimonium ex Porphyrii commentariis depromptum conservavit Eusta-

---

Callin. p. 197., quum levem versui abluere vellet maculam, turpissima eundem inquinavit sorde. Reposuit versum hunc:

ἠδὲ Χίμαιραν ἀποπνείουσάν τ' αἰθόμενον πῦρ.

Dolent profecto aures ob suavem istum numerorum decursum. Deinde interpolatorem temerarium prodit illud, quod participio adiuncta est particula, in hoc genere enuntiandi ab epicorum usu prorsus aliena. Denique quod damnavit ignis epitheton ἀμαιμάκετον, *utpote insolens atque insulsum*, non reputavit antiquum et simplex veterum cogitandi genus, quod in simili adiectivorum usu praeclare elucet. Interim ne cuipiam resideat scrupulus, idoneum afferam Sophoclis testimonium, *Oed. Tyr. v.* 177.: κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρός. In quo exemplo adeo perspicua est epici sermonis imitatio, ut viri nonnulli Graece doctissimi falsa illius decepti memoria idem genus dicendi appellarint Homericum. V. Schneider. *ad Orph. p.* 140. et Reisig. *Enarrat. p. XLVII.* Sophocli convenit ex omni parte Nicandri usus *Alexiph. v.* 174.: πῦρ ἀείζωον. Denique v. ἀμαιμάκετος eadem potestate ad res alias a poetis varium in modum traductum est. V. *Odyss.* ξ, 311., Quint. Smyrn. *I.*, 523. 641., Nonn. *Dionys. I.*, 296. *VI.*, 326. *XI.*, 161., Oppian. *Hal. I.*, 361.

thius *ad Il. p.* 634., 37. *sqq.*: ταύτην δὲ (τὴν Χίμαιραν) οἱ μὲν τρικέφαλον ἀνεπλάσαντο, Ἡσιόδῳ ἀκολουθήσαντες εἰπόντι:

τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί·

οἱ δὲ δύο ἔχειν ἐτερατεύσαντο κεφαλὰς λέοντός τε καὶ δράκοντος· εἰσὶ δὲ οἱ καὶ μιᾷ ἠρκέσθησαν κεφαλῇ τῇ τοῦ λέοντος, λεοντοπρόσωπον εἰπόντες αὐτήν, οὐρὰν ἔχουσαν δράκοντος καὶ μέσον σῶμα χιμαίρας. λαμβάνουσι δὲ πάντες τὰς ἀφορμὰς ἐξ Ὁμήρου διὰ τὸ μὴ πάνυ σαφῶς αὐτὸν τὰ περὶ ταύτης εἰπεῖν, καὶ νικῶσιν οἱ τὸν τρίτον λῆρον κρατύνοντες, εἰ καὶ οἱ ζωγραφοῦντες τῷ τερατωδεστέρῳ προσέχουσι. καὶ ζητητέον τὸν Πορφύριον καλῶς τοῖς περὶ τούτων διαιτῶντα. Haec tamen disputatio quum reconditam magna ex parte referat doctrinam, nihilominus consilio nostro non idonea est, tum quod non omnes enumerantur Chimaerae imagines, tum quod imperfecta mansit singularum descriptio. Itaque altius erit res repetenda.

Antiquissimi scriptores et raro usurpant Chimaerae memoriam, nec figuram describunt accuratius, praeterquam quod aut ignivomam appellant aut multiplicem corporum diversissimorum coniunctionem mirantur. Sic Pindarus *Olymp.* *XIII.*, 128.: καὶ Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν καὶ Σολύμους ἔπεφνεν. Plato *de rep. IX.*, *p.* 588. *in. HSt.*: τῶν τοιούτων τινὰ ἥ τε Χιμαίρας καὶ ἡ Σκύλλης καὶ Κερβέρου καὶ ἄλλαι τινὲς συχναὶ λέγονται ξυμπεφυκυῖαι ἰδέαι πολλαὶ εἰς ἓν γενέσθαι. Anaxilas *ap. Athen. XIII.*, *p.* 558.:

Τίς γὰρ ἢ δράκων ἄμικτος ἢ Χίμαιρα πύρπνοος,
Ἢ Χάρυβδις ἢ τρίκρανος Σκύλλα ποντία κύων,
Σφίγξ, Ὕδρα, Λέαιν', Ἔχιδνα, πτηνά θ' Ἁρπυιῶν γένη —.

Hinc non iniuria colligere mihi videor, quod antiquissimo ac florentissimo artium statu et raro ab pictoribus exornabatur Chimaerae figura, et unius poetae, fortasse Homeri, adeo eos adverterat descriptio, ut alterum nihil curarent.

Contra recentiore aetate res longe aliter cecidit; nam perpauci scriptores tunc in imperfecta hac et indiserta acquiescebant imaginis notatione, velut Dio Chrysostomus *T. I.*, *p.* 666.: ὥστε πάνυ ποικίλον τε καὶ δεινὸν εἶναι θηρίον, οἷα ποιηταὶ καὶ δημιουργοὶ πλάττουσιν, Κενταύρους τε καὶ Σφίγγας καὶ Χιμαίρας, ἐκ παντοδαπῶν φύσεων εἰς μίαν μορφὴν εἰδώλου συντιθέντες. Lucilius *in Anth. Pal. XI.*, 239., 1.:

οὔτε Χίμαιρα τοιοῦτον ἔπνει κακὸν ἢ καθ' Ὅμηρον.

addendum esset καὶ Ἠλέκτρη καὶ Ἰάνθη, si Vossius vulgatam scripturam Ἰάνθη τ' Ἠλέκτρη τε debilem esse et claudam revera effecisset *ad h. p.* 119. At cfr. *hymn.* v. 418. Deinde utriusque communia sunt nomina Μελόβοσις, Τύχη, Ὠκυρόη, Ἀδμήτη, Πλουτώ, Καλλιρόη, Στύξ, Οὐρανίη, Γαλαξαύρη. quibus Χρυσηΐς accessit felicissima Hermanni emendatione. — Praeterea Τύχης memoriam ex hoc loco videtur, licet memoravit Laurent. Lydus *de mensib. III.* 3. *p.* 116.: ὅτι οὐδαμοῦ τοῦ τῆς Τύχης ὀνόματος Ὅμηρος μέμνηται, Ἡσίοδος μέντοι. — De Styge dicemus ad v. 383. — Denique scholiastae *ad h. l.* annotatio nec sibi constat in omnibus libris nec eum maximam partem habet ..., ut ex veterum praeceptis merito repeti possit. Sic in Schol. Paris. *ad v.* 359. scriptura vitiosissima Κρυσηΐς tamen adepta est explicationem. *V.* 352. codices fere omnes habent Πασιθόη, sed scholia Paris. et Veneta manifesto illam formam Πασιθέη, deinde Cantabrigiensis notavit: Πασιθέη ἐν ἄλλῳ Πασιθόη. Haec scripturae genera quum non ... singula habeant interpretationem, utrum ex librariorum ... prodierint an ex veterum auctoritate sint repetenda, ... ac debile erit iudicium. — Intercideriutne longo temporis decursu nonnulla Nympharum nomina nec ne ex testimoniis scriptorum hodie conservatis definiri non potest. Nam ... in hanc rem valere videtur *ad Pind. Ol. V.*, 1. scholion, ... cum est et ex alio exemplari facile suppleri potest. ... sunt haec: οἱ μὲν οὖν φασι τῇ πόλει (Καμαρίνῃ) τὸ ... ἐτέθη ἀπό τινος οὔσης Νύμφης. οἱ δὲ ἔκ τινος Ὠκεανοῦ ... γατρὸς Ἀμφοτέρης, ὡς Ἡσίοδος· τρὶς γὰρ μυρίαι εἰσι τανύσφυροι Ὠκεανίδες. Quo loco quae ... derint ante Hesiodi memoriam, ex scholio recenti *ad h. l.* ... colligitur: ἔν τινα Νύμφην παῖδα Ὠκεανοῦ καλεῖ διὰ τὸ ... τας ποταμοὺς καὶ πάσας πηγὰς ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν ἔχειν. Deinde quod tradit Schol. *ad Pind. Nem. X.*, 150.: Ἡσίοδος — δίδωσι τὴν Ἑλένην — θυγατέρα Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος, ex alio carmine poterat expromi genealogico.

V. 364. ab scholiasta Pindarico modo commemorato ... usurpatus est, ut verbo χίλιαι substitueret μύριαι. Quod ... ex veterum fide factum esse possit, tamen fortasse casu ... errorisque ansam praebuit Hesiod. *Opp.* 250.:

τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ —.

E *v.* 367. verba καναχηδὰ ῥέοντες tum Apollonius Dyscolus attulit *de Adv. p.* 562., 15., tum varia imitatione celebrarunt poetae, e. g. Callimachus *in Del. v.* 6... Prae ceteris vero Dionysius *Perieg. v.* 644. *sqq.* curiose Hesiodi legit vestigia, qua de re iam ab Eustathio moni...

est. Sed liberiore tamen usus est imitandi modo, ita ut eodem loco Homerici quoque exempli obversata fuerit memoria. Cfr. *Il.* ρ, 260., qui locus si advertisset Dionysii interpretem novissimum, verius, opinor, scripturae discrimina composuisset.

Vulgatam *v.* 370. scripturam *οἱ δὲ ἕκαστοι ἴσασιν* explicuit schol. Cantabr. *p.* 251.: *οὗτοι δὲ ἴσασιν οἱ ἑκάστῳ πλησίον οἰκοῦσιν ἢ οἰκοῦντες*, ubi perverse pro *ἑκάστῳ* editur *ἕκαστοι*. Mirum in modum additum illic est *ἢ οἰκοῦντες*, quod nullum habet finem, nisi forte *περιναιετόωντες* olim fecerit versus clausulam. — Minoris momenti est Eustathii annotatio *ad Dionys. l. c. p.* 225. *sq.*: *λέγει, τὰ δὲ τοιαῦτα ἐκείνοις ἂν μέλοιτο οἱ κατὰ χώραν οἰκοῦσιν. ὅμοιον δέ φασι τὸ σχῆμα τοῦτο τῷ τοῦ Ἡσιόδου, τῷ*

οἱ δὲ ἕκαστα ἴσασιν οἱ ἂν περιναιετάωσιν.

Quamquam quum ex vetustiori scholio haud dubie et ipsa desumpta fuerit, praebet fortasse discrepantiam veterum grammaticorum iudicio comprobatam.

Subsequitur *v.* 371. *sqq.* *Θείας* et *Ὑπερίονος* progenies *Ἥλιος, Σελήνη, Ἠώς*. Haec nomina assunt etiam in eadem narratione apud Apollodorum *I.*, 2. *p.* 10. Cfr. Hyg. *praef. p.* 10. Praeterea idonea veterum testimonia praesto sunt; Schol. *ad Ap. Rh. IV.*, 54.: *ὁ Ἥλιος καὶ ἡ Σελήνη Ὑπερίονος τοῦ Τιτᾶνος καὶ Θείας εἰσὶ παῖδες. Ἡσίοδος* —, sequitur *v.* 371. in utroque libro misere corruptus. Cfr. Etym. M. *p.* 449., 15., Procl. *in Tim. IV.*, *p.* 257. *med.* — Schol. *ad Od. α*, 8.: *Ἡσίοδος Ὑπερίονος (τὸν Ἥλιον) γενεαλογεῖ.* Schol. A. D. *ad Il. θ*, 480.: *τοῦ Ἡλίου, ἤτοι ὅτι Ὑπερίονός ἐστι καὶ Θείας παῖς, ὡς Ἡσίοδος.* Cfr. Et. Gudian. *p.* 542.— Schol. *Pind. Isthm. V.*, 1.: (*Ἡσίοδος*) *Ἡλίου μητέρα τὴν Θείαν γενεαλογεῖ*, subsequuntur *vv.* 371. et 374. — Schol. *ad Eurip. Phoen. v.* 179. *p.* 630.: *Ἡσίοδός φησιν ἀδελφὴν Ἡλίου εἶναι τὴν Σελήνην.* Sed quae addita sunt poetae verba:

Θείαν τ' Ἠέλιόν τε μέγαν λαμπράν τε Σελήνην
γείνατο,

tam inepte distincta sunt corruptelae genere, ut ex recenti demum codice adiecta illa esse evincant. Eadem scilicet corruptela exstat in codice Cantabrigiensi, unde Hesiodi scholia prolata sunt. V. *Ed. Bas. p.* 251. — Praeterea Ammonius *p.* 66. *s. v.* *Ἡμέρα*: (*Ἠῶ*) *πάλιν Ἡσίοδος Θείας ὑποτίθεται*, subsequuntur *vv.* 371. 2. et v. *γείνατο* e *v.* 374. Ammonii disputationem una cum verbis poetae transcripsit Eustathius *ad Odyss. p.* 1527., 57. *sqq.* — Denique Schol. Vet. *ad Pind. Olymp. VII.*, 72.: *Ὑπερίων δὲ εἷς τῶν Τιτά-*

[illegible]

Πρώτην v. 375. [illegible] Εὐρυβίη, [illegible] Ἀστραῖον, Πάλλαντα, [illegible] Apollodorum l. c. et Hyginus p. 10., [illegible] l. III., c. X., p. 438. [illegible] secundum Hesiodum illustravit [illegible] v. 1175. p. 965.

Ex Astraeo Aurora concepit Ventos, Pho[sphorum], Stellas. Consentit ex parte Apollodorus [illegible] 12.: Ἠοῦς δὲ καὶ Ἀστραίου Ἄνεμοι καὶ Ἄστρα. Ven[torum] originem ex Hesiodi fabula illustrant Suidas [illegible] p. 183. (al. Phavorin. p. 888., 20.): Θελας [illegible] ὁ Βορέας ὁ ἄνεμος, [illegible] δὲ ὁ [illegible] ὡς γὰρ Ἡσ[ί]οδος λέγει καὶ Θεῖος ἀπόγονοι οἱ Ἄνεμοι. Deinde [Ser]vius ad Virg. Aen. I., 132. T. II., p. 49.: Astraeus, [illegible] de Titanibus qui contra Deos arma sumpserunt, cum [illegible] concubuit, unde nati sunt Venti secundum Hesiod[um]. Additi sunt vv. 378. 9. ex Aldi fide concinnati, verum [illegible] quissima Serviani libri exemplaria evolventi ab editoribus [illegible] importune fuisse adiectos facile erit perspicuum. Vid. [illegible] Maii Mythogr. Vat. II., 51. p. 103. — Superest, [illegible] de gravissima dicam librorum discrepantia, quae [illegible] numero Ventorum constituendo. Secundum alios [illegible] quattuor ventos enumeravit poeta ab Aurora [illegible]

tos, alii tres tantum attribuunt eidem. Qua de re quamquam ab Scholiasta Cantabrigiensi *ad h. l.* doctissime sit ad veterum doctrinam explicatum, tamen tum propter variam exemplaris depravationem, tum quod non omnia libera sunt ab suspicione interpolationis, paullo uberius erit a nobis dicendum.

In genere gravem scholii auctoritatem nequaquam elevat et debilitat illud, quod ex uno tantum codice editum est. Nam in aliis idem sine dubio reperiri, ex solo Gyraldi usu intelligitur, qui illud ex suo libro paullo emendatius scriptum exprompsit *Hist. Deor. synt. V.*, *p.* 190. *F.*

Iam primum in eo advertunt animum verba haec: Ἀκουσίλαος δὲ τρεῖς ἀνέμους εἶναί φησι κατὰ Ἡσίοδον, Βορᾶν, Ζέφυρον καὶ Νότον. τοῦ γὰρ Ζεφύρου ἐπίθετον τὸ ἀργέστην φησίν. Vix enim ullum Theogoniae exemplum tam vetusto quam hoc defendere licet documento. Nam Acusilai scripta quamquam haud pauci fuerunt antiqua memoria, quibus suppositicia esse viderentur (v. Voss. *hist. Gr. I.*, 2. *p.* 58. *b.*), ea tamen aetate composita fuisse oportet, ut ab Apollodoro, Cicerone, Strabone sine suspicione fraudis commemorari potuerint. Hoc autem de quo dicimus Acusilai testimonium ex Genealogiis videtur esse ductum, quas eum composuisse Suidas auctor est *s. v.* Ἀκουσίλαος: ἔγραψε γενεαλογίας ἐκ δέλτων χαλκῶν ἃς λόγος εὑρεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ ὀρύξαντά τινα τόπον τῆς οἰκίας αὐτοῦ. De eadem scriptione explicandum esse videtur, quod Clemens Alex. Acusilaum Hesiodi carmina, genealogiis, opinor, destinata, sermone soluto expressisse ac tanquam sua in publicum produxisse tradit. V. *Strom. VI.*, *p.* 629. Verum quoniam Clemens Acusilai librum vix pertractavit ipse, sed ad aliorum potius famam de eo exposuit, non plena ex eius narratione percipi potest libri notitia. Contra verius de eo iudicare possumus secundum Iosephi auctoritatem *c. Ap. I.*, *p.* 1034. (cll. Euseb. *Ev. Praep.* X., *p.* 280.): πλέον γοῦν διὰ τῶν βιβλίων ἀλλήλους ἐλέγχουσιν καὶ τἀναντιώτατα περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν οὐκ ὀκνοῦσι. περίεργος δ' ἂν εἴην ἐγὼ τοὺς ἐμοῦ μᾶλλον ἐπισταμένους διδάσκων, ὅσα μὲν Ἑλλάνικος Ἀκουσιλάῳ περὶ τῶν γενεαλογιῶν διαπεφώνηκεν, ὅσα δὲ διορθοῦται τὸν Ἡσίοδον Ἀκουσίλαος, ἢ τίνα τρόπον Ἔφορος Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν, Ἔφορον δὲ Τίμαιος, καὶ Τίμαιον οἱ μετ' ἐκεῖνον γεγονότες, καὶ Ἡρόδοτον πάντες. Ex horum exemplorum usu illud certo colligi posse videtur, quod Acusilaus licet multis partibus Hesiodeam fabularum rationem probaverit scriptoque expresserit, nonnumquam tamen ubi sub iustam illa caderet suspicionem, addita castigatione,

ab exemplo recessit aliorumque amplexus est narrationem. Iam quae ex variis scriptorum dictis de Acusilai libro effecisse videmur, his scholiastae Hesiodei narratio haudquaquam disconvenit. Nam ex hac quoque elucet, primordia artis criticae in illius cadere aetatem. Edixit igitur ἀργέστην vocabulum pertinere ad *Ζέφυρον* epitheti instar: quodsi eo tempore de Typhoeo locus iam in exemplaribus carminis ferebatur, v. 870. unum tantum scripturae genus *καὶ ἀργέσται Ζέφυρον* in iisdem exsistere potuisse consectarium est. — Acusilai iudicium multi sequuti sunt recentiore aetate, quum hic locus multis disputationibus agitaretur. Primum in eandem sententiam certa coniectura reformavimus Hyginum praef. pag. 10.: *Ex Astraeo et Aurora Zephyrus, Boreas, Notus.* Cfr. l. III. c. VII., p. 359. E contrario Schol. *Aesch. Prom.* v. 349. p. 26., ubi praeter Zephyrum et Boream venti omnes ab Typhoeo procreati feruntur, vide ne addendus sit Notus. Deinde pro adiectivo habuit illud qui prima composuit scholii verba: *τὸν ὀξὺν καὶ ταχὺν καὶ καθαρόν.* Hic enim finienda est enuntiatio. Denique auctor hymnorum Orphicorum 79. 80. 81. tres tantum concelebravit ventos Zephyrum, Boream, Notum; quae quidem Hesiodi Orpheique convenientia in tempore notata iam est ab Gyraldo *hist. Deor.* p. 190. E. Cfr. Voss. *Epist. Myth.* T. I., p. 262. II., p. 87.

Interim plerique, relicta Acusilai auctoritate, ad Homeri exemplum vulgatissimum quartum de coniectura introducendum esse putarunt ventum: conatum adiuvit insignis structurae metrique commoditas. Verum quamquam de eo inter omnes convenit, quod Ἀργέστην quartum venti nomen statuerunt, tamen qua regione ille fuerit ponendus multum miserumque in modum ambigebant. Alii igitur Argesten ab Hesiodo autumabant appellari eum, quem Eurum vocavit Homerus. Nam quum in genere venti interdum ἀργέσται a poetis vocati essent (Nicand. Al. v. 175., Hesych. T. I., p. 515.), Euro per excellentiam illud instar veri nominis iniungi potuisse putabant. Hanc sententiam professus est is, cui in schol. Gant. debentur verba: *πνεῖ δὲ Ἀργέστης, ὁ καὶ Εὖρος καλούμενος, ἀπὸ ἀνατολῆς, ὁ δὲ Ζέφυρος ἀπὸ δύσεως.* Et ad v. 868.: *Ἀργέστης ὁ ἀπηλιώτης, ὃν λέγει ὁ Ὅμηρος Εὖρον.* Haec sententia sat antiqua haberi debet, quoniam ab Schol. B. L. ad Il. λ, 306. accepta est: (*ἀργεστᾶο*) *εἰ μὲν τὸν Εὖρον δηλοῖ, ἔστι κύριον προπαροξυνόμενον, εἰ δὲ ἢ τοῦ Νότου ἐπίθετον προπερισπᾶται.* Deinde ab Etymologo M. p. 136, 26.: *Ἀργέστης τὸ κύριον βαρύνεται, οἷον:*

Ἀργέσταο παρ' ὕσσον ἐπιπνείοντος ἔβησαν,

δηλοῖ τὸν ἀπηλιώτην ἄνεμον. Ἀπολλώνιος ὁ τὰ Ἀργοναυτικά (*II.*, 961.), quamquam verbo erit in hoc notandum, quod veterum doctrinam perverse adhibuit loco. Scilicet subsolano vento Argonautas facit orientem versus ferri: quam quidem rem pulchre persuasit D. Heinsio *ann. ad Hesych. T. II.*, *p.* 1206. — Sed licet antiquam auctoritatem habeat interpretatio, tamen ex Aristarchi decreto eam esse repetendam temere effutiebat Gaisfordus. Etenim in eiusdem scholii verbis: Ὅμηρος εἶπεν ἀργέστην τὸν λευκὸν Νότον. τοῦτο ἀρχή, (sic) ἀπηλιώτην φησί, palaeographicis perductus rationibus reposuit de coniectura: τοῦτον Ἀρίσταρχος ἀπηλιώτην φησί. At vero primum illud coniectandi genus, quod sola nititur facilitate palaeographica nec doctioribus aliunde sustentatur argumentis, aut nullam aut prorsus infirmam habet persuadendi vim. Deinde quum ex exemplari typis expresso ducta sint verba, omnis ista disputatio palaeographica iusto caret fundamento: nobis enim in illo exemplari percensendo prae ceteris cum typotheta Basileensi est digladiandum. Denique Gyraldi codex hoc loco longe quid praebuit aliud *l. c. p.* 190. *F.*: *Sed Homerus Argesten Leuconoton vocavit et Apelioten Eurum.* Et hoc sane commode ab auctore poterat in hac causa commemorari. V. Schol. *ad v.* 870., Apoll. *Lex. p.* 312., Hes., Etym. M. *s. v.* Εὖρος. Sed in Cantabrigiensi libro si quis tamen propter litterarum dissimilitudinem aliud quid delituisse contendat, equidem non multum repugnaverim, praesertim quum commodum ac facile in promptu sit coniecturae genus: οὗτος δὲ Ἀργέστην τὸν ἀπηλιώτην φησί. Ex solenni notatione discriminis, quod utrique poetae intercedit, magna scholio paratur vetustatis similitudo.

.... Sed his merito obloquebantur alii: mirum enim videbatur, quod Argestes esset ab Hesiodo appellatus, qui e contrario positus erat ei, quem Graeci secundum communem consuetudinem hoc nomine nuncupabant. Ac profecto quicquid de Argeste dissentiebant Graeci, ab occasu eum flare nemo negavit. Alii autem eum ab occasu solstitiali ferri putabant, v. c. Aristot. *Meteor. II.*, 6. *p.* 363. et *ap. Stob. Ecl. Phys. I.*, 42. *p.* 670., Posidonius *ap. Strab. I.*, *p.* 51. *A. B.*, Schol. *Ap. Rh. II.*, 961., Plin. *N. H. II.*, 47., Lyd. *de mens. IV.*, 76. *p.* 278. Atticorum autem inprimis hanc fuisse consuetudinem, illustrant Strabo *I.*, *p.* 50. *A. IX.*, *p.* 600. *B.*, Eustath. *Il. p.* 1239. *in.*, Hesych. *T. II.*, *p.* 1205. Contra de aliorum sententia ab occasu hiemali flabat Argestes; v. Strabon. *I.*, *p.* 50. *sq.*, Gell. *N. A. II.*, 22. — Itaque qui popularem consuetudinem in contrarium transmutari posse negarunt, in exemplo Hesiodeo Argesten ab occasu

spirare sinebant, Zephyrum autem, de cuius ortu multae iam inter veteres commotae erant dissensiones, in Eurum facile convertebant. Hunc in modum tractatus Hesiodus est ab eo, qui in schol. Cant. scripsit: *Ἀργέστην* (τὸν) *Ζέφυρον εἶπεν, Ζέφυρον δὲ λέγει τὸν Εὖρον.* Sic enim verba disiungenda fuisse collucet.

Plena igitur hoc loco in veterum dissensuum inquirendi concessa nobis fuit potestas: ex quo quod non magna redundarit ad rem criticam utilitas, studio saltem non poterit imputari meo. Videlicet praeclaro exemplo cognoscimus, quanta in his rebus diiudicandis iam olim regnarit opinionum libido. Ad litem dirimendam haec tempora parum idonea sunt: quamquam fortasse praevalebit apud prudentes Acusilai sententia, quippe quae et epicae dictionis legibus conveniat unice (v. *l. I.*, *c. III.*, *p.* 46. *sq.*) et subtili rerum pertractatione illustrari possit.

Pallanti ex Hesiodi narratione nupsisse Stygem Oceani filiam, ut exemplaria referunt carminis, ita testatur sincere est Pausanias *VIII.*, 18., 1.: *εἶναι δὲ τὴν Στύγα Ἡσίοδος μὲν ἐν Θεογονίᾳ πεποίηκεν —, πεποιημένα οὖν ἐστὶν ἐνταῦθα Ὠκεανοῦ θυγατέρα τὴν Στύγα, γυναῖκα δὲ αὐτὴν εἶναι Πάλλαντος.* — Quattuor deinde ex his prognata esse numina consentit Apollodorus *Bibl. I.*, 2. *p.* 12.: *Πάλλαντος δὲ καὶ Στυγὸς τῆς Ὠκεανοῦ Νίκη, Κράτος, Ζῆλος, Βία.* Cfr. Hygin. *p.* 10. a nobis supra reconcinnatum. *Νίκης* memoriam, quae librariorum stupore lusa erat, copiosa disputatione vindicasse videmur *l. II.*, *c. V.*, *p.* 196. *sqq.* *Κράτος* et *Βίη* hinc et Aeschylus mutuatus est *Prometheo*, et Callimachus *in Iov.* 67. Alii vero formae ambiguitate freti, non feminam fuisse concesserunt *Βίην*, verum viri nomen *Βίας* illic latere existimarunt. V. Proclum *in Tim.* *I.*, *p.* 56. — Denique per Stygem gravissimum Dis a Iove constitutum fuisse iusiurandum propterea quod commoto Titanum bello una cum liberis prima suscepit Iovis partes, ex Hesiodi fide haud contemnendi prodidere auctores. Primum locum merito tenebit Schol. *ad Il.* *τ*, 127. *p.* 282. *ed. Ald.*, ab Bekkero illud prorsus praetermissum: *τὸ Στυγὸς ὕδωρ, τὴν Στύγα Ὠκεανοῦ παῖδα οὖσαν, καὶ αὐτὴν τιμιωτάτην τῶν ἀδελφῶν μετὰ τὴν τῶν οὐρανίων θεῶν μάχην τῶν λεγομένων Τιτάνων εἶναι συνέβη διὰ τήνδε τὴν αἰτίαν. Οἱ περὶ Κρόνον Οὐρανοῦ παῖδες ἀρχαῖοι Τιτᾶνες τοῖς ἀμφὶ τὸν Δία νεωτέροις θεοῖς πόλεμον ἤραντο, καὶ τοῦ Διὸς συμμάχους ἀγείροντος ἡ Στὺξ πρώτη πάντων σὺν τοῖς παισὶν αὐτῆς παρεγένετο, δι' ὃ ἐξόχως αὐτὴν ἐτίμησαν οἱ περὶ τὸν Δία θεοὶ καὶ τὸ ὕδωρ αὐτῆς τῆς ἐν Ἅιδου πηγῆς θεῶν ὅρκον ἐποίησαν.* Idem scho-

lien in Mosqu. scholiorum codice ad *v.* 113. appositum est, adiectis in fine his: *ἡ ἱστορία παρὰ Ἡσιόδῳ ἐν Θεογονίᾳ.* V. Heyne *Comm. Homer. T. VII.*, *p.* 630. Nec aliunde hausisse videtur Tzetzes *ad Lycophr. v.* 707. *p.* 752.: *ὅρκον τῶν θεῶν μυθικῶς ὁ Ζεὺς ἐποίησε τὴν Στύγα, διότι πρώτη τῶν λοιπῶν θεῶν σὺν τοῖς ἰδίοις παισὶν εἰς τὴν κατὰ Τιτάνων μάχην ἦλθε συνεργὸς τῷ Διΐ, ὥς φησιν Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ.* Praeterea alii quoque Stygem iusiurandum fuisse Deorum gravissimum, ad Hesiodi auctoritatem stricte referunt. V. Schol. V. *ad Pind. Ol. VII.*, 119., Schol. A. D. *ad Il. θ*, 369., Et. M. *p.* 731., 33., Schol. *Il. ο*, 37. — His igitur omnibus quum vulgatam codicum Hesiodeorum narrationem admodum videamur confirmasse, superest, ut paucis dispiciamus, quid de singulari memoria Scholiastae Homerici Leidensis ab illis mirum in modum discrepante tuto statuere liceat. Exprompsit verba Valckenarius *Opp. T. II.*, *p.* 127. *ad Il. τ*, 127. apposita haec: *ἱστορία. οἱ περὶ Κρόνον Οὐρανοῦ παῖδες ἀρχαῖοι Τιτᾶνες τ. ἀ. τ. Δ. ν. θ. π. ἥ.* (vide supra), *καὶ τοῦτο πράττειν δι' ἐπιβουλῆς ἐγνώκασι καὶ δηλοῦσι τοῦτο Διΐ καὶ ἀξιοῦσιν αὐτοῖς συγκροτῆσαι τῷ τοῦ πολέμου καιρῷ καὶ τιμῆσαι τὴν Στύγα καὶ τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ὅρκον θεῶν ποιῆσαι. ἡ ἱστορία παρὰ Ἡσιόδῳ καὶ Θεογόνῳ.* Primum verbo notanda hic erit temeraria Osanni audacia, qui mendosae codicis scripturae adeo sese in mancipium dedit, ut Theogonum quendam hinc effingeret Theogoniae cyclicae auctorem. V. Mueller. *de cycl. ep. p.* 184. Perspicuum enim est verba *καὶ Θεογόνῳ* corrupta esse ex *ἐν Θεογονίᾳ.* Deinde ipsa grammatici narratio omni caret concinnitate, ita ut et lacunis et pannis alienis disiuncta sit et perrupta. In genere autem scholii fundamentum ea fuit narrationis species, quam scholia minora et Mosquensia exhibent: monstrat enim verborum convenientia principio ac fine annotationis collocatorum. Corruptela vero illata eum in modum est, ut diversum fabulae genus ab aliis traditum Hesiodeo temere fuerit admistum. V. Natal. Comes *Mythol. l. III.*, 2. *p.* 196.: *Alii honorem illum datum fuisse Stygi dixerunt, quia coniurantium Deorum adversus Iovem, cum illum vincere voluerunt, insidias patefecerit.* Quapropter grammaticus Leidensis nec aequare, nedum superare videtur reliquorum auctoritatem, nec quicquam contra librorum fidem habet momenti.

Post Crii familiam Hesiodus recenset Coei Phoebesque progeniem, Latonam et Asterien *v.* 404. *sqq.* Eadem tradit Apollodor. *I.*, 2. *p.* 10. nominum sede permutata, cll. Hyg. *praef. p.* 10. — Asteriae deinde iungitur

Perses Crii filius, unde nata est Hecate. Cfr. Apollod. *I.*, 2. *p.* 12. Testatur rem profuse Tzetzes *ad v.* 1175. *p.* 945.: *Ἡσίοδος τὴν Ἑκάτην Πέρσου καὶ Ἀστερίας φησὶ θυγατέρα καὶ οὐ Περσέως· οὐδὲ μὴν Πέρσου τινὸς νεωτέρου, ἀλλὰ Πέρσου τοῦ παλαιοῦ, ὃς ἦν παῖς Εὐρυβίας καὶ Κρίου τῶν Οὐρανοῦ παίδων. ἡ δὲ Πέρσου γυνὴ Ἀστερία παῖς ἦν Κοίου καὶ Φοίβης.* Servius *ad Virg. Aen. IV.*, 511. *p.* 561. *T. II.*: *secundum Hesiodum Hecate et Titanis et Asteriae filia est.* Eustath. *ad Od. p.* 1651., 56.: *τὴν Ἑκάτην Ἡσίοδος Περσηΐδα καλεῖ.* Gemina habet Schol. vulg. et Q. *ad Od. x*, 139. Praeterea ad idem Theogoniae exemplum referendum sine dubio est Lactantii *Placidi ad Stat. IV.*, 482. *p.* 188. *Cruc.* scholion librariorum grammaticorumque culpa detestabilem in modum deturpatum: *Quare autem Persecate est ratio. Quidam enim volunt non Iovis filium Mercurium, sed Pyrrhae (alii Pyrae): in qua opinione etiam Hesiodus versatur in his libris, quos de Theogonia scripsit.* Quamquam permulti ex hoc loco expedire sese non potuerunt frustraque coniecturas periclitati sunt, v. c. Gyraldus *Hist. Deor. p.* 308. *C. D.*, Cruceus *pag.* 725., Barthius *ad Stat. T. II.*, *p.* 1114., certa tamen adest emendandi ratio. Etenim scripta fuit annotatio explicando nomini *Persei* sive *Persea*, quo Hecaten compellavit poeta. Facile igitur redintegrabimus istam eum in modum, ut reponamus: *Quare autem Perseis Hecate [haec] est ratio: quidam enim volunt non Iovis filiam Hecaten, sed Persae.* Iovis filiam multi dixerunt Hecaten, v. c. Schol. *ad Ap. Rh. III.*, 1035., *ad Theocr. II.*, 36. *p.* 27. Mercurii deinde nomen ab inepto grammatico pro Hecate est illatum, tum quod male intellexerat poetae verba, tum quod Lactantius Mercurii genus proxime explicatius pertractavit.

Quae subsequitur *v.* 411. *sqq.* profusa Hecates laudatio munerumque descriptio, ab scriptorum grammaticorumque usu aut nullum aut exiguum habet praesidium. Primum *v.* 413. bis usurpavit scholiasta Euripideus, ita tamen ut structura enuntiationis paullo immutata sit. *Ad Hipp. v.* 146. *p.* 470. *ed. Bas.*: *τῇ Ἑκάτῃ, περὶ ἧς φησὶν Ἡσίοδος:*

μοῖραν ἔχει γαίης καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.

Convenit *ad eand. fab. v.* 228. *p.* 483. Verum quoniam multae in haec scholia recenter illatae sunt annotationes, infirma sine dubio discrepantiae constat fides, praesertim quum inferri in carmen non possit nisi universa loci commissura et soluta et immutata. — Deinde *v.* 426. ad verba Apollonii *III.*, 1035.: *μουνογενῆ δ' Ἑκάτην Περσηΐδα* ab utro-

que scholiasta appositus est, ab Parisino ita, ut ἦσσον praeter auctoris sententiam in ἴσον abierit, a Florentino in hunc modum:

σὐδέ τι μουνογενὴς ἧσσον θεὰ ἔμμορε τιμῆς,

quod facilem saltem habet explicatum et ex antiquorum auctoritate fortasse repetendum est. — Denique *v.* 440. respiciunt Schol. B. L. V. *ad Il.* π, 34. *p.* 439.: γλαυκὴν δὲ ἅπαξ εἰπόντος (τὴν θάλασσαν) Ὁμήρου, Ἡσίοδος ἀντὶ κυρίου αὐτὸ ἐξέλαβεν. Cfr. Schol. A. *ibid.* et A. V. *ad Il.* π, 748. *p.* 465.: καὶ Ἡσίοδος δὲ ἐπὶ τῆς θαλάσσης τέταχε:

καὶ τοῖς οἳ γλαυκὴν δυσπέμφελον ἐργάζονται.

Qui sequitur *v.* 453. *sqq.* de Saturni Rheaeque liberis locus, quum ex eorum numero haberi debeat, in quibus totius Theogoniae vertitur cardo, maximopere erit dolendum, quod veterum testimonia de eo nec tam copiosa nec tam diserta supersunt, ut omnem rem in clara luce ponere liceat. Primum tres filias totidemque filios procreasse Saturnum omnes consentiunt. *V.* 454., quo filiarum continentur nomina, haud sincere conservavit Ammonius *s. v.* βωμός *p.* 33.: καὶ ἡ σωματοειδὴς θεὸς Ἑστία ἐστίν:

Ἣν καὶ Δήμητραν καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον.

Sed post Eustathii demum tempora corruptum esse locum efficitur ex *comm. ad Od. p.* 1564., 32.: Ἑστία δέ φασι καὶ σωματοειδὴς θεά, ἢ καὶ διὰ τοῦ Τ, οἷον·

Ἱστίην καὶ Δήμητραν καὶ Ἶριν χρυσοπέδιλον.

Cfr. *ib. p.* 1756., 22. *sq. p.* 1814. *in.* Quae Eustathii propria est corruptela Ἶριν, fortasse ne illius quidem calamo attribui potest, sed ab editoribus ex codice Hesiodeo temere illata est. Cfr. *l. I.*, c. *II.*, *p.* 17. Denique Etymologus M. versum usurpavit ita scriptum *p.* 382., 46., ut praeter Ἥραν omnia proba sint et emendata. — Filiorum deinde nomina ex Hesiodi fide apposuerunt Theophil. *ad Autol. II.*, 5. *p.* 90., Nonn. *ad Greg. p.* 517. *A.*, *ed. Mont. p.* 153., Theodoret. *affect. Graec. cur. II.*, *p.* 735. *III.*, *p.* 768. — Praeterea ordinem nominum poeta instituit eum, ut filiarum nomina ante filios posita sint, horum deinde seriem claudat Iupiter: eundem iam olim, opinor, viderunt critici. Nam *ad Il.* δ, 59.:

καί με πρεσβυτάτην τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης,

Schol. Ven. A. notavit haec: τιμιωτάτην νῦν· πλανηθεὶς *)

*) Sic exaratum est in Villoisoniano libro, quem Bekkerus non emendasse hoc loco, sed deturpasse censendus est: substituit enim πλαγιασθείς. Illud etiamsi de coniectura fuisset scriptum, tenendum tamen erat ob locupletem eiusdem usus commendationem. V. Schol. *ad Il.* ε, 422. σ, 88. ζ, 181. *ad Od.* ι, 106. θ, 362.

ab exemplo recessit aliorumque amplexus est narrationem. Iam quae ex variis scriptorum dictis de Acusilai libro effecimus o- demur, his scholiastae Hesiodei narratio haudquaquam co- convenit. Nam ex hac quoque elucet, primordia artis criticae in illius cadere aetatem. Edixit igitur ἀργέστην vocabulum pertinere ad Ζέφυρον epitheti instar: quodsi eo tempore de Typhoeo locus iam in exemplaribus carminis ferebatur, v. 870. unum tantum scripturae genus καὶ ἀργέσται Ζέφυροι in iisdem exsistere potuisse consectarium est. — Acusilai iudicium multi sequuti sunt recentiore aetate, quum hic locus multis disputationibus agitaretur. Primum in eandem sententiam certa coniectura reformavimus Hyginum *praef.* pag. 10.: *Ex Astraeo et Aurora Zephyrus, Boreas, Notus.* Cf. LIII, *c. VII., p.* 359. E contrario Schol. *Aesch. Prom.* v. 353. *p.* 26., ubi praeter Zephyrum et Boream venti omnes ab Typhoeo procreati feruntur, vide ne addendus sit Notus. Deinde pro adiectivo habuit illud qui prima composuit scholii verba: *τὸν ὀξὺν καὶ ταχὺν καὶ καθαρόν.* Hic enim finienda est enuntiatio. Denique auctor hymnorum Orphicorum 79. 80. 81. tres tantum concelebravit ventos Zephyrum, Boream, Notum; quae quidem Hesiodi Orpheique convenientia in tempore notata iam est ab Gyraldo *hist. Deor. p.* 190. *E.* Cf. Voss. *Epist. Myth. T. I., p.* 262. *II., p.* 87.

Interim plerique, relicta Acusilai auctoritate, Homeri exemplum vulgacissimum quartum de coniectura introducendum esse putarunt ventum: conatum iuvit insignis structurae metrique commoditas. Verum quamquam de eo inter omnes convenit, quod Ἀργέστην quartum venti nomen statuerunt, tamen qua regione ille fuisset ponendus multum miserumque in modum ambigebant. Alii igitur Argesten ab Hesiodo autumabant appellari eum quem Eurum vocavit Homerus. Nam quum in genere venti interdum *ἀργέσται* a poetis vocati essent (Nicand. *Al.* *v.* 175., Hesych. *T. I., p.* 515.), Euro *per excellentiam* illud instar veri nominis iniungi potuisse putabant. Hanc sententiam professus est is, cui in schol. Cant. debentur verba: *πνεῖ δὲ Ἀργέστης, ὁ καὶ Εὖρος καλούμενος, ἀπὸ ἀνατολῆς, ὁ δὲ Ζέφυρος ἀπὸ δύσεως.* Et *ad v.* 868.: *Ἀργέστης ὁ ἀπηλιώτης, ὃν λέγει ὁ Ὅμηρος Εὖρον.* Haec sententia sat antiqua haberi debet, quoniam ab Schol. B. L. *ad Il.* λ, 306. accepta est: (*ἀργεστᾶο*) *εἰ μὲν τὸν Εὖρον δηλοῖ, ἔστι κύριον προπαροξυνόμενον, εἰ δὲ ἢ τοῦ Νότου ἐπίθετον προπερισπᾶται.* Deinde ab Etymologo M. p. 136. 26.: *Ἀργέστης τὸ κύριον βαρύνεται, οἷον:*

Ἀργέσταο παρ' ἄσσον ἐπιπνείοντος ἔβησαν,

θρωποι σχεδὸν ταῦτα πεπιστεύκασι περὶ σοῦ. Cui Saturnus respondet graviter: *οἴει γάρ τι τὸν ποιμένα ἐκεῖνον τὸν ἀλαζόνα ὑγιές τι περὶ ἐμοῦ εἰδέναι;* — Quod nisi Hesiodum aut prae ceteris aut solum sequutus erat Lucianus, apte et concinne non potuisset pronuntiari. Itaque hinc colligimus, eum fuisse tunc Hesiodeae narrationis tenorem, ut Saturnum cum reliquis Titanibus bello (h. e. Titanomachia) ab Iove fratribusque superatos, deinde vinctos et in Tartarum fuisse coniectos tradiderit. Idem genus expressit Palladas *Anth.* X., 53., 3—6. Verum codices Hesiodei aut dissentiunt fortiter aut muti sunt. Nam Titanomachiae interfuerunt sane cum Iove quotquot Saturno erant prognati. V. *vv.* 624. 5. 6. 33. 4. 648. 668. At Saturnus superatus iam erat a filio, priusquam, Terrae astutia coactus, ad lucem denuo emisit gnatos. V. *v.* 494. *sqq.* Deinde una cum Titanibus idem sane versatur in Tartaro, v. *v.* 851.: verum utrum eodem tempore illuc fuerit coniectus an non, ne verbo quidem usquam indicatum est.

Quod quum ita sit, aut Lucianus commiscuit, ut assolet, diversas veterum fabulas Hesiodoque vulgarem earum tribuit speciem, aut Hesiodeorum librorum fides recenti aetate sive grammaticorum sive theologorum studio laesa est. Utrumque accidere potuit, alterum autem propter dissolutum et imperfectum h. l. narrandi genus insignem habet veri similitudinem. Interim si exemplaria hac parte lacunam ostendunt ab criticis olim utut fieri poterat curatam, eandem iam Theophili temporibus ad plerosque pertinuisse libros probabile est. Nam ubi ad Hesiodi auctoritatem Saturnum ab Iove filio tradidit bello fuisse superatum, nullo alio eam in rem usus est testimonio, quam versibus prooemii 73. 74.: id quod si uberiorem ex Theogonia premere potuisset narrationem, nullo pacto fuisset factum. Contra Platonis aetate *Κρόνου πάθη* explicatius et plenius hoc carmine fuisse enarrata, non immerito Wolfius colligere sibi visus est ex *l. de Rep. II.*, *p.* 377. 8.: *ἀλλ' οὐκ ἐννοῶ οὐδὲ τοὺς μείζους μύθους τίνας λέγεις. — Οὓς Ἡσίοδός τε, εἶπον, καὶ Ὅμηρος ἡμῖν ἐλεγέτην καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί. — πρῶτον μὲν τὸ μέγιστον καὶ περὶ τῶν μεγίστων ψεῦδος ὁ εἰπὼν οὐ καλῶς ἐψεύσατο, ὡς Οὐρανός τε εἰργάσατο ἅ φησι δρᾶσαι αὐτὸν Ἡσίοδος ὅ τε αὖ Κρόνος ὡς ἐτιμωρήσατο αὐτόν. τὰ δὲ δὴ τοῦ Κρόνου ἔργα καὶ πάθη ὑπὸ τοῦ υἱέος, οὐδ' ἂν εἰ ἦν ἀληθῆ, ᾤμην δεῖν ῥᾳδίως οὕτω λέγεσθαι πρὸς ἄφρονάς τε καὶ νέους, ἀλλὰ μάλιστα μὲν σιγᾶσθαι.* Deinde *οὐδὲ λεκτέον νέῳ ἀκούοντι ὡς ἀδικῶν τὰ ἔσχατα οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ποιοῖ, οὐδ' αὖ ἀδικοῦντα πατέρα κολά-*

ζων παντὶ τρόπῳ, ἀλλὰ δρῴη ἂν ὅπερ θεῶν οἱ πρῶτοι τε καὶ μέγιστοι. Obscure sententia est enuntiata, ut de explicatione poesis ambigere. Sed procul absit omnis de re turpicula cogitatio, qualem Orphici in hanc fabulam introduxerunt. V. Liban. *T. III.*, *p.* 42. Quale vero indicare voluerit Plato impietatis genus, optime perspicitur ex eiusdem *Eutyphr. init.*: αὐτοὶ οἱ ἄνθρωποι τυγχάνουσι νομίζοντες τὸν Δία τῶν θεῶν ἄριστον καὶ δικαιότατον καὶ τοῦτον ὁμολογοῦσι τὸν αὑτοῦ πατέρα δῆσαι ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν οὐκ ἐν δίκῃ, καὶ ἐκεῖνόν γε αὖ τὸν αὑτοῦ πατέρα ἐκτεμεῖν δι' ἕτερα τοιαῦτα. Ergo vinctum fuisse ab filio Saturnum significare illic quoque volebat Plato. Sed ne quis tamen ex Hesiodo fabulam ab eo fuisse repetitam neget pertinacius, Platoni adiungamus Dionem Chrysostomum, qui eandem rem secundum hunc poetam memoriae tradidit *de servit. I.*, *p.* 443.: ὅ γε τῶν θεῶν βασιλεὺς ὁ πρῶτος καὶ πρεσβύτατος δέδεται, ὥς φασιν, εἰ χρὴ πιστεύειν Ἡσιόδῳ τε καὶ Ὁμήρῳ καὶ ἄλλοις σοφοῖς ἀνδράσιν, οἳ περὶ Κρόνου ταῦτα λέγουσι.

Itaque quoniam codicum auctoritatem hac parte argumentis haud levibus labefactasse videmur, eisdem circa singula verba, quibus narratio perscripta est quaeque sub interpolationis suspicionem merito cadunt saepenumero, haud admodum liberalis adiungenda erit fides. Scholia ad hos versus apposita novitiam fere omnia produnt originem, paucis tamen exceptis *ad vv.* 484, 485. His accenseri non potest scholion Cantabrigiense *ad v.* 465. *p.* 255.: ἄλλοι γράφουσι πατρὸς μεγάλου διὰ βουλάς. ὅπως γὰρ γραπτέον πατρὸς τουτέστι Οὐρανοῦ. Ὁ γὰρ Ζεὺς πῶς εἶχε συμβουλεῦσαι τῷ Κρόνῳ μήπω γεννηθείς *). Nam argumentatio ex bonorum criticorum ingenio aestimata nimis est stolida, medela deinde adeo adversatur metro, ut antiquis iure meritoque imputari non possit. Ceterum videmur ipsa nacti esse auctoris verba, qui correctionem calide repertam magno tumore effutiebat. Commode igitur pro corrupto vocabulo ὅπως reponemus ὅλως. — Grammaticorum haud spissiora servata sunt documenta. Primum *v.* 484. memoriam conservavit schol. *ad Arat. v.* 33. *p.* 271. *et* 20. *B.*: τινὲς γράφουσι σχεδὸν Αἰγαίοιο παρ' Ἡσιόδου λαμβάνοντες, φάσκοντος τραφῆναι τὸν Δία ἐν Αἰγαίῳ ὄρει πεπυ-

---

*) Verba proxima usque ad v. ζωῆς pertinent ad *v.* 457. et in hunc modum sunt corrigenda: ἐν τούτῳ ἡ ζωή· καὶ διὰ τοῦτο τελευταῖος. Cfr. Aristot. *ap. Eustath. p.* 414., 37.

κασμένῳ ἐλόεντι (sic). εἰ δὲ μηδέν ἐστιν ὄρος ἐν Κρήτῃ Αἰγαῖον, ἄμεινον διαστέλλειν κ. τ. λ. Hinc primum certo colligimus, eo tempore quo haec scholia scripta sunt, omnem perisse inter eruditos Aegaei montis memoriam: itaque dubium esse non potest, cur nec apud Strabonem nec apud Stephanum Byz. ullum eius supersit vestigium. Deinde si premere licet grammatici verba, versum 484. non cum v. 482., sed cum v. 480. vidit constructum: fortasse igitur vv. 481. 482. seriore aetate accessisse evincit. Interim in re ambigua nolo quicquam affirmari. — Deinde verba γυάλοις ὑπὸ Παρνησσοῖο v. 499. usurpavit Apollon. Soph. *Lex. Hom.* p. 211.: Τιθέασι δέ τινες τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ τῶν κοιλωμάτων, ὡς Ἡσίοδος· γ. ὑ. Π.

Vv. 501 — 506. hodie sine ullo narrationis vinculo intempestive appositi sunt: verum ubi ante eos disertam de Saturno vincto narrationem repertam olim fuisse convenit, concinna simul efficitur sententiarum continuatio. Vid. Schol. *ad Aeschyl. Prom.* v. 958. p. 56.: (τοὺς Κύκλωπας) ὁ Κρόνος μὲν τῷ Ταρτάρῳ προσέδησεν, ὡς ἐπιβούλους πτοούμενος, ὁ δὲ Ζεὺς τῆς βασιλείας κρατήσας τὸν μὲν πατέρα Κρόνον εἰς Τάρταρον κατάγει, τοὺς δὲ εἰρημένους ἀνάγει καὶ συνεργοὺς τοῦ Κράτους ἔχει, τὸν μὲν βροντὴν μηχανώμενον αὐτῷ, τὸν δὲ Στερόπην ἀστραπὴν εἰς ἐκφόβησιν πάντων τῶν ἄλλων θεῶν. Grammaticus Aeschyleus qua fide dignus sit in hac causa, luculentissimo mox commonstrabimus documento.

Iapeto Hesiodus matrimonio iunxit Clymenen Oceani filiam: consentiunt Schol. *ad Aesch. Prom.* v. 18. p. 6. et v. 347. p. 25., Hyginus *praef.* p. 10., Servius *ad Virg. Ecl. VI.*, 42. *T. I.*, p. 99. — Ex his natos esse dicit Ἄτλαντα, Μενοίτιον, Προμηθέα, Ἐπιμηθέα. Eadem nomina praebet Apollodorus *Bibl. I.*, 2., p. 11. Cfr. Hygin. *pr.* p. 10. et Schol. *Aesch. Prom.* v. 347. p. 25. — Iam singulorum deinceps describuntur fata. De Epimetheo quae leguntur v. 513.:

πρῶτος γάρ ῥα Διὸς πλαστὴν ὑπέδεκτο γυναῖκα
παρθένον,

quum uberiori fabulae traditioni, quae in Operibus circumfertur, nequaquam conveniant, aut mendosa sunt ac recens deturpata, aut ab criticis veteribus tolerari saltem non potuerunt. Eodem loco quod v. παρθένον quamquam nullum habet sententiae momentum, principio tamen versus collocatum ita est, ut enuntiati simul faciat clausulam, et ipsum iustam movet suspicionem. — Deinde Menoetium vv. 514 — 516. percussum esse fulmine, Apollodorus et scholia Aeschylea con-

ab exemplo recessit aliorumque amplexus est narrationem. Iam quae ex variis scriptorum dictis de Acusilai libro effecisse videmur, his scholiastae Hesiodei narratio haudquaquam disconvenit. Nam ex hac quoque elucet, primordia artis criticae in illius cadere aetatem. Edixit igitur ἀργέστην vocabulum pertinere ad Ζέφυρον epitheti instar; quodsi eo tempore de Typhoeo locus iam in exemplaribus carminis ferebatur, v. 870. unum tantum scripturae genus καὶ ἀργέσταο Ζεφύρου in iisdem exsistere potuisse consectarium est. Acusilai iudicium multi sequuti sunt recentiore aetate, quum hic locus multis disputationibus agitaretur. Primum in eandem sententiam certa coniectura reformavimus Hyginum praef. pag. 10.: *Ex Astraeo et Aurora Zephyrus, Boreas, Notus.* Cfr. l. III. c. VII., p. 359. E contrario Schol. *Aesch. Prom.* v. 349. p. 26., ubi praeter Zephyrum et Boream venti omnes ab Typhoeo procreati feruntur, vide ne addendus sit Notus. Deinde pro adiectivo habuit illud qui prima composuit scholii verba: τὸν ὀξὺν καὶ ταχὺν καὶ καθαρόν. Hic enim finienda est enuntiatio. Denique auctor hymnorum Orphicorum 79. 80. 81. tres tantum concelebravit ventos Zephyrum, Boream, Notum; quae quidem Hesiodi Orpheique convenientia in tempore notata iam est ab Gyraldo *hist. Deor.* p. 190. E. Cfr. Voss. *Epist. Myth.* T. I., p. 262. II., p. 87.

Interim plerique, relicta Acusilai auctoritate, ad Homeri exemplum vulgatissimum quartum de coniectura introducendum esse putarunt ventum: conatum adiuvit insignis structurae metrique commoditas. Verum quamquam de eo inter omnes convenit, quod Ἀργέστην quartum venti nomen statuerunt, tamen qua regione ille fuerit ponendus multum miserumque in modum ambigebant. Alii igitur Argesten ab Hesiodo autumabant appellari eum, quem Eurum vocavit Homerus. Nam quum in genere venti interdum ἀργέσται a poetis vocati essent (Nicand. *Al.* v. 175., Hesych. *T. I.*, p. 515.), Euro *per excellentiam* illud instar veri nominis iniungi potuisse putabant. Hanc sententiam professus est is, cui in schol. Gant. debentur verba: πνεῖ δὲ Ἀργέστης, ὁ καὶ Εὖρος καλούμενος, ἀπὸ ἀνατολῆς, ὁ δὲ Ζέφυρος ἀπὸ δύσεως. Et *ad* v. 868.: Ἀργέστης ὁ ἀπηλιώτης, ὃν λέγει ὁ Ὅμηρος Εὖρον. Haec sententia sat antiqua haberi debet, quoniam ab Schol. B. L. *ad Il.* λ, 306. accepta est: (ἀργεστᾶο) εἰ μὲν τὸν Εὖρον δηλοῖ, ἔστι κύριον προπαροξυνόμενον, εἰ δὲ ἢ τοῦ Νότου ἐπίθετον προπερισπᾶται. Deinde ab Etymologo M. p. 136, 26.: Ἀργέστης τὸ κύριον βαρύνεται, οἷον:

Ἀργέσταο παρ' ἄσσον ἐπιπνείοντος ἔβησαν,

δηλοῖ τὸν ἀπηλιώτην ἄνεμον. Ἀπολλώνιος ὁ τὰ Ἀργοναυτικά (*II.*, 961.), quamquam verbo erit in hoc notandum, quod veterum doctrinam perverse adhibuit loco. Scilicet subsolano vento Argonautas facit orientem versus ferri: quam quidem rem pulchre persuasit D. Heinsio *ann. ad Hesych. T. II.*, *p.* 1206. — Sed licet antiquam auctoritatem habeat interpretatio, tamen ex Aristarchi decreto eam esse repetendam temere effutiebat Gaisfordus. Etenim in eiusdem scholii verbis: Ὅμηρος εἶπεν ἀργέστην τὸν λευκὸν Νότον. τοῦτο ἀρχή, (sic) ἀπηλιώτην φησί, palaeographicis perductus rationibus reposuit de coniectura: τοῦτον Ἀρίσταρχος ἀπηλιώτην φησί. At vero primum illud coniectandi genus, quod sola nititur facilitate palaeographica nec doctioribus aliunde sustentatur argumentis, aut nullam aut prorsus infirmam habet persuadendi vim. Deinde quum ex exemplari typis expresso ducta sint verba, omnis ista disputatio palaeographica iusto caret fundamento: nobis enim in illo exemplari percensendo prae ceteris cum typotheta Basileensi est digladiandum. Denique Gyraldi codex hoc loco longe quid praebuit aliud *l. c. p.* 190. *F.*: *Sed Homerus Argesten Leuconoton vocavit et Apelioten Eurum.* Et hoc sane commode ab auctore poterat in hac causa commemorari. V. Schol. *ad v.* 870., Apoll. *Lex. p.* 312., Hes., Etym. M. *s. v.* Εὖρος. Sed in Cantabrigiensi libro si quis tamen propter litterarum dissimilitudinem aliud quid delituisse contendat, equidem non multum repugnaverim, praesertim quum commodum ac facile id promptu sit coniecturae genus: αὐτὸς δὲ Ἀργέστην τὸν ἀπηλιώτην φησί. Ex solenni notatione discriminis, quod utrique poetae intercedit, magna scholio paratur vetustatis similitudo.

Sed his merito obloquebantur alii: mirum enim videbatur, quod Argestes esset ab Hesiodo appellatus, qui e contrario positus erat ei, quem Graeci secundum communem consuetudinem hoc nomine nuncupabant. Ac profecto quicquid de Argeste dissentiebant Graeci, ab occasu eum flare nemo negavit. Alii autem eum ab occasu solstitiali ferri putabant, v. c. Aristot. *Meteor. II.*, 6. *p.* 363. et *ap. Stob. Ecl. Phys. I.*, 42. *p.* 670., Posidonius *ap. Strab. I.*, *p.* 51. *A. B.*, Schol. *Ap. Rh. II.*, 961., Plin. *N. H. II.*, 47., Lyd. *de mens. IV.*, 76. *p.* 278. Atticorum autem inprimis hanc fuisse consuetudinem, illustrant Strabo *I.*, *p.* 50. *A. IX.*, *p.* 600. *B.*, Eustath. *Il. p.* 1239. *in.*, Hesych. *T. II.*, *p.* 1205. Contra de aliorum sententia ab occasu hiemali flabat Argestes; v. Strabon. *I.*, *p.* 50. *sq.*, Gell. *N. A. II.*, 22. — Itaque qui popularem consuetudinem in contrarium transmutari posse negarunt, in exemplo Hesiodeo Argesten ab occasu

spirare sinebant, Zephyrum autem, de cuius ortu multae iam inter veteres commotae erant dissensiones, in Eurum facile convertebant. Hunc in modum tractatus Hesiodus est ab eo, qui in schol. Cant. scripsit: *Ἀργέστην (τὸν) Ζέφυρον εἶπεν, Ζέφυρον δὲ λέγει τὸν Εὖρον.* Sic enim verba disiungenda fuisse collucet.

Plena igitur hoc loco in veterum dissensum inquirendi concessa nobis fuit potestas; ex quo quod non magna redundarit ad rem criticam utilitas, studio saltem non poterit imputari meo. Videlicet praeclaro exemplo cognoscimus, quanta in his rebus diiudicandis iam olim regnarit opinionum libido. Ad litem dirimendam haec tempora parum idonea sunt: quamquam fortasse praevalebit apud prudentes Acusilai sententia, quippe quae et epicae dictionis legibus conveniat unice (v. *l. I., c. III., p.* 46. *sq.*) et subtili rerum pertractatione illustrari possit.

Pallanti ex Hesiodi narratione nupsisse Stygem Oceani filiam, ut exemplaria referunt carminis, ita testatus sincere est Pausanias *VIII.*, 18., 1.: *εἶναι δὲ τὴν Στύγα Ἡσίοδος μὲν ἐν Θεογονίᾳ πεποίηκεν —, πεποιημένα οὖν ἐστὶν ἐνταῦθα Ὠκεανοῦ θυγατέρα τὴν Στύγα, γυναῖκα δὲ αὐτὴν εἶναι Πάλλαντος.* — Quattuor deinde ex his pregnata esse numina consentit Apollodorus *Bibl. I.*, 2. *p.* 12.: *Πάλλαντος δὲ καὶ Στυγὸς τῆς Ὠκεανοῦ Νίκη, Κράτος, Ζῆλος, Βία.* Cfr. Hygin. *p.* 10. a nobis supra reconcinnatum. *Νίκης* memoriam, quae librariorum stupore laesa erat, copiosa disputatione vindicasse videmur *l. II., c. V., p.* 196. *sqq.* *Κράτος* et *Βίη* hinc et Aeschylus mutuatus est *Prometheo*, et Callimachus *in Iov.* 67. Alii vero formae ambiguitate freti, non feminam fuisse concesserunt *Βίην*, verum viri nomen *Βίας* illic latere existimarunt. V. Proclum *in Tim. I., p.* 56. — Denique per Stygem gravissimum Dis a Iove constitutum fuisse iusiurandum propterea quod commoto Titanum bello una cum liberis prima suscepit Iovis partes, ex Hesiodi fide haud contemnendi prodidere auctores. Primum locum merito tenebit Schol. *ad Il. τ*, 127. *p.* 282. *ed. Ald.*, ab Bekkero illud prorsus praetermissum: *τὸ Στυγὸς ὕδωρ, τὴν Στύγα Ὠκεανοῦ παῖδα οὖσαν, καὶ αὐτὴν τιμιωτάτην τῶν ἀδελφῶν μετὰ τὴν τῶν οὐρανίων θεῶν μάχην τῶν λεγομένων Τιτάνων εἶναι συνέβη διὰ τήνδε τὴν αἰτίαν. Οἱ περὶ Κρόνον Οὐρανοῦ παῖδες ἀρχαῖοι Τιτᾶνες τοῖς ἀμφὶ τὸν Δία νεωτέροις θεοῖς πόλεμον ἤραντο, καὶ τοῦ Διὸς συμμάχους ἀγείροντος ἡ Στὺξ πρώτη πάντων σὺν τοῖς παισὶν αὐτῆς παρεγένετο, δι' ὃ ἐξόχως αὐτὴν ἐτίμησαν οἱ περὶ τὸν Δία θεοὶ καὶ τὸ ὕδωρ αὐτῆς τῆς ἐν Ἅιδου πηγῆς θεῶν ὅρκον ἐποίησαν.* Idem scho-

lion in Mosqu. scholiorum codice ad *v.* 113. appositum est, adiectis in fine his: ἡ ἱστορία παρὰ Ἡσιόδῳ ἐν Θεογονίᾳ. V. Heyne *Comm. Homer. T. VII.*, p. 630. Nec aliunde hausisse videtur Tzetzes *ad Lycophr. v.* 707. *p.* 752.: ὅρκον τῶν θεῶν μυθικῶς ὁ Ζεὺς ἐποίησε τὴν Στύγα, διότι πρώτη τῶν λοιπῶν θεῶν σὺν τοῖς ἰδίοις παισὶν εἰς τὴν κατὰ Τιτάνων μάχην ἦλθε συνεργὸς τῷ Διΐ, ὡς φησιν Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ. Praeterea alii quoque Stygem iusiurandum fuisse Deorum gravissimum, ad Hesiodi auctoritatem stricte referunt. V. Schol. V. *ad Pind. Ol. VII.*, 119., Schol. A. D. *ad Il.* θ, 369., Et. M. *p.* 731., 33., Schol. *Il.* ο, 37. — His igitur omnibus quum vulgatam codicum Hesiodeorum narrationem admodum videamur confirmasse, superest, ut paucis dispiciamus, quid de singulari memoria Scholiastae Homerici Leidensis ab illis mirum in modum discrepante tuto statuere liceat. Exprompsit verba Valckenarius *Opp. T. II.*, p. 127. *ad Il.* τ, 127. apposita haec: ἱστορία. οἱ περὶ Κρόνον Οὐρανοῦ παῖδες ἀρχαῖοι Τιτᾶνες τ. ἀ. τ. Δ. ν. θ. π. ἤ. (vide supra), καὶ τοῦτο πράττειν δι' ἐπιβουλῆς ἐγνώκασι καὶ δηλοῦσι τοῦτο Διῒ καὶ ἀξιοῦσιν αὐτοῖς συγκροτῆσαι τῷ τοῦ πολέμου καιρῷ καὶ τιμῆσαι τὴν Στύγα καὶ τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ὅρκον θεῶν ποιῆσαι. ἡ ἱστορία παρὰ Ἡσιόδῳ καὶ Θεογόνῳ. Primum verbo notanda hic erit temeraria Osanni audacia, qui mendosae codicis scripturae adeo sese in mancipium dedit, ut Theogonum quendam hinc effingeret Theogoniae cyclicae auctorem. V. Mueller. *de cycl. ep. p.* 184. Perspicuum enim est verba καὶ Θεογόνῳ corrupta esse ex ἐν Θεογονίᾳ. Deinde ipsa grammatici narratio omni caret concinnitate, ita ut et lacunis et pannis alienis disiuncta sit et perrupta. In genere autem scholii fundamentum ea fuit narrationis species, quam scholia minora et Mosquensia exhibent: monstrat enim verborum convenientia principio ac fine annotationis collocatorum. Corruptela vero illata eum in modum est, ut diversum fabulae genus ab aliis traditum Hesiodeo temere fuerit admistum. V. Natal. Comes *Mythol. l. III.*, 2. *p.* 196.: *Alii honorem illum datum fuisse Stygi dixerunt, quia coniurantium Deorum adversus Iovem, cum illum vincere voluerunt, insidias patefecerit.* Quapropter grammaticus Leidensis nec aequare, nedum superare videtur reliquorum auctoritatem, nec quicquam contra librorum fidem habet momenti.

Post Crii familiam Hesiodus recenset Coei Phoebesque progeniem, Latonam et Asterien *v.* 404. *sqq.* Eadem tradit Apollodor. *I.*, 2. *p.* 10. nominum sede permutata, cll. Hyg. *praef. p.* 10. — Asteriae deinde iungitur

Perses Crii filius, unde nata est Hecate. Cfr. Apollod. *I.*, 2. *p.* 12. Testatur rem profuse Tzetzes *ad v.* 1175. *p.* 945.: Ἡσίοδος τὴν Ἑκάτην Πέρσου καὶ Ἀστερίας φησὶ θυγατέρα καὶ οὐ Περσέως· οὐδὲ μὴν Πέρσου τινὸς νεωτέρου, ἀλλὰ Πέρσου τοῦ παλαιοῦ, ὃς ἦν παῖς Εὐρυβίας καὶ Κρίου τῶν Οὐρανοῦ παίδων. ἡ δὲ Πέρσου γυνὴ Ἀστερία παῖς ἦν Κοίου καὶ Φοίβης. Servius *ad Virg. Aen. IV.*, 511. *p.* 561. *T. II.*: *secundum Hesiodum Hecate et Titanis et Asteriae filia est.* Eustath. *ad Od. p.* 1651., 56.: τὴν Ἑκάτην Ἡσίοδος Περσηΐδα καλεῖ. Gemina habet Schol. vulg. et Q. *ad Od. κ*, 139. Praeterea ad idem Theogoniae exemplum referendum sine dubio est Lactantii *Placidi ad Stat. IV.*, 482. *p.* 188. *Cruq.* scholion librariorum grammaticorumque culpa detestabilem in modum deturpatum: *Quare autem Persecate est ratio. Quidam enim volunt non Iovis filium Mercurium, sed Pyrrhae* (alii *Pyrae*): *in qua opinione etiam Hesiodus versatur in his libris, quos de Theogonia scripsit.* Quamquam permulti ex hoc loco expedire sese non potuerunt frustraque coniecturas periclitati sunt, v. c. Gyraldus *Hist. Deor. p.* 308. *C. D.*, Cruceus *pag.* 725., Barthius *ad Stat. T. II.*, *p.* 1114., certa tamen adest emendandi ratio. Etenim scripta fuit annotatio explicando nomini *Persei* sive *Persea*, quo Hecaten compellavit poeta. Facile igitur redintegrabimus istam eum in modum, ut reponamus: *Quare autem Perseis Hecate* [*haec*] *est ratio: quidam enim volunt non Iovis filiam Hecaten, sed Persae.* Iovis filiam multi dixerunt Hecaten, v. c. Schol. *ad Ap. Rh. III.*, 1035., *ad Theocr. II.*, 36. *p.* 27. Mercurii deinde nomen ab inepto grammatico pro Hecate est illatum, tum quod male intellexerat poetae verba, tum quod Lactantius Mercurii genus proxime explicatius pertractavit.

Quae subsequitur *v.* 411. *sqq.* profusa Hecates laudatio munerumque descriptio, ab scriptorum grammaticorumque usu aut nullum aut exiguum habet praesidium. Primum *v.* 413. bis usurpavit scholiasta Euripideus, ita tamen ut structura enuntiationis paullo immutata sit. *Ad Hipp. v.* 146. *p.* 476. *ed. Bas.*: τῇ Ἑκάτῃ, περὶ ἧς φησὶν Ἡσίοδος:

μοῖραν ἔχει γαίης καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.

Convenit *ad eand. fab. v.* 228. *p.* 483. Verum quoniam multae in haec scholia recenter illatae sunt annotationes, infirma sine dubio discrepantiae constat fides, praesertim quum inferri in carmen non possit nisi universa loci commissura et soluta et immutata. — Deinde *v.* 426. ad verba Apollonii *III.*, 1035.: μουνογενῆ δ' Ἑκάτην Περσηΐδα ab utro-

que scholiasta appositus est, ab Parisino ita, ut ἧσσον praeter auctoris sententiam in ἶσον abierit, a Florentino in hunc modum:

οὐδέ τι μουνογενὴς ἧσσον θεὰ ἔμμορε τιμῆς,

quod facilem saltem habet explicatum et ex antiquorum auctoritate fortasse repetendum est. — Denique *v.* 440. respiciunt Schol. B. L. V. *ad Il.* π, 34. *p.* 439.: *γλαυκὴν δὲ ἅπαξ εἰπόντος* (*τὴν θάλασσαν*) *Ὁμήρου, Ἡσίοδος ἀντὶ κυρίου αὐτὸ ἐξέλαβεν.* Cfr. Schol. A. *ibid.* et A. V. *ad Il.* π, 748. *p.* 465.: *καὶ Ἡσίοδος δὲ ἐπὶ τῆς θαλάσσης τέταχε:*

καὶ τοῖς οἳ γλαυκὴν δυσπέμφελον ἐργάζονται.

Qui sequitur *v.* 453. *sqq.* de Saturni Rheaeque liberis locus, quum ex eorum numero haberi debeat, in quibus totius Theogoniae vertitur cardo, maximopere erit dolendum, quod veterum testimonia de eo nec tam copiosa nec tam diserta supersunt, ut omnem rem in clara luce ponere liceat. Primum tres filias totidemque filios procreasse Saturnum omnes consentiunt. *V.* 454., quo filiarum continentur nomina, haud sincere conservavit Ammonius *s. v.* *βωμός p.* 33.: *καὶ ἡ σωματοειδὴς θεὸς Ἑστία ἐστίν:*

Ἣν καὶ Δήμητρὰν καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον.

Sed post Eustathii demum tempora corruptum esse locum efficitur ex *comm. ad Od. p.* 1564., 32.: *Ἑστία δέ φασι καὶ σωματοειδὴς θεά, ἡ καὶ διὰ τοῦ Τ, οἷον*

Ἱστίην καὶ Δήμητραν καὶ Ἶριν χρυσοπέδιλον.

Cfr. *ib. p.* 1756., 22. *sq. p.* 1814. *in.* Quae Eustathii propria est corruptela *Ἶριν*, fortasse ne illius quidem calamo attribui potest, sed ab editoribus ex codice Hesiodeo temere illata est. Cfr. *l. I.*, *c. II.*, *p.* 17. Denique Etymologus M. versum usurpavit ita scriptum *p.* 382., 46., ut praeter *Ἥραν* omnia proba sint et emendata. — Filiorum deinde nomina ex Hesiodi fide apposuerunt Theophil. *ad Autol. II.*, 5. *p.* 90., Nonn. *ad Greg. p.* 517. *A.*, *ed. Mont. p.* 153., Theodoret. *affect. Graec. cur. III.*, *p.* 783. *III.*, *p.* 768. — Praeterea ordinem nominum poeta instituit eum, ut filiarum nomina ante filios posita sint, horum deinde seriem claudat Iupiter: eundem iam olim, opinor, viderunt critici. Nam *ad Il.* δ, 59.:

καί με πρεσβυτάτην τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης,

Schol. Ven. A. notavit haec: *τιμιωτάτην νῦν· πλανηθεὶς* *)

---

*) Sic exaratum est in Villoisoniano libro, quem Bekkerus non emendasse hoc loco, sed deturpasse censendus est: substituit enim *πλαγιασθείς*. Illud etiamsi de coniectura fuisset scriptum, tenendum tamen erat ob locupletem eiusdem usus commendationem. V. Schol. *ad Il.* ε, 422. σ, 88. ζ, 181. *ad Od.* ι, 106. θ, 362.

δὲ ἐντεῦθεν Ἡσίοδος νεώτερόν φησι τὸν Δία. Accedit schol. ad *Arat.* v. 16. p. 270.: ἄλλοι τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ Διός· πρότερον γὰρ γεγόνασι καθ᾽ Ἡσίοδον.

Deinceps Saturnum devorasse gnatos, Rheam clam peperisse Iovem lapidemque σπαργανωμένον pro illo dedisse marito deglutiendum, Iovem deinde, in Creta insula Terrae auxilio educatum, patrem eiecisse de regno, Hesiodus profusa nec usquequaque concinna et absoluta oratione persecutus est. Easdem maximam partem fabulas ad eius fidem referunt antiqui. Primum Schol. A. D. ad *Il.* β, 205. de Saturno: ἄγκυλα βουλευσάμενος κατὰ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν παίδων, ὥς φησιν Ἡσίοδος· τοῦ μὲν γὰρ τὰ αἰδοῖα τῇ ἅρπῃ ἀπέτεμε, τοὺς δὲ κατέπινε. Cfr. Et. Gud. p. 5, 10., Laurent. Lyd. *de mens.* I., p. 2., Lactant. ad Stat. *Achill.* II., 190. p. 611. *Cruc.*, Isidor. *de Origg.* VIII., 11. (Rab. Maur. *de Univ.* XV., 6. p. 206. a.) — Deinde Themistius *Oratt.* XXXII., p. 363. A: καὶ δῆλον ὅτι μεστοὶ καὶ ὑμεῖς ἐστὲ Ἡσιόδου καὶ ὧν λέγει ἐκεῖνος περὶ τοῦ Κρόνου, ὅτι ἐσιτεῖτο ἐπιπολὺ ἃ γεννῴη, μόλις δὲ ἐξέθρεψεν ἡ Ῥέα τὸν Δία. — Succedat Porphyrius ap. *Schol. B. D.* ad *Il.* ο, 21. p. 410.: καὶ Ἡσίοδος — λέγει — λίθον καταπινόμενον ὑπὸ Κρόνου, ἐπειδή περ ἡ μεταβολὴ τῶν ὑγρῶν εἰς στεῤῥότητα πήγνυται, κρύπτεσθαι δὲ τὸν Δία διὰ τὸ τὸ ζῆν ἐπικρατεῖν τῷ τῷ χειμῶνι τοὺς καρποὺς ἀφανίζεσθαι πλεοναζόντων τῶν ὑγρῶν. Cfr. Tzetz. ad *Lyc.* v. 399. p. 579. — Praeterea Theodoretus, ubi ad Platonis in Timaeo disputationem confutandam Hesiodeis utitur fabulis, *l. c.* III., p. 768.: ὅ τε Κρόνος — τοὺς τικτομένους αὐτῷ παῖδας κατέπιε, ὅ τε Ζεὺς τὸν πατέρα τὸν Κρόνον ἐξελάσας τῆς βασιλείας καὶ παραδοὺς τῷ Ταρτάρῳ, τύραννος ἀνεφάνη καὶ λίαν ἀκόλαστος. οὐ γὰρ δὴ μόνην τὴν ἀδελφὴν ἀλλὰ καὶ τὴν μητέρα καὶ τὴν θυγατέρα γαμετὰς ἐποιήσατο. — Sed locupletissimus omnium testis prodit Lucianus *Saturnal.* c. 5. *T.* IX., p. 5. 6.: τὸ μὲν πρῶτον ἐκεῖνο (ἐρωτῶ), εἰ ἀληθῆ ταῦτ᾽ ἔστιν, ἃ περὶ σοῦ ἀκούομεν, ὡς κατήσθιες τὰ γεννώμενα ὑπὸ τῆς Ῥέας, ἐκείνη δὲ ὑφελομένη τὸν Δία, λίθον ὑποβαλλομένη ἀντὶ τοῦ βρέφους, ἔδωκέ σοι καταπιεῖν· ὁ δὲ εἰς ἡλικίαν ἀφικόμενος, ἐξήλασέ σε τῆς ἀρχῆς πολέμῳ κρατήσας, εἶτα εἰς τὸν Τάρταρον φέρων ἐνέβαλε, πεδήσας αὐτὸν σὲ καὶ τὸ συμμαχικὸν ἅπαν ὁπόσον μετὰ σοῦ παρετάττετο. — κἀγὼ ταῦτα, ὦ Κρόνε, οὐ παρ᾽ ἐμαυτοῦ φημὶ, ἀλλ᾽ Ἡσίοδος καὶ Ὅμηρος, ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν ὅτι καὶ ἄλλοι ἅπαντες ἄν-

θρωποι σχεδὸν ταῦτα πεπιστεύκασι περὶ σοῦ. Cui Saturnus respondet graviter: *οἴει γάρ τι τὸν ποιμένα ἐκεῖνον τὸν ἀλαζόνα ὑγιές τι περὶ ἐμοῦ εἰδέναι;* — Quod nisi Hesiodum aut prae ceteris aut solum sequutus erat Lucianus, apte et concinne non potuisset pronuntiari. Itaque hinc colligimus, eum fuisse tunc Hesiodeae narrationis tenorem, ut Saturnum cum reliquis Titanibus bello (h. e. Titanomachia) ab Iove fratribusque superatos, deinde vinctos et in Tartarum fuisse coniectos tradiderit. Idem genus expressit Palladas *Anth.* X., 53., 3—6. Verum codices Hesiodei aut dissentiunt fortiter aut muti sunt. Nam Titanomachiae interfuerunt sane cum Iove quotquot Saturno erant prognati. V. *vv.* 624. 5. 6. 33. 4. 648. 668. At Saturnus superatus iam erat a filio, priusquam, Terrae astutia coactus, ad lucem denuo emisit gnatos. V. *v.* 494. *sqq.* Deinde una cum Titanibus idem sane versatur in Tartaro, v. *v.* 851.: verum utrum eodem tempore illuc fuerit coniectus an non, ne verbo quidem usquam indicatum est.

Quod quum ita sit, aut Lucianus commiscuit, ut assolet, diversas veterum fabulas Hesiodoque vulgarem earum tribuit speciem, aut Hesiodeorum librorum fides recenti aetate sive grammaticorum sive theologorum studio laesa est. Utrumque accidere potuit, alterum autem propter dissolutum et imperfectum h. l. narrandi genus insignem habet veri similitudinem. Interim si exemplaria hac parte lacunam ostendunt ab criticis olim utut fieri poterat curatam, eandem iam Theophili temporibus ad plerosque pertinuisse libros probabile est. Nam ubi ad Hesiodi auctoritatem Saturnum ab Iove filio tradidit bello fuisse superatum, nullo alio eam in rem usus est testimonio, quam versibus prooemii 73. 74.: id quod si uberiorem ex Theogonia promere potuisset narrationem, nullo pacto fuisset factum. Contra Platonis aetate *Κρόνου πάθη* explicatius et plenius hoc carmine fuisse enarrata, non immerito Wolfius colligere sibi visus est ex *l. de Rep. II.*, *p.* 377. 8.: *ἀλλ' οὐκ ἐννοῶ οὐδὲ τοὺς μείζους μύθους τίνας λέγεις. — Οὓς Ἡσίοδός τε, εἶπον, καὶ Ὅμηρος ἡμῖν ἐλεγέτην καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί. — πρῶτον μὲν τὸ μέγιστον καὶ περὶ τῶν μεγίστων ψεῦδος ὁ εἰπὼν οὐ καλῶς ἐψεύσατο, ὡς Οὐρανός τε εἰργάσατο ἅ φησι δρᾶσαι αὐτὸν Ἡσίοδος ὅ τε αὖ Κρόνος ὡς ἐτιμωρήσατο αὐτόν. τὰ δὲ δὴ τοῦ Κρόνου ἔργα καὶ πάθη ὑπὸ τοῦ υἱέος, οὐδ' ἂν εἰ ἦν ἀληθῆ, ᾤμην δεῖν ῥᾳδίως οὕτω λέγεσθαι πρὸς ἄφρονάς τε καὶ νέους, ἀλλὰ μάλιστα μὲν σιγᾶσθαι.* Deinde *οὐδὲ λεκτέον νέῳ ἀκούοντι ὡς ἀδικῶν τὰ ἔσχατα οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ποιοῖ, οὐδ' αὖ ἀδικοῦντα πατέρα κολά-*

ζων παντὶ τρόπῳ, ἀλλὰ δρῴη ἂν ὅπερ θεῶν οἱ πρῶτοι τε καὶ μέγιστοι. Obscure sententia est enuntiata, ut de explicatione possis ambigere. Sed procul absit omnis de re turpicula cogitatio, qualem Orphici in hanc fabulam introduxerunt. V. Liban. *T. III.*, *p.* 42. Quale vero indicare voluerit Plato impietatis genus, optime perspicitur ex eiusdem *Eutyphr. init.*: *αὐτοὶ οἱ ἄνθρωποι τυγχάνουσι νομίζοντες τὸν Δία τῶν θεῶν ἄριστον καὶ δικαιότατον καὶ τοῦτον ὁμολογοῦσι τὸν αὐτοῦ πατέρα δῆσαι ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν οὐκ ἐν δίκῃ, κἀκεῖνόν γε αὖ τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐκτεμεῖν δι' ἕτερα τοιαῦτα.* Ergo vinctum fuisse ab filio Saturnum significare illic quoque volebat Plato. Sed ne quis tamen ex Hesiodo fabulam ab eo fuisse repetitam neget pertinacius, Platoni adiungamus Dionem Chrysostomum, qui eandem rem secundum hunc poetam memoriae tradidit *de servit. I.*, *p.* 443.: *ὅ γε τῶν θεῶν βασιλεὺς ὁ πρῶτος καὶ πρεσβύτατος δέδεται, ὥς φασιν, εἰ χρὴ πιστεύειν Ἡσιόδῳ τε καὶ Ὁμήρῳ καὶ ἄλλοις σοφοῖς ἀνδράσιν, οἳ περὶ Κρόνου ταῦτα λέγουσι.*

Itaque quoniam codicum auctoritatem hac parte argumentis haud levibus labefactasse videmur, eisdem circa singula verba, quibus narratio perscripta est quaeque sub interpolationis suspicionem merito cadunt saepenumero, haud admodum liberalis adiungenda erit fides. Scholia ad hos versus apposita novitiam fere omnia produnt originem, paucis tamen exceptis *ad vv.* 484. 485. His accenseri non potest scholion Cantabrigiense *ad v.* 465. *p.* 255.: *ἄλλοι γράφουσι πατρὸς μεγάλου διὰ βουλάς. ὅπως γὰρ γραπτέον πατρὸς τουτέστι Οὐρανοῦ. Ὁ γὰρ Ζεὺς πῶς εἶχε συμβουλεῦσαι τῷ Κρόνῳ μήπω γεννηθείς* *). Nam argumentatio ex bonorum criticorum ingenio aestimata nimis est stolida, medela deinde adeo adversatur metro, ut antiquis iure meritoque imputari non possit. Ceterum videmur ipsa nacti esse auctoris verba, qui correctionem calide repertam magno tumore effutiebat. Commode igitur pro corrupto vocabulo *ὅπως* reponemus *ὅλως*. — Grammaticorum haud spissiora servata sunt documenta. Primum *v.* 484. memoriam conservavit schol. *ad Arat. v.* 33. *p.* 271. *et* 20. *B.*: *τινὲς γράφουσι σχεδὸν Αἰγαίοιο παρ' Ἡσιόδου λαμβάνοντες, φάσκοντος τραφῆναι τὸν Δία ἐν Αἰγαίῳ ὄρει πεπυ-*

*) Verba proxima usque ad v. *ζωῆς* pertinent ad *v.* 457. et in hunc modum sunt corrigenda: *ἐν τούτῳ ἡ ζωή· καὶ διὰ τοῦτο τελευταῖος.* Cfr. Aristot. *ap. Eustath. p.* 414., 37.

κασμένῳ ἐλόεντι (sic). *εἰ δὲ μηδέν ἐστιν ὄρος ἐν Κρήτῃ Αἰγαῖον, ἄμεινον διαστέλλειν κ. τ. λ.* Hinc primum certo colligimus, eo tempore quo haec scholia scripta sunt, omnem perisse inter eruditos Aegaei montis memoriam: itaque dubium esse non potest, cur nec apud Strabonem nec apud Stephanum Byz. ullum eius supersit vestigium. Deinde si premere licet grammatici verba, versum 484. non cum *v.* 482., sed cum *v.* 480. vidit constructum: fortasse igitur *vv.* 481. 482. seriore aetate accessisse evincit. Interim in re ambigua nolo quicquam affirmari. — Deinde verba *γυάλοις ὑπὸ Παρνησσοῖο v.* 499. usurpavit Apollon. Soph. *Lex. Hom. p.* 211.: *Τιθέασι δέ τινες τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ τῶν κοιλωμάτων, ὡς Ἡσίοδος· γ. ὑ. Π.*

Vv. 501 — 506. hodie sine ullo narrationis vinculo intempestive appositi sunt: verum ubi ante eos disertam de Saturno vincto narrationem repertam olim fuisse convenit, concinna simul efficitur sententiarum continuatio. Vid. Schol. *ad Aeschyl. Prom. v.* 958. *p.* 56.: (*τοὺς Κύκλωπας*) *ὁ Κρόνος μὲν τῷ Ταρτάρῳ προσέδησεν, ὡς ἐπιβούλους πτοούμενος, ὁ δὲ Ζεὺς τῆς βασιλείας κρατήσας τὸν μὲν πατέρα Κρόνον εἰς Τάρταρον κατάγει, τοὺς δὲ εἰρημένους ἀνάγει καὶ συνεργοὺς τοῦ Κράτους ἔχει, τὸν μὲν βροντὴν μηχανώμενον αὐτῷ, τὸν δὲ Στερόπην ἀστραπὴν εἰς ἐκφόβησιν πάντων τῶν ἄλλων θεῶν.* Grammaticus Aeschyleus qua fide dignus sit in hac causa, luculentissimo mox commonstrabimus documento.

Iapeto Hesiodus matrimonio iunxit Clymenen Oceani filiam: consentiunt Schol. *ad Aesch. Prom. v.* 18. *p.* 6. et *v.* 347. *p.* 25., Hyginus *praef. p.* 10., Servius *ad Virg. Ecl. VI.*, 42. *T. I., p.* 99. — Ex his natos esse dicit *Ἄτλαντα, Μενοίτιον, Προμηθέα, Ἐπιμηθέα.* Eadem nomina praebet Apollodorus *Bibl. I.*, 2., *p.* 11. Cfr. Hygin. *pr. p.* 10. et Schol. *Aesch. Prom. v.* 347. *p.* 25. — Iam singulorum deinceps describuntur fata. De Epimetheo quae leguntur *v.* 513.:

πρῶτος γάρ ῥα Διὸς πλαστὴν ὑπέδεκτο γυναῖκα
παρθένον,

quum uberiori fabulae traditioni, quae in Operibus circumfertur, nequaquam conveniant, aut mendosa sunt ac recens deturpata, aut ab criticis veteribus tolerari saltem non potuerunt. Eodem loco quod v. *παρθένον* quamquam nullum habet sententiae momentum, principio tamen versus collocatum ita est, ut enuntiati simul faciat clausulam, et ipsum iustam movet suspicionem. — Deinde Menoetium *vv.* 514 — 516. percussum esse fulmine, Apollodorus et scholia Aeschylea con-

πείρασιν ἐν γαίης,

quae quidem verba, licet aliena videatur
ex Hesiodeo tamen carmine deprompta ess
c. *V.*, *p.* 323. *sq.* Denique vetustissiman
leae arcae refert inscriptio *ap. Paus. V.*,

Ἄτλας οὐρανὸν οὗτος ἔχει, τὰ δ

Diutius poeta commoratur in Prome
bus multa conciso sermonis genere proferun
orationis eam habet speciem, ut narratio a
atque ex parte abruptis huc translata esse
si quis eo statim accidisse contenderet temp
carminis pars coagmentata atque disposita f
criticorum nostrorum plausu exciperetur.
hoc rati artis criticae remedium, hoc quo
viam ingrediemur, quam ab reliquis fere ne
habitam in universo hoc carmine non sine
ruisse videmur. Videlicet recentiorum c
satas esse in hunc locum, certis atque ind
giis. Primo loco commemorandus hic est
Rh. II., 1249., recondita doctrin
parte insignis: *δεθῆναι τὸν Προμηθέα*
καὶ τὸν ἀετὸν ἐπιπεμφθῆναι αὐτῷ διὰ
κλοπήν. Verba prima probe conveniunt v
vero, quum hodie prorsus maneat ambiguum
crudelissimum Prometheus subierit supplic
534.), nec in his nec in omni narratione
bent fundamentum. Itaque probabile est, a
recenti memoria excidisse versus, quibus et
nis facta fuerit concinnior et explicatius indi
Deinde novum coniecturae paratum est pr

de metris libro *ap. Bast. ad Gregor. Cor. p.* 340. et *in ed. Herm. p.* 12. *in.*: καὶ αἱ εἰς $\overline{\alpha\varsigma}$ μετοχαὶ ἐκτείνουσι. σπανίως εὑρήσεις τὸ $\overline{\alpha}$ βραχὺ ἔθει Δωρικῷ ἑπομένου φωνήεντος, ὡς παρ' Ἡσιόδῳ ἐν Θεογονίᾳ:

δήσας ἀληκτοπέδησι (sic) Προμηθέα ποικιλόβουλον.

Idem deinde *p.* 64., 9. 10. *ed. H.* inter exempla ubi $\overline{\alpha\varsigma}$ syllaba correpta est, reponit haec: ὅσα τοιαῦτα κατὰ πάθος· δήσας ἀλυκτοπέδησι, καὶ πλήξας, καὶ ἀποδύσας. Hermanni de Draconis libro disputationem equidem ita ex omni parte approbandam esse duco, ut ab antiqui grammatici auctoritate illum prorsus habeam diversum. Nam ut unum afferam exemplum, quod postea demum in communem usum pervenit, quae ex Draconis disciplina de verborum ἀνδριάς et ἱμάς accentu tradidit Herodianus περὶ μονήρους λέξεως *p.* 34., 16. *sqq.*, manifesto pugnant cum iis, quae in subditiciis illis commentariis de iisdem vocabulis disputantur *p.* 12. et *p.* 41. At vero Hermanni disputatio nullo modo eam habet vim, ut iis quae Draconis libro prodita sunt omnis simul detrahenda sit fides nec quicquam probi et antiqui contineri eo possit. Qua de re quum inter prudentes iudices certo conveniat, exempli dignitas accuratius erit pervestiganda. Hanc primum illustrat illud, quod idem de nominibus et participiis in $\overline{\alpha\varsigma}$ exeuntibus canon iisdem prope verbis perscriptus est in Herodiani reliquiis, quas et Arcadius conservavit *p.* 193., 8—15. et *Reg. prosod. Herm.* §. 59. *p.* 433. Absunt solummodo Hesiodi et Alcmanis testimonia. Deinde Draconis auctoritati magnum momentum affert Choerobosci consensus *ap. Bekk. Anecd. p.* 1182., ubi postquam simillimam Draconinae de vv. λᾶας, μέγας, Αἴας expressit disputationem, adiunxit etiam haec: εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλα τινὰ Δωρικὰ συστέλλοντα τὸ $\overline{\alpha}$, παρ' Ἡσιόδῳ δήσας ἀλυκτοπέδησιν προμηδέα (sic), καὶ παρὰ τῷ Ἀριάνῳ λίθος μέγας *). Choeroboscus autem, quem ab eruditione minime paratum fuisse immerito pronuntiavit Valckenarius *ad Ammon. p.* 57., quum genuinis Alexandrinorum commentariis grammaticis fuerit usus et praeclaras inde conservaverit antiquitatis reliquias, haud contemnendum profecto erit in istiusmodi rebus eius testimonium. Haec nuperrime ex bibliothecarum latebris in lucem prolata sunt: sed idem tamen testimonium per saecula tria et quod excurrit et editum iacuit et sepelitum apud Lascarin

*) Pro μέγας Bekkerus coniecit μέλας, sed in Ἀριάνῳ latet adhuc Rhianus. Cfr. Schol. *Il.* τ, 119. *Od.* γ, 24. ε, 294. ι, 490., Eust. *ad Dion.* 414., Steph. Byz. *s. v.* Σωφηνή, Schol. *Od.* α, 95. ε, 393. *ell.* γ, 178. Causam aperit Bastius *ad Greg. p.* 292.

de Gr. l. III., *A. II. f. r. ed. Ald.*: σπανίως δὲ εὑρήσεις τὸ ας βραχὺ παρὰ ποιηταῖς κ. τ. λ. omnia ut apud Draconem p. 12. Deinde aliae fortasse latent in eandem sententiam veterum disputationes, quibus fretus D. Heinsius quum Menandro σώσας de coniectura tribuisset correpta syllaba ultima, licentiam defendit eo, quod τὴν τῶν προτέρων ἀορίστων συστολὴν etiam apud Hesiodum aliosque reperiri affirmavit. V. *epist. eius ad Ian. Rutgersium insertam Var. Lect. IV.*, 12. p. 412. Horum tamen nihil Dorvillio innotuit *Crit. Vann.* p. 238. *sq.*, aliisque. — Postquam insignem testimonii gravitatem omni ex parte et comprobavimus et illustravimus, ne cui reliquisse quicquam videamur, paucis refutabimus ea, quae contra nostram de Hesiodei exempli depravatione sententiam facere videantur. Primum Etymologus M. quod vulgatam usurpavit scripturam *pag.* 71., 34., vix spero quemquam serio in hac causa esse prolaturum: nam etiamsi exemplum hoc ab primo Lexici conditore esset expromptum, tamen nihil valeret in hanc rem, quum ea aetate istum vixisse constet, qua iam nostra circumferebantur Theogoniae exemplaria. — Gravius deinde illud est, quod Buttmannus omnem dictionis molestiam sola Draconis scriptura in versum admissa sanari putavit *Gr. Gr. T. II.*, p. 398. Videlicet non sine causa librorum auctoritatem vituperat icciroo, quod quum *v.* 521. ad primariae narrationis continuationem redeat oratio, intempestive illa ex eo enuntiato nexa est, quod secundarium tantum est et prope adventitium. At vero in altero scripturae genere quod Buttmanni coniectura introducitur, et eadem obtinet ligaturae perversitas et eo etiam intolerabilior, quod narrationis decursum, qui per incisa ducitur, tollit atque deflectit. Deinde non ligaturae tantum genus alienum est ab hoc poeta, sed ipsum illud sententiae acumen, quod loco intulit Buttmannus, tantum abest, ut quaesitum fuerit illis temporibus, ut nec probari satis nec persentiri ullo modo potuerit. Itaque omnem eius conatum non immerito reiiciendum esse pronuntiavimus.

Ceterum quum uno iam eoque luculentissimo exemplo locum Prometheum recentiore aetate laesum fuisse constet, aliis idem accidisse sine ullo discrimine contendere licet. Quorum etsi ab hac opera aliena est pervestigatio, unum tamen expromam icciroo, quod scholiorum ope deprehenditur. Etenim in cod. Cantab. *ed. Bas.* p. 258. scholia deinceps leguntur haec: οὕνεκ' ἐρίζετο βουλάς: καὶ γὰρ ἤριζεν ὁ ἄνθρωπος, ὅμοια ποιῆσαι τῷ θεῷ. θνητὸς ἐών: θνητὸς γὰρ θεὸς ὁ ἄνθρωπος. καὶ γὰρ ὅτε ἐκρίνοντο θεοί, ἐκρίνοντο τί θεὸς καὶ τί ἄνθρωπος. Initium scholii pertinet ad *v.* 534., exitus ad *v.* 535., medium quo referamus, nihil adest in codi-

cibus. Heinsius verba *θνητὸς ἐών* e v. 536. mutavit in *θνητοί τ'*, quem, quamquam manifesto pugnat annotationis consilium, tacite tamen sequutus est Gaisfordus. Verba *θνητὸς γὰρ θεὸς ὁ ἄνθρωπος* non errore aliunde huc translata sunt, sed totius scholii referunt indolem; deinde non tam accurate scholio nexa sunt, ut aut omisso lemmate reliquis commode iungi possint, aut addendi ea ulla fuerit ratio nisi in carmine ipso exstabant ea, quorum explicationi scripta sunt. Quocirca veri admodum simile est *vv.* 534. et 535. aliquando versum unum alterumve fuisse intersertos, quorum sententiam ex verbis *θνητὸς ἐών*, quae sedem illic habuisse convenit, certo augurari licet. Nempe imbecilla Promethei conditio atque vis summa Iovis omnipotentis scite erant e contrario posita. Sed quum Prometheus ab Hesiodo vix inter mortales referri potuerit (vid. *v.* 524.), scholiorum autem antiquorum hac carminis parte summa assit penuria, ipsa recenti memoria et prodisse illa et intercidisse probabile est. Quapropter testimonio certo atque perspicuo comprobatum est, Theogoniam recentiori aevo non modo exsectam fuisse et deminutam, verum etiam adauctam inepto studio et si Dis placet exornatam.

De singulorum verborum fide pauca addere licet. *Vv.* 521—528. Schol. *ad Aesch. Prom. v.* 1055. *p.* 61. metro soluto accurate reddidit: *μυθεύεται ὅτι ὁ Ζεὺς εἰς ὄρος τὸν Καύκασον προςηλώσας τὸν Προμηθέα μέσον κίονος, ἐποίησεν ἀετὸν κατέρχεσθαι καὶ ἐσθίειν καθ' ἡμέραν τὸ ἧπαρ αὐτοῦ, διὰ πάσης μὲν ἡμέρας βιβρωσκόμενον, νυκτὸς δὲ πάλιν ἀναπληρούμενον καὶ οἷον ἀνακαινιζόμενον, ἕως οὗ ὁ Ἡρακλῆς τοξεύσας τὸν ἀετὸν ἀπέκτεινε, τὸν Προμηθέα δὲ τῶν κακῶν ἀπέλυσε.* — Praeterea *v.* 530. quemadmodum in codicibus Hesiodeis legitur adduxit Schol. *ad S. Trachin. v.* 116. *p.* 151. Cfr. Gaisf. *ad Theog. l. c.*

Inde a *v.* 535. Hesiodus Promethei persequitur peccata discordiarumque inter Iovem et Prometheum exortarum aperit causas: qua de re plenius in Theogonia etiam Procli aetate fuisse expositum declarat eius testimonium *ad Opp.* 51. *p.* 78.: *δῆλον δὲ ὡς προεκδέδοται ἡ Θεογονία· ἐκεῖ δὲ πλείονα περὶ τοῦ Προμηθέως λέγει ὡς ἠπάτησε τὸν Δία.* — *V.* 535. attigit Schol. *Pind. Nem. IX.*, 123.: *οἰκείως δὲ ἱερὰν τὴν Σικυῶνα προσηγόρευσεν. ἡ γὰρ Μηκώνη ἐπ' αὐτῆς ἐστιν, ἐφ' ἧς οἱ θεοὶ διεδάσαντο τὰς τιμάς. Ἡσίοδος·*

καὶ γὰρ ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι.

Adiunxit Callimachi fragmentum 195. *p.* 513., quod pariter atque Hesiodeum eo tantum valet, ut Meconen summa an-

tiquitate celeberrimam fuisse demonstretur. Itaque Heynius Hesiodei exempli interpretationem primis verbis contineri ratus, quod libros Hesiodeos depravationis inde argui posse putabat, intemperantiae merito erit culpandus. V. *Comm. Hom. T. VII.*, *p.* 38. — E *v.* 536. Mecones memoriam repetiit Eustathius *ad Il. p.* 291.: *μέμνηται δὲ Μηκώνης καὶ Ἡσίοδος ἐν Θεογονίᾳ.* — Iniquam ossium carniumque bubularum distributionem in Iovis fraudem ab Prometheo institutam multi hinc celebrarunt depromptam. V. Procl. *ad Opp. v.* 48. *p.* 76.: *αἰνίττεται δὲ ἡ ἀπάτη τὰ περὶ τὴν διανομὴν τοῦ βοὸς, ἣν ἐν τῇ Θεογονίᾳ παρέδωκεν.* Deinde saepius rem attigit Lucianus, v. c. *Prometh. c.* 7. *T. I.*, *p.* 139.: *ὡς αὑτῷ μὲν τὰ κάλλιστα ὑπεξελέσθαι, τὸν Δία δὲ παραλογίσασθαι ὀστᾶ καλύψας ἀργέτι δημῷ; μέμνημαι Ἡσιόδου — οὕτως εἰπόντος. Deor. Dial.* 1. *T. II.*, *p.* 1.: *ἐν τῇ διανομῇ τῶν κρεῶν ὀστᾶ πιμελῇ κεκαλυμμένα μοι παραθεὶς καὶ τὴν ἀμείνω τῶν μοιρῶν σεαυτῷ φυλάττων.* Cfr. *de merc. cond. c.* 26. *T. III.*, *p.* 249. et *ad eum qui dix. Prom. es in verb. c.* 7. *T. I.*, *p.* 25. Denique Clemens Al. *Strom. VII. p.* 716. *C.*: *καί που Ἡσίοδος κατά τινα μερισμὸν κρεῶν ἀπατηθέντα φησὶ πρὸς τοῦ Προμηθέως τὸν Δία, λαβεῖν ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ κεκαλυμμένα ἀργέτι δημῷ.* Ex quo loco fervidius quis coniecerit post *v.* 555. excidisse versum ultimis vocabulis congruum. Indidem fluxit illud narrationis genus quod est *ap. schol. Aesch. Prom. v.* 11. *p.* 5., deinde illud, quo usus est Hyginus *Poet. Astr. II.*, 15. coll. *Myth. Vat. II.*, 64. *p.* 107. *sq.*, alienis tamen pannis distinctum et ad communem intelligentiam apparatum. Ex nullo tamen ad solvendas loci Hesiodei difficultates quicquam promi potest adiumenti.

Versus 556. 7. de ossibus Deorum aris impositis usurpavit Clemens Alex. *Strom. VII.*, *p.* 716. *D.* Eosdem respicit Apollonius Soph. *Lex. p.* 459.: *ὁ δὲ Ἡσίοδος τὰ περὶ τὴν μερίδα τῶν ὀστέων μυθικῶς διαπλάσσει.* Cfr. Voss. *Epp. Myth. II.*, *p.* 368.

Reliquam Hesiodi de Promethei furto et de Pandorae origine narrationem ex Theogonia haustam exprompsit Cyrillus Alex. *adv. Iulian. l. III.*, *p.* 75. *C. sq.*: *Γῆς γὰρ γενέσθαι καὶ Οὐρανοῦ φησὶ Κοῖόν τε καὶ Ὑπερίονα καὶ πρὸς τούτοις Ἰαπετὸν Προμηθέα τέ τινα τὸν ἐκ τούτου, ὃς εἰ μὴ κέκλοφε παρὰ τοῦ Διὸς τὸ πῦρ, οὐδ᾽ ἂν εἰς τὸ εἶναι παρῆλθεν ὅλως ἡ γυνὴ ἣν ἐτεκτήνατο μὲν ὁ Ἀμφιγυήεις τουτέστιν ὁ Ἥφαιστος, κόσμῳ δὲ ποικίλῳ καθωραΐσαι φασὶ τὴν Ὀβριμοπάτρην, φημὶ δὴ τὴν Ἀθηνᾶν, δοῦναί τε ἀνθρώποις καλὸν κακόν. εἶτα γυναικὸς οὐκ*

οὔσης, ἣν ἐξ ὀργῆς ἐσχήκαμεν τοῦ Διὸς, ὥς αὐτοί φασι, πῶς ἂν συνέστη τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον; — *V.* 571. respicit Eustath. *ad Il. p.* 1151., 30., *v.* 573. *ibid. p.* 975., 31. — E *v.* 574. verba ἀργυφέῃ ἐσθῆτι usurpavit Et. M. *p.* 137., 40. loco admodum suspecto. — *V.* 582. antiquitatem omni ex parte confirmavimus *l. I., c. III., p.* 41. *sq.* — *V.* 585. memoria obversabatur Schol. *ad Pind. Pyth. II.*, 72., quem locum Boeckhius perperam rettulit *ad Opp. v.* 57.

Ex Pandora, cuius aegre hoc loco desideramus nomen, genus muliebre duxisse ortum, et codices ferunt Hesiodei et lucentissima testimonia Hesiodo tribuunt. Sic Pausan. *I.*, 24., 7.: πεποίηται δὲ Ἡσιόδῳ τε καὶ ἄλλοις ὡς ἡ Πανδώρα γένοιτο αὕτη γυνὴ πρώτη. πρὶν δὲ ἢ γενέσθαι Πανδώραν οὐκ ἦν πω γυναικῶν γένος. Tertullian. *de Corona c.* 7. *p.* 124. *A.*: *Si fuit aliqua Pandora, quam primam feminam memorat Hesiodus, hoc primum caput coronatum est a Charitibus, quum ab omnibus muneraretur, unde Pandora.* Scholiast. *ad Aristid. T. II., p.* 710. *Dind.*: Τινὲς λέγουσι τὴν Πανδώραν αὐτὸν λέγειν. πρώτην γὰρ αὐτὴν πέπλασθαι λέγει Ἡσίοδος. Eustath. *ad Il. p.* 23. *fin.*: Πανδώραν Ἡσίοδος πρώτην γυναῖκά φησιν. Adde disputationem Scholiastae Pindarici *ad Nem. VI.*, 1. non incuriosam, qua ex Hesiodeis fabulis unum idemque Deorum hominumque probaturus est genus. — Vocabulorum singulorum integritatem h. l. praestare nolim: cf. *l. I., c. VIII. p.* 98. *sq.* et schol. Cant. *p. v.* 607. Veterum testimonia aut pauca aut nulla potius supersunt: cadunt enim sub iustam recentioris originis suspicionem. Sic Stobaeus *Serm. LXXI., p.* 433. (397.) apposuit *vv.* 591—3., Schol. *ad Theocr. I.*, 107. usurpavit *v.* 594., Etym. M. *p.* 713., 22. ultimam *v.* 598. partem, *vv.* 600—609. Stobaeus *Serm. LXVII., p.* 423. (390.), ubi quae prostant discrepantiae exempla, non sunt magni momenti: *v.* 602. λευγαλέων, *v.* 604. εἰς γῆρας ἵκοιτο, *v.* 606. ζωὴν δατέονται, de quo diximus *l. II., c. X. p.* 236., *v.* 608. ἔσχετ᾽ ἄκ. ἀραρυῖαν, *v.* 609. τῷ δέ τ᾽ ἀπ᾽ αἰῶνος —.

Denique ad absolvendum locum Prometheum superest, ut paucis dispiciamus, quid de iis scriptoribus iudicandum sit, qui quamquam Promethei fabulam aut ad Hesiodi exemplum enarrasse videri volunt aut eum in modum ostendunt explicatam, ut multis partibus manifesta sit Theogoniae imitatio, mirifice tamen circa res gravissimas ab hac quam persequuti sumus librorum traditione discrepant. Ex Graecis pertinet huc Plotinus, qui quamquam verbotenus magnam partem legit poetae vestigia, simul tamen diversissimam assumpsit

de Pandorae fabricatione fabulam *Ennead. IV.*, l. 3., c. 14. p. 383. *A. sqq.*: τούτων δὴ γενομένων, φῶτα πολλὰ ὁ κόσμος ἔχων καὶ καταγλαϊζόμενος ψυχαῖς ἐπικεκοσμεῖται ἐπὶ τοῖς προτέροις ἄλλοις κόσμους ἄλλον παρ' ἄλλου κομιζόμενος παρά τε θεῶν ἐκείνων παρά τε νῶν τῶν ἄλλων ψυχὰς διδόντων. οἷον εἰκὸς καὶ τὸν μῦθον αἰνίττεσθαι, ὡς πλάσαντος τοῦ Προμηθέως τὴν γυναῖκα, ἐπεκόσμουν αὐτὴν καὶ οἱ ἄλλοι θεοὶ γαῖαν ὕδατι φύρειν καὶ ἀνθρώπου ἐνθεῖναι φωνήν, θεαῖς δ' ὁμοίαν τὸ εἶδος καὶ Ἀφροδίτην τι δοῦναι καὶ Χάριτας καὶ ἄλλον ἄλλο δῶρον, καὶ ὀνομάσαι ἐκ τοῦ δώρου καὶ πάντων τῶν δεδωκότων. πάντες γὰρ τούτῳ ἔδοσαν τῷ πλάσματι παρὰ προμηθείας τινὸς γενομένῳ. ὁ δὲ Προμηθεὺς ἀποποιούμενος τὸ δῶρον αὐτοῦ τί ἂν σημαίνοι ἢ τὴν τοῦ ἐν νοητῷ μᾶλλον αἵρεσιν ἀμείνω εἶναι; δέδεται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ ποιήσας, ὅτι πως ἐφάπτεται τοῦ γινομένου ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὁ τοιοῦτος δεσμὸς ἔξωθεν καὶ ἡ λύσις ἡ ὑπὸ Ἡρακλέους ὅτι δύναμίς ἐστιν αὐτῷ ὥστε καὶ ὣς λελύσθαι. Ego vero divino illi Plotino omnem in re critica usum et auctoritatem strenue denegandam esse arbitror, quippe quem rerum sublimium contemplationi adeo deditum fuisse constet, ut inter scribendum non litteras, nec syllabas, non vocabula quicquam curaret, sed in cogitationum perfectionem unice esset intentus. V. Porph. *de vit. Plot. p.* 6. *D.*, *p.* 8. *F.*, *p.* 12. *F.*, *p.* 13. *A.* Miscuit igitur h. l. diversissima narrationis genera, qualia ex Hesiodi, Platonis aliorumque lectione forte inhaeserant animo.

Transeo ad Latinos, quorum nonnulla in eam sententiam exstant testimonia, ut Hesiodum Prometheo hominum fabricationem tribuisse ferant. Horum unum quum in Creuzeri venisset notitiam, ita usus illo est, ut quamvis non omnem dimiserit dubitationem, haud ambigue tamen inclinaret eo, ut Theogoniae exemplaria argueret lacunae. V. *Epp. ad Herm. p.* 194. Vossius deinde eandem de hominum origine fabulam Hesiodo saltem assignavit, cuius sententia licet nude posita et paullo obscurius enuntiata, certum tamen hac in re habet usum. V. *Epp. Myth. T. II.*, *p.* 356. *fin.* Ponamus igitur testimonia. Primum quo Creuzerus erat usus Lactantius Placidus *fab. Ovid. narr. p.* 788. *Stav.*: *Ex terra*, ait, *quum omnia generata sint variarumque rerum mater reperiatur, tum humanum genus, quod cuncta vinceret, Prometheus Iapeti filius, ut idem Hesiodus ostendit, ex humo finxit, cui Minerva spiritum infudit.* At huius exempli explicatio per se ambigua est ex omni parte: certam demum in Creuzeri sententiam reddit illam alterius comparatio, quod de-

litnit in Schol. Crucq. *ad Horat. Carm. I.*, 3., 29. *p.* 12.: *ad imitationem Hesiodi, qui scribit, cum ignis e caelo furtim a Prometheo subreptus esset, ad suas e terra fictas statuas animandas, Pandora a Iove in terras demissa est, quae, patefacto dolio ab Epimetheo, omnium malorum genera, quae in dolio inclusa fuerant, dicitur attulisse mortalibus.* His denique iungendus necessario erit Servius *ad Virg. Ecl. VI.*, 42. *p.* 99. *T. I.*: *Prometheus, Iapeti et Clymenes filius, post factos a se homines dicitur auxilio Minervae caelum ascendisse et adhibita ferula ad rotam solis, ignem furatus, quem hominibus indicavit* (fort. *indidit*). *Ob quam causam irati Dii duo mala immiserunt terris febres et morbos, sicut et Sappho et Hesiodus memorant.* Haec enim nomina cur ad ultimam tantum pertineant narrationis partem, quemadmodum editores vetustissimi statuerunt, nulla cogitari potest ratio. Cfr. *Myth. Vat. I.*, 1. *p.* 1. *III.*, 10. 10. *p.* 248.

Hominum originem in Theogonia prorsus praetermitti, quum feminarum tamen fiat memoria, aegre profecto ferimus. Verum a Prometheo eos tradi formatos, nec aptum est celeberrimo *Opp.* 108. dicto:

ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι,

nec ab Cyrillo et scholiasta Pindarico in hoc carmine repertum est, nec Aristotelis de principiis Hesiodeae philosophiae narratio ullo modo admittit. V. *Metaphys. II.*, 4. *p.* 1000. *de Cael. l. III.*, *p.* 298., 24. *sqq.*

Itaque Latini grammatici aut diversa ab Graecis usurparunt Theogoniae exemplaria aut errorem commiserunt istis temporibus facile condonandum. Illud non omni probabilitate destitutum est; nam Servius fabulam huic proximam cognatione iunctam non ex Operibus, ubi hodie exstat, sed ex Theogonia excitavit *ad Aen. VIII.*, 314. *T. III.*, *p.* 300.: *sciendum, secundum Hesiodi Theogoniam primum Deos genitos, inde ἡμιθέους, post heroas, inde homines innocentes, ultimo sceleratos.* — Verum infirmam atque imbecillem quae fuit inter novissimos auctores Latinos doctrinae conditionem attentius consideranti sine dubio veri longe videtur similius, falsam rei memoriam grammaticis misere imposuisse. Videlicet Theogoniae eo tempore aut nulla aut perpauca per Italiam exstabant exemplaria, deinde ne ab omnibus quidem, quibus copia non erat denegata, tractari poterant atque intelligi. Hesiodei vero nominis fama atque in rebus mythologicis auctoritas ad haec quoque tempora sparsim perlata erat. Sic accidit, ut grammatici in conscribendis de materia fabulosa annotationibus, ut eruditio-

nis sibi conciliarent existimationem, suo periculo etiam novis fabularum formis vetustum apponerent nomen, praesertim iis de rebus, in quibus elaborasse Hesiodum ex antiquorum commentariis discere poterant. Hoc plane quadrat in hunc locum: itaque summo cum iure testimonia ista susque deque habenda esse pronuntiare mihi videor. Ceterum imposuit illis pervulgata recenti aetate et apud Graecos et apud Latinos de hominibus a Prometheo e luto compositis narratio. Vid. e. g. Theon *Progymn. c.* 3. *p.* 180. *Walz.*, Lucian. *Prometh. c.* 13. *T. I. p.* 148., Maxim. Tyr. *Serm. VIII.*, 9. *p.* 89., Liban. *T. II.*, *p.* 72., Hygin. *fab.* 142. et *Poet. Astr. II.*, 14., Fulgent. *Myth. II.*, 10., Augustin. *de Civ. D. XVIII.*, 8. *p.* 493. *A.*, Isidor. *Origg. VIII.*, 11., 8. *p.* 271., Raban. Maur. *de Univ. XV.*, 6. *p.* 205. *b.*

Titanomachiam quae sequitur in libris Hesiodeis iam veterum memoria Theogoniae exemplaribus fuisse intersertam, ex Gregorii Nazianzeni testimonio saepius commemorato clare perspicitur *Orat. III.*, *p.* 103. *D.* Cfr. Eliam *Comment. T. IV.*, *p.* 383. *fin.* et Nonn. *in Catal. Bibl. Clark. I. p.* 46. Sed singulatim ab scriptoribus tam rara iniecta est illius memoria, ut ex eorum auctoritate vix paucis aliquot exemplis maiorem quam codices scholiaque exilia praebent parare liceat fidem. Eminet ex his scholion Aeschylo scriptum *ad Prom. v.* 349. *p.* 25. 26., quod succinctam complectitur Titanomachiae descriptionem, quae licet sine Hesiodi nomine prodeat, ex eius carmine tamen manifesto est expressa: *μυθεύεται ὅτι Τιτᾶνες τοῦ Οὐρανοῦ καὶ Γῆς ὄντες, ἀντῆραν πόλεμον τῷ Διῒ καὶ ἀντέστησαν αὐτῷ· ἐπεὶ δὲ δέκα ἔτη ἐμάχοντο καὶ λύσις τοῦ πολέμου οὐκ ἦν, ἀλλ' ἴσος ἦν τοῖς θεοῖς καὶ τοῖς Τιτᾶσιν ὁ πόλεμος, ὁ Ζεὺς συνεργοὺς πρὸς τὴν μάχην λαβὼν τοὺς τρεῖς μονοφθάλμους Κύκλωπας, τὸν Βρόντην, τὸν Στερόπην καὶ τὸν Ἄργον, καὶ τοὺς τρεῖς ἑκατόγχειρας τὸν Κοῖον* (scr. *Κόττον*), *τὸν Βριάρεων καὶ τὸν Γύγην, οἵτινες καὶ οὗτοι παῖδες τοῦ Οὐρανοῦ καὶ τῆς Γῆς ἐχρημάτιζον, καὶ νέκταρ κεράσας ηὔφρανε καὶ πρὸς τὴν μάχην προσέτρεψε. καὶ πόλεμον συναράξας μετὰ κρότου τοὺς Τιτᾶνας κατετροπώσατο καὶ τῇ γῇ προσέδησε καὶ κατεταρτάρωσε.*

Praeterea singulorum verborum auctoritatem paucis licet communire. Prima *v.* 617. verba e codice iamiam ad nostrorum similitudinem corrupto exprompsit Schol. Vict. *ad Il. α*, 403.: *Ἡσίοδος δὲ ὃν Βριάρεω ὡς τὰ πρῶτα.* Locum praetermisit Bekkerus. — E *v.* 619. verba *ἠνορέην ὑπέροπλον ἀγώμενος* et apposuit et explicavit Etym. M. *p.* 15., 40. — *V.* 641. Galenus sub Hesiodi nomine ex Chrysippi

citatione attulit *de Hippocr. et Plat. Dogm.* 3., 2. *p.* 300. *K.* — *V.* 678. verba ultima tria sine auctoris appellatione in usum vocavit Choeroboscus *in Et. M. p.* 92., 14. Vid. *p.* 170. — Ad *vv.* 703. *sqq.* alludit Aristides. Vid. *l. II.*, *c. V. p.* 188. — E *v.* 709. Etym. M. *p.* 636. *fin.* affert ὄτοβος δ' ἄτλητος ὀρώρει, quae quidem discrepantia, quamquam Zonaras in eadem disputatione attulit ἄπληστος, cur magnam prae se ferat speciem illustravimus *l. I.*, *c. III. p.* 57. In eodem versu vetus obtinuit scripturae genus, cuius memoriam conservavit Schol. Cant. *ad h. l.*: γράφεται καὶ κόναβος, καὶ σημαίνει καὶ αὕτη ἡ λέξις τὸν θόρυβον. Vocabulum est Homericae consuetudinis, v. *Od.* κ, 122. *sq.*: sed qua ratione alterum altero praestabilius videri possit, obscurum profecto est. — *Vv.* 715. *sqq.* Gregorio ansam dederunt scribendi: αἱ τούτοις ἐπαφιέμεναι νῆσοι, βέλη τε ὁμοῦ καὶ τάφοι τοῖς ἀπαντήσασι. Nempe pro genio suo Hesiodeae narrationi quaedam admiscuit sophisticae disciplinae ornamenta. Quod quum non advertisset commentatores, Gregorii figmentum perverse tribuerunt poetae, ab cuius narratione illud prorsus abhorret. Sic Nonnus *f.* 73. *p.* 517. *C.*: *Insulas porro tum pro sagittis tum pro sepulcris Gigantibus immissas a Diis fuisse confingit.* Adde *Ed. Mont. p.* 153., Eliam *l. c. p.* 383. *A.* — *V.* 715. pressius reddidit Elias *l. c. p.* 382. *fin.*: *qui Titanas, qui adversus Iovem arma ceperant, lapidibus obruerunt, trecentis petris a robustis manibus missis.* — De *vv.* 721—725. fide fusius iam disputavimus *l. II.*, *c. IV. p.* 182. *sqq.*

Tartari quoque descriptio quae inde a *v.* 726. subiungitur et cum praecedenti narratione arcte copulata est, a perpaucis grammaticis tam accurate est in usum vocata, ut res critica multum inde capere possit adiumenti. Ad primos statim versus respicit, ut videtur, Aristoteles *Meteorol. II. in. p.* 353.: οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι καὶ διατρίβοντες περὶ τὰς θεολογίας ποιοῦσιν αὐτῆς (τῆς θαλάττης) πηγὰς ἵν' αὐτοῖς ὦσιν ἀρχαὶ καὶ ῥίζαι γῆς καὶ θαλάττης. Hesiodum illic indigitari iam olim admonuit Olympiodorus *ad Met. p.* 28. *b. ed. Ald.* — *V.* 736. memoria Aristidi obversabatur *T. I.*, *p.* 327. *Dind.* scribenti haec: ἀτεχνῶς δὲ ὅπερ Ἡσίοδος ἔφη περὶ τῶν τοῦ Ὠκεανοῦ περάτων εἶναι τόπον οὗ συντετρῆσθαι πάντα εἰς μίαν ἀρχήν τε καὶ τελευτήν, κ. τ. λ. — *Vv.* 740. 741. usurpavit Ioannes Philoponus *in Arist. Meteor. p.* 94. *A. ed. Ald.* 1551.: τὸ μὲν χάσμα πολὺ τὸ βάθος ἔχει, ὁ δὲ βόθυνος μικρόν. ἡ κοινὴ δὲ συνήθεια καὶ ἡ τῶν παλαιῶν χρῆσις τοῦτο βούλεται. περὶ γὰρ τοῦ χάους φησὶν Ἡσίοδος χάσμα μέγ'

οὐδέ κε πάντα κ. τ. λ. — *V.* 748. ubi admodum memorabilis scripturae diversitas obtinet codices, scholion adest Cantabrigiense, quo *ἄσσον ἰοῦσαι* explicari Graevius asseveranter pronuntiavit. Verba sunt haec: *πρὸ δὲ τῶν οἰκημάτων ὁ Ἰαπετιονίδης ἵσταται τὸν οὐρανὸν βαστάζων, ὅπου καὶ ἡ νὺξ καὶ ἡ ἡμέρα χωριζόμεναι ἀπ' ἀλλήλων προσαγορεύουσιν ἀπαντῶσαι ἀλλήλαις.* Haeccine a quoquam tam perverse explicari potuisse! Verba *χωριζόμεναι ἀπ' ἀλλήλων* aperto illustrant scripturam *ἀμφὶς ἰοῦσαι*, deinde *ἀπαντῶσαι ἀλλήλαις* pertinent ad v. *ἀμειβόμεναι μέγαν οὐδόν.* Ergo singula poetae verba iusto ordine expressit scholiasta. — Locum de Cerbero *v.* 769. *sqq.* expressit Elias *comment. ad Greg. T. II.*, *p.* 383. *B.*: *Erat autem hic canis Cerberus triceps, ut poeta hic ait, ad Orci portas insidens atque eos qui ad Orcum descendebant mulcens, eos vero qui illinc ascendere nitebantur devorans.* Cfr. eundem *p.* 355. *D.*, Nonn. *ad Greg. f.* 49. *p.* 511. *D.*, *f.* 73. *p.* 517. *C.*, *ed. Montac. p.* 144. Eundem fortasse refert Lucianus *de Luctu c.* 4. *p.* 208. *T. VII.*: *κύων τρικέφαλος, μάλα κάρχαρος, τοὺς μὲν ἀφικνουμένους φίλιόν τι καὶ εἰρηνικὸν προσβλέπων, τοὺς δὲ πειρῶντας ἀποδιδράσκειν ὑλακτῶν καὶ τῷ χάσματι δεδιττόμενος.*

Locus de Styge fonte *v.* 775. *sqq.* quamquam ab Pausania *VIII.*, 17., 6. 18., 2. in Theogonia repertus non esse videtur, quippe qui eandem fabulam unice tribuat Homero, ab grammaticis tamen iisque sat bonis et antiquis certissime agnoscitur. Sic Schol. A. D. *ad Il. ο*, 37.: *ἐπεὶ ἡ Στὺξ κατὰ τὸν Ἡσίοδόν ἐστιν ἱερὰ πηγὴ, θυγάτηρ Ὠκεανοῦ.* Cf. Schol. D. *ad Il. τ*, 127., Et. M. *p.* 731., 33. et Schol. A. *Il. θ*, 369. ex Villoisoni editione. — *V.* 786. respicit, auctore non nominato, Philoxenus *ap. Orion. Et. p.* 145. 6. et *ap. Et. M. p.* 731., 20. *cll. Gud. p.* 513., 55. — *Vv.* 789. *sqq.*, quos corruptos protulit Io. Diaconus, fortasse Proclo obversabantur *in Tim. V.*, *p.* 294. *med.* Vide quae diximus *l. III.*, *c. V.*, *p.* 323. *sq.* — *V.* 795. ubi librorum auctoritas inter *κεῖται νήϋτμος* et *κεῖται νήποτμος* distributa est, Etymologus M. *p.* 605., 29. novum praebere videtur scripturae genus *s. v. νήϋγμος.* Ἡσίοδος:

κεῖται νήϋγμος,

ἄπνους, ἄφωνος. Sylburgius *annot. p.* 36. (826.) de hac discrepantia sic statuit, ut *ἄπνους* explicandae scripturae *νήϋτμος* scriptum, *ἄφωνος* deinde ad *νήϋγμος* pertinere coniiciat. Idem fere fuit Wolfii, Gaisfordi, aliorum iudicium, quorum nemo de discrepantiae veritate ullam exprompsit du-

bitationem. Ea vero tam ambigua est atque incerta, ut ex solo sive calami sive oculi errore orta videatur scriptura. Nempe et ἄπνους et ἄφωνος accommodate ad formam νήϋτμιον posita sunt; νήϋγμος autem in Etymologico medium inter νηῦς et νήφω obtinet locum, ita ut νήϋτμος ab litterarum ordine flagitari videatur: denique νήϋγμος prorsus obscuram habet originis rationem. Cumuli instar addam, quod et apud Zonaram in eadem disputatione νήϋτμος exaratum est, et Phavorinus, licet erroris particeps, eiusdem tamen arguendi certissimum affert adiumentum p. 1308., 8. 9.: νηῦγμον (sic), τὸ ἄφωνον, τὸ ἐστερημένον ἀϋτμῆς ὅ ἐστι φωνῆς. Ceterum Etymologi exemplum tam recens est, ut ad vera scripturae discrimina iudicanda nihil afferat praesidii. — *V*. 798. ultima parte propter κῶμα vocabulum appositus est in Et. Gud. *p*. 357. *s. v.* Eadem leguntur in cod. Havn. 1971. ap. Bloch. *p*. 941., nisi quod καλύπτει abiit in χαλέπτει, in quo refutando omnis opera esset perdita. — *V*. 801. formae ἀπαμείρεται usum satis confirmasse videmur *l. I.*, *c. III.*, *p*. 63. *sq.* — E *v*. 806. ultima verba protulit Et. M. *p*. 732., 13. Vid. *l. II.*, *c. V.*, *p*. 186. 187.

Pleniorem atque rotundiorem a poetae ore prodisse locorum inferorum descriptionem, facilis et prompta est coniectura atque idoneam per se habet fidem. Sed post criticorum demum aetatem quaedam h. l. intercidisse, de eo testimonia veterum saltem exstant nulla: nam Lucianus quod vulgares Graecorum de Orco fabellas ex Homeri Hesiodique auctoritate repetit omnes *de luctu c.* 2. *T. VII.*, *p*. 207., in isto quidem scriptionis genere nec voluit nec debuit aspirare ad summae accurationis laudem.

Typhoei historia *v*. 820. *sqq.*, quae inter praestantissimas carminis partes haberi debet, ab multis passim grammaticis usurpata est. Primum Aeschyleus scholiasta *ad Prom. v.* 349. *p*. 26. postquam Titanomachiam ad Hesiodi fidem breviter descripsit, Typhoei fabulam subiunxit, eiusdem maximam partem insistens vestigiis: μετὰ ταῦτα ἡ Γῆ εὐνῇ μιγεῖσα τῷ Ταρτάρῳ τὸν ἑκατοντακέφαλον Τυφῶνα ἐγέννησεν, ἁπάντων θηρίων ἀγρίων ἔχοντα κεφαλὰς (?), καὶ τέρας δεινὸν, καὶ παμμιγὲς χρηματίζοντα καὶ ἐξ ὀφθαλμῶν σέλας καταπληκτικὸν ἀστράπτοντα. οὗτος πάλιν ἑτέραν μάχην τῷ Διῒ συνῆψε. κεραυνωθεὶς δὲ καὶ αὐτὸς ἐν Σικιλίᾳ πρὸς τὴν Αἴτνην, τῷ Ταρτάρῳ ἐκρύβη. ἐξ οὗ μυθολογεῖται πάντας τοὺς ἀνέμους σφοδροὺς κινεῖσθαι χωρὶς Ζεφύρου καὶ Βορρᾶ. θεογενεῖς γὰρ οὗτοι. Brevius rem absolvit Schol. B. L. (et D. *ed. Ald. p.* 74. *b.*) *ad Il. β*, 783. *p*. 92.: Τυφῶν δὲ εἷς τῶν Γιγάντων, Γῆς

ὢν καὶ Ταρτάρου, πολέμιος τοῖς θεοῖς, ὥς φησιν Ἡσίοδος. — Terrae filium Typhoea secundum Hesiodum appellat Etym. M. *p.* 772., 50.: Ἡσίοδος αὐτὸν Γῆς γενεαλογεῖ. — Ex pulcherrima horrendi monstri descriptione haud pauca aliorum poetarum imitatione celebrata sunt. Sic is quem Apollodorus expressit *I.*, 6., 3. *p.* 35. hinc deprompsit: ἐκ τούτων δὲ ἐξεῖχον ἑκατὸν κεφαλαὶ δρακόντων, et *p.* 36.: πῦρ δὲ ἐδέρκετο τοῖς ὄμμασι. Deinde Nicander quarto ἑτεροιουμένων libro *ap. Anton. Lib. Met.* 28. *p.* 122.: Τυφῶν ἐγένετο Γῆς υἱὸς ἐξαίσιος δαίμων πρὸς ἰσχὺν κατὰ δὲ τὴν ὄψιν παρηλλαγμένος· ἐπεφύκεσαν γὰρ κεφαλαὶ πλεῖσται καὶ χεῖρες καὶ πτέρυγες, ἐκ δὲ τῶν μηρῶν μέγισται δρακόντων σπεῖραι, φωνὰς δὲ παντοίας ἠφίει καὶ αὐτὸν οὐδὲν ὑπέμενεν εἰς ἀλκήν. Denique Nonnus *Dion.* *I.*, 157.:

παντοίην ἀλάλαζεν ὁμοφθόγγων ὄπα θηρῶν.

E *v.* 826. λελιχμότες attulisse videtur Herodianus *schemat. Homer. ap. Werfer. ad Et. M. p.* 1005. Cfr. *l. II.*, *c. V.*, *p.* 187. *sq.* — Verba ὑπ' ὀφρύσι πῦρ ἀμάρυσσε Methodius et apposuit et commentatus est *Etym. M. p.* 77., 28. ell. Phavor. *p.* 136., 50. *sq.* — Ad *v.* 833. cfr. Galenum *de Hipp. et Plat. dogm. III.*, 3. *p.* 309. *Kuehn.*

Pugnae descriptio, qua congressi sunt Typhoeus et Iupiter, nonnullis partibus laesa prodit in codicibus. Sic *vv.* 845. 6. ultima verba inter se erant permutata, quam rem scholiastae usus auxilio vere correxisse videor *l. II.*, *c. III.* Sed desperatus adhuc superest locus *v.* 850., cui quum nec ab librorum auctoritate nec ab editorum acumine parata fuerit medela, ex neglectis atque contemptis grammaticorum commentariis nec opinato venit salus: quod quidem quomodo viros ob eruditionis famam laudatissimos prorsus praeterire potuerit, satis mirari nequeo. Exstat locus in Trichae de metris libro *pag.* 72., ubi synizeseos percenset genera: καὶ ὅταν δύο βραχείας φύσει εἰς μίαν κοινὴν δεχώμεθα,

τρέε δ' Ἀΐδης (sic) ἐνέροισιν.

ἐπεὶ γὰρ ἐνταῦθα δίχρονον οὐκ ἔστιν, ἵνα μακρὰν ποιήσωμεν, ὡς ἐπὶ τοῦ

ῥέα μὲν γὰρ βριάει,

ἀρκούμεθα τῇ τελευταίᾳ τῆς λέξεως συλλαβῇ κατὰ συνεκφώνησιν· ἡ γὰρ βραχεῖα λήγουσα εἰς μέρος λόγου ἀντὶ μακρᾶς παραλαμβάνεται. Eadem disputatio iisdem prope perscripta verbis legitur apud Eliam *de metr. p.* 82. *sq.*, quod omittendum non est iccirco, quod Laurentinus libelli codex verba poetae exhibet haec:

τρέε δ' Ἀΐδης ἐν ὄρεσσιν,

Venetus deinde:

τρίε δ' Ἀΐδης ἐν ἐνέροισιν.

Hinc verum prodit scripturae genus:

τρέε δ' Ἀΐδης ἐνέροισι καταφθιμένοισιν ἀνάσσων,

in quo si quid inest licentiae poeticae, quod praestare tamen nolim, iustum illud ab sententiae ratione habet explicatum. Itaque nequidquam dubito, quin genuina illa sit et criticis antiquis comprobata scripturae ratio. Profecto Tricha et Elias non eo vixerunt tempore, quo illa in codicibus Hesiodeis circumferebatur; verum excerptis tamen utebantur veterum grammaticorum qui ex schola Alexandrina pendebant. Hinc multa produxerunt illorum praecepta aut a nemine praeterea conservata, sed per se tamen fide dignissima, aut aliorum disputationibus ex omni parte congrua. Sic ad verbum multis locis cum Hephaestionis scholiasta consentiunt.

De *v.* 851. diximus *l. II., c. VII. p.* 219. et de *v.* 856. *l. I., c. III. p.* 48. et *l. II., c. XII. p.* 244. — *Vv.* 859. 60. ut in codd. Hes. leguntur, nisi quod ἀπέσσυτο abiit in ἐπέσσυτο, exstant apud Etym. M. *p.* 41., 56.; qui locus quum *s. v.* ἀϊδνὲς reperiatur, Sylburgius aliique formam ἀϊδνῆς citra grammatici voluntatem scriptam esse rati ἀϊδνέσι eum legisse coniecerunt. Verum infirmo nititur fundamento coniectura: potuerunt enim Hesiodea recens adiuncta esse importuno loco. Quod quoniam ab Dorvilliano libro plane absunt, sine ullo discrimine pertenditur. — Eorundem versuum usum monstrant etiam libri quidam Lycophronei in commentariis Tzetzae *ad v.* 688. *p.* 739.: ὁ μὲν Προκόπιος τὴν Δάμαοκόν φησι Διὸς τρόπαιον κατὰ Γιγάντων, ἕτεροι δὲ τὴν Σικελίαν ὅπου καὶ τὸν Τυφῶνα κεραυνοῖ, ὡς καὶ Ἡσίοδός φησι. His nonnulli bonae notae libri haud quicquam subiungunt testimonii; alii apponunt *vv.* 859. 860. addito verbo πληγέντος e *v.* 861.; ex his nonnulli pro ἀϊδνῆς, quae est reliquorum scriptura, Αἴτνης ingerunt. Sic referunt sane vulgatam fabulae formam ab Aeschyleo quoque scholiasta exhibitam: sed quamquam Aetnae memoriam ab Hesiodeae poeseos aetate minime alienam duco (v. Bernhardy *Eratosth. p.* 41.), omnem tamen audaciam restringere debet severum metri imperium bacchium graviter postulantis, in cuius formam Αἴτνη nomen distrahi neutiquam potest. Relinquamus igitur subtilem grammatici correctionem, bona voluntate sed infirmo iudicio loco adhibitam, Muellero *ad Lyc. p.* 739. et si quis praeterea illius patrocinium in se receperit.

Vers. 869. tum schol. Cant. *ad v.* 306. usurpavit, tum Sophocleus *ad Antig. v.* 48. *p.* 115. Ultima verba inde ab *v.* ἀνέμων explicuit Philo sive Philoxenus *ap. Et. M.*

p. 20., 20. *sqq.* — *V.* 872. μαψαῦραι et schol. Cant. *ad h. l.* et Hesychius *s. v.* (v. Schow. *p.* 522.) agnoscunt. Cfr. Bentlei. *ad Callim. fr.* 67. — *V.* 875. exemplaria scripta aut ἄλλοτε δ' ἄλλαι ἄησι aut ἀεῖσι exhibent: quorum alterum ineptum est, hoc ferri saltem potuit. Verum antiquum et genuinum scripturae genus est ἄεισι. V. Etym. M. *p.* 22., 12. *sqq.* *s. v.* ἄεισιν: τὸ γ' τῶν πληθυντικῶν ἄεισιν, αἰολικώτερον· ἐχρῆν γὰρ ἀεῖσιν, ὥσπερ ἱεῖσιν·
ἄλλοτε δ' ἄλλῃ ἄεισιν.
Disputatio autem est ex Philonis sive Philoxeni de verbis libro transcripta. Philonis nomen illi ab Guarino adiectum est *Eclog. p.* 79., 10. *sqq. Dind.*: ἄησι: παρὰ τὸ ἄω — τὸ γ' τῶν πληθυντικῶν ἄεισιν αἰολικώτερον ἐχρῆν ἀεῖσιν εἶναι, ὥσπερ ἱεῖσιν·
ἄλλοτε δ' ἄλλῃ ἀεῖσιν.
οὕτω Φίλων ἱστορεῖ αὐτό. Nam quod sive studio perverso sive negligentia disputationis ratio demutata est, nemini profecto operam facessit. Librum deinde coniectura assequor, quae haud improbabiliter ex Et. M. *p.* 20., 20. *sqq.* duci videtur. Auctor autem libri sive Philo fuerit sive Philoxenus (v. Bast. *ad Greg. Cor. p. XVIII. Lips.*), fuit certe scholae Alexandrinae (Suid. *T. III.*, *p.* 605.) et magnam merito habet auctoritatem. Adauget denique eam Schol. Victor. et Townl. *ad Il.* ε, 526. consensus. Ceterum uterque scholiasta pro ἄλλαι exhibet ἄλλοι, quod nectendum fortasse erit multorum *v.* 877. codicum scripturae:
οἳ κείνοισι συνάντωνται κατὰ πόντον.
Gravior discrepantia Philonis citatione et ipsa ad nos perlata est, ἄλλῃ pro ἄλλαι, quam quidem et Guietus et anonymus *ann. ad Et. M. p.* 701. *St.* fervidius praeoptarunt. — Denique *v.* 880. Neoptolemi Pariani interpretatione fuisse condecoratum, uberius monstravimus *l. III.*, *c. III. p.* 291.

Priusquam Titanum memoriam dimittam, paucis erit de Nicandri testimonio explicandum, quod ab librorum auctoritate adeo discedit, ut si genuinum haberi potest, lacunae arguat illos. Verba sunt *Ther. v.* 8. *sqq.*:

Ἀλλ' ἤτοι κακοεργὰ φαλάγγια, σὺν καὶ ἀνίγρους
ἑρπηστὰς, ἔχιάς τε καὶ ἄχθεα μυρία γαίης
Τιτήνων ἐνέπουσιν ἀφ' αἵματος, εἰ ἐτεόν περ
Ἀσκραῖος μυχάτοιο μελισσήεντος ἐν ὄχθαις
Ἡσίοδος κατέλεξε παρ' ὕδασι Περμησοῖο.

Schol. *ad l.*: ψεύδεται ὁ Νίκανδρος ἐνταῦθα, οὐδαμοῦ γὰρ τοῦτο εἶπεν Ἡσίοδος ἐν τοῖς πραττομένοις. Cui fidem adiunxit Parrhasius *Quaes. per epist. IV. p.* 733., denegavit vero rectius Lobeckius *Aglaoph. p.* 567. — Ex opere

genealogico rem esse expromptam, probat v. κατέλεξε, Theogoniae memoriam oggerunt vv. παρ' ὕδασι Περμησοῖο, locus denique narrationi commodus aderat in Titanomachia. Scholia autem quae hodie Nicandro iuncta leguntur quamquam multum profecto ab vetustissimorum in illum commentariorum splendore recedunt (vid. v. c. Schol. *Theocr.* X., 1. *p.* 95.), tamen ne sic quidem carent omni eruditiónis laude; velut hoc ipso loco ad eiusdem rei memoriam illustrandam adhibentur Acusilaus, Apollonius Rhodius, Theophilus Zenodoteus, quorum testimonia ex vetustiore scholio desumpta esse probabile est. Atqui ista quidem nisi florentissimo litterarum statu a nemine colligi potuerunt: ergo quae de Hesiodo ibidem ponuntur reliquis concinna disputatione copulata, eodem tempore perscripta et ab recentiore homine deinde translata videntur. Quod si vere collegimus, hanc carminis partem post Nicandri tempora intercidisse aut ab criticis Alexandrinis non comprobatam fuisse verisimile est.

CAPUT XII.

RELIQUA CARMINIS PARS.

Assumpto denuo genealogiarum filo Hesiodus **ultimam** Deorum **familiam**, qui una cum **Iove** Titanes de regno eiecerant, singulatim descripsit atque recensuit. Ordinem ducit iure meritoque **Iupiter** optimus maximus, cuius numerosa deinceps exornatur proles. Gravissimum **de primis** verbis e **Chrysippi** de anima libris testimonium ab **Galeno** conservatum est *de Hipp. et Plat. dogm. III.*, 8. *p.* 349. *sqq.*: *φασὶ δ' οἱ μὲν οὕτως ἁπλῶς ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς αὐτὴν (τὴν Ἀθηνᾶν) γενέσθαι, οὐδὲ προσιστοροῦντες τὸ πῶς ἢ κατὰ τίνα λόγον. ὁ δὲ Ἡσίοδος ἐπὶ πλέον λέγει ἐν ταῖς θεογονίαις, τινῶν μὲν ἐν τῇ Θεογονίᾳ γραφόντων τὴν γένεσιν αὐτῆς, πρῶτον μὲν Μήτιδι συγγενομένου τοῦ Διὸς, δεύτερον δὲ Θέμιδι, τινῶν δὲ ἐν ἑτέροις ἄλλως γραφόντων τὴν γένεσιν αὐτῆς, ὡς ἄρα γενομένης ἔριδος τῷ Διῒ καὶ τῇ Ἥρᾳ γεννήσειεν ἡ μὲν Ἥρα δι' ἑαυτῆς τὸν Ἥφαιστον, ὁ δὲ Ζεὺς τὴν Ἀθηνᾶν ἐκ τῆς Μήτιδος καταποθείσης ὑπ' αὐτοῦ. ἡ μὲν γὰρ εἰς αὐτὸν κατάποσις τῆς Μήτιδος καὶ ἔνδον τοῦ Διὸς τῆς Ἀθηνᾶς γένεσις κατ' ἀμφοτέρους τοὺς λόγους ἐστίν. διαφέρουσι δ' ἐν τῷ πῶς ταῦτα συνετελέσθη. — λέγεται δ' ἐν μὲν τῇ Θεογονίᾳ οὕτω:*

Ζεὺς δὲ θεῶν βασιλεὺς πρώτην ἄλοχον θέτο Μῆτιν
πλεῖστα θεῶν εἰδυῖαν ἰδὲ θνητῶν ἀνθρώπων.
*ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἤμελλε *) θεὰν γλαυκῶπιν Ἀθήνην*
τέξεσθαι, τότ' ἔπειτα δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας
αἱμυλίοισι λόγοισιν ἑὴν ἐγκάτθετο νηδύν·
ὡς δ' οἱ συμφράσσαιτο θεὰ ἀγαθόν τε κακόν τε.

εἶτα προελθών φησιν οὕτως:

αὐτὸς δ' ἐκ κεφαλῆς γλαυκώπιδα γείνατ' Ἀθήνην,
δεινὴν, ἐγρεκύδοιμον, ἀγέστρατον, ἀτρυτώνην,
πότνιαν, ᾗ κέλαδοί τ' ἄδον (sic) *πόλεμοί τε μάχαι τε.*

---

*) Sic Kuehnius; in exemplari Aldino a. 1525. *T. I.*, *p.* 130. est: *ἀλλ' ὅτε δ' ἤρα ἔμελλε*, unde Basileenses effecerunt *δ' ἢ ῥα ἔμελλε*. Cfr. *l. II.*, *c. V.* *p.* 202.

στήθεσι γὰρ αὐτοῖς ἔνδον εὔδηλον ὅτι ἀπέθετο τὴν Μῆτιν καὶ οὕτως φησὶν αὐτὴν γεννῆσαι κατὰ τὴν κεφαλήν. ἐν δὲ τοῖς μετὰ ταῦτα πλείω διεληλυθότος αὐτοῦ τοιαῦτ' ἐστὶ τὰ λεγόμενα·

ἐκ ταύτης ἔριδος κ. τ. λ.

Ex quo testimonio quae singulatim colligere licet, iam deinceps expromamus. Primum confirmatur codicum fides *vv.* 886. et 901., ubi Iovi primum iungitur Metis, deinde Themis. Nemo igitur cum quadam specie veri abuti potest Schol. Vict. *ad Il.* γ, 191., ut lacunam in libris ante *v.* 901. ponendam esse demonstret. Verba sunt haec: δεύτερον: οὐδετέρως διὰ τὸ τὸ τρίτον αὖτ' Αἴαντα, εἰ μὴ ἐνήλλακται ὡς τὸ πρῶτον ἄλοχον θέτο Μῆτιν, τὸ τρίτον ἠγάγετο. Nam causa depravationis in aperto posita est. — Deinde firmissima auctoritate munit *vv.* 888. *sqq.*, quos non agnoscere videtur Schol. A. D. *ad Il.* θ, 31.: ὦ πάτερ ἡμέτερε: αἱ τοιαῦται προςφωνήσεις σημαίνουσι τὴν Ἀθηνᾶν ἐκ μόνου Διὸς γεγενῆσθαι. καὶ γὰρ οὔτε Ὅμηρος οὔτε Ἡσίοδος μητέρα αὐτῆς παραδίδωσιν. Nam ut Semele vocatur mater Bacchi, sic Metis Minervae habenda est mater, quippe quam utero gessit donec appropinquarent puerperii pericula. Nimis igitur subtili narrationis explicationi videtur inhaesisse scholiasta. — Praeterea *vv.* 886—900. et *vv.* 924—926. iam Chrysippi temporibus fuisse disiunctos nec eadem narrationis continuitate comprehensos, certissime colligitur ex verbis: εἶτα προελθὼν φησιν οὕτως κ. τ. λ. — Denique vera me supra de fragmento quod producit Hesiodeo deque genuina eius sede proposuisse, omnem Chrysippeae disputationis seriem et rationem animo metienti facile erit perspicuum. V. *l. III.*, *c. VIII.* *p.* 367. — Contra quod in Galeni libris *v.* 890. continuo adiungitur *v.* 900., quamquam structura efficitur concinna et facilis, tamen contra versuum interpositorum auctoritatem nullum affert momentum. Potuerunt enim aut recenti memoria ab librariis aut iam olim ab Galeno Chrysippove omitti, propterea quod ad disputationis finem nihil pertinent. — Ceterum verba αἱμυλίοισι λόγοισιν ex Hesiodo *v.* 890. produxit et explicuit Et. Gud. *p.* 18., 37. Adde Orion. *p.* 12., 20., Et. M. *p.* 35., 27., Hesych. *T. I.*, *p.* 161.

Secundam uxorem Iovi poeta iunxit Themin, ex qua primum Horas, deinde Parcas procreatas esse finxit *vv.* 901—906. Convenit Apollodor. *I.*, 3., 1. *p.* 15. 16. Horas tantum appellat Hyg. *pr.* *p.* 11. — *Vv.* 901. 2. 3. Stobaei Sermonibus *IX.*, *p.* 101. in secunda editione qua auctoritate interposuerit Gesnerus, ignoro: in Veneta et in

Tigurina priore non leguntur. — *Vv.* 901. 902. usurpavit Schol. Vet. *ad Pind. Ol. XIII.*, 6., ubi quae observantur scripturae discrepantiae, nullius pretii sunt, v. e. λεπαρὰν — et in cod. Vrat. *τέκε κούρας* pro *τέκεν Ὥρας*. — Praeterea h. l. respicere videtur Eratosth. *Cat.* 9.: *ταύτην (τὴν παρθένον) Ἡσίοδος ἐν Θεογονίᾳ εἴρηκε θυγατέρα Διὸς καὶ Θέμιδος, καλεῖσθαι δὲ αὐτὴν Δίκην*. Adde Hygin. *A. P. II.*, 25., Schol. *ad German.* 95. *p.* 46. 47., O. Mueller. *Prol. p.* 199., Schaub. *Erat. p.* 83. — De *v.* 903. diximus *l. l.*, *c. X.*, *p.* 117. *sq.* et de *vv.* 904—6. *l. III.*, *c. IX.*, *p.* 434. *sq.*

Locus de Charitibus *vv.* 907—911. consummatam probatissimorum auctorum usu habet fidem. Inprimis valet Pausaniae testimonium *IX.*, 35., 5.: *Ἡσίοδος δὲ ἐν Θεογονίᾳ — τὰς Χάριτάς φησιν εἶναι Διός τε καὶ Εὐρυνόμης καί σφισιν ὀνόματα Εὐφροσύνην τε καὶ Ἀγλαΐαν εἶναι καὶ Θάλειαν*. Forma *Θάλεια* errore videtur irrepsisse pro *Θαλίη*, quam reliqui agnoscunt et nonnulli diserte praecipiunt, v. c. Proclus *ad Opp. v.* 115. *p.* 116. Eundem tamen errorem commisit Tzetzes *V. H. Chil.* X., 333. — Pausaniae iungam Schol. Pindar. Vet. *ad Ol. XIV.*, 21.: *ὅτι δὲ τρεῖς εἰσὶ καὶ Ἡσίοδος ἐν Θεογονίᾳ λέγει. — τὰ δὲ ὀνόματα τῶν τριῶν καταλέγει Ἡσίοδος*, sequuntur *vv.* 907. *et* 909., ita ut *τε* particula post *Ἀγλαΐην*, quae in libris plerisque deest, interserta sit. — Reliqua testimonia minus diserta sunt, v. c. Aristaeneti *Epp. X. p.* 22.: *Χάριτες αἱ τρεῖς καθ᾽ Ἡσίοδον*. Schol. B. L. V. *ad Il.* ξ, 276.: *οὐκ οἶδε δὲ τὰ παρ᾽ Ἡσιόδῳ ὀνόματα τῶν Χαρίτων*. Cfr. Eust. *ad Il. p.* 553. — E *v.* 910. Etymologus M. *p.* 295., 21. *s. v.* *εἴβω* protulit verba *καὶ τῶν βλεφάρων ἔρος εἴβεται*, quod etiam Zonaras agnoscit. *Εἴβεται* et utriusque et librorum plurimorum commune, quum sequatur *δερκομενάων*, versui non aptum est. Itaque aut syllaba finalis corrupta est aut illud quod sequitur vocabulum. — Ceterum suavissimos poetae versus vulgari veterum consuetudini inhaesisse, e poetarum usu intelligitur. V. Alcman. *ap. Athen. XIII.*, *p.* 600. *F.*, Eurip. *Hippol. v.* 527. *c. ann. Valcken.*

Ex Iove et Cerere natam dicit Proserpinam, quam Plutoni pater dedit uxorem, *vv.* 912—914. Agnoscit Servius *ad Aen. IV.*, 511. *T. II.*, *p.* 561.: *secundum Hesiodum — Persephone Iovis et Cereris.* Cfr. Hygin. *praef. p.* 11. Ex his versibus nonnulla produxit Etym. M. *s. v.* *ἀϊδνός*, *p.* 41., 51.: *Ἡσίοδος ἐν Θεογονίᾳ· αὐτὰρ ὅ Δήμητρος πολυφέρβης* (sic errore) *εἰς λέχος ἦλθεν, ἣν Ἀϊδωνεὺς ἥρπασεν ἧς παρὰ μητρός.*

De Musarum Apollinisque origine secundum *vv.* 915. *sqq.* nihil vidi ab veteribus annotatum: sed fortasse hic locum habuerunt olim, quae de *Φοῖβος* nomine ex Hesiodi auctoritate referunt veteres, v. c. Schol. B. *ad Il. α,* 43.: ἢ ἀπὸ Φοίβης μαμμωνυμικῶς, ὡς καὶ Ἡσίοδος. Cfr. B. *ad Il. α,* 72., Et. Gud. *p.* 555., 22. 23. *et* 44. 45., Et. M. *p.* 796. *fin.* — Dianae parentes e *v.* 918. memorat Servius *l. c.*: *secundum Hesiodum,* — *Diana Iovis et Latonae.*

Denique Iunonem in matrimonium duxit Iupiter,

ἡ δ' Ἥβην καὶ Ἄρηα καὶ Εἰλείθυιαν ἔτικτε.

Sic refert etiam Schol. Pind. *ad Nem. VII.,* 1.: ἐνικῶς δὲ εἶπε Εἰλείθυια, ὡς καὶ Ἡσίοδος· ἡ δ' — ἔτικτε, ὁ δὲ Ὅμηρος ἑκατέρως. ὅτι δὲ τῆς Ἥβης ἀδελφὴ ἡ Εἰλείθυια, πρόσκειται τὰ Ἡσιόδου.

Vv. 924—926. de Minerva ex capite Iovis edita adeo confirmavimus Galeni auctoritate, ut nihil supra possit. Ultima *v.* 924. verba in codicibus Hesiodeis misere corrupta ex eodem supra in integrum restituimus *l. II., c. V., p.* 211. Primum eiusdem vocabulum respicit Schol. B. L. *ad Il. ε,* 880.:

ἀλλ' ἀνιεῖς, ἐπεὶ αὐτὸς ἐγείναο παῖδ' ἀΐδηλον,

cuius haec est disputatio: τοῦτο δέδωκεν ἀφορμὴν Ἡσιόδῳ τὸ αὐτὸς ἀντὶ τοῦ μόνος λαβεῖν, ὅπερ ὁ ποιητὴς οὐκ οἶδεν, ἀλλὰ λέγει, ἀνιεῖς αὐτήν, ἐπεὶ σὺ ἀΐδηλον αὐτὴν ἐγέννησας ἤτοι ἐπιβλαβῆ. Veriorem explicationem protulit Eustath. *p.* 617., 29. De v. ἐγρεκύδοιμος ad veterum fidem disputavimus *l. II., c. V., p.* 203. *sq.*

Post Iovis familiam proximus erat ad Iunonem transitus, ex qua sine viri congressu editum esse dicit Vulcanum. Veterum ea de re testimonia exposuimus *l. II., c. III., p.* 164. *cll. l. III., c. VI., p.* 337.

Ad hunc usque locum iusto ordine deducta est genealogiarum series; sed reliqua carminis pars, quae Deorum proli destinata est usque ad *v.* 963., et nullo ordine procedit et manca est ex omni parte. Primum *vv.* 930—933. ex Neptuno et Amphitrite natum dicit Tritonem: quem locum agnoscit Trypho qui dicitur *Mus. Crit. Cant. I., p.* 39. Sed quod ibidem *v.* 933. citatur ναῖε (pro ναίει) χρύσεα δῶ, videndum est ne librario debeatur Christianae fidei ascripto. Deinde medio *v.* 933. ad Martis Venerisque amores transit oratio; unde novitius grammaticus *Etym. M. p.* 704., 32. deprompsit haec: Ἡσίοδος·

ῥινοτόρῳ Κυθέρεια Φόβον καὶ Δεῖμον ἔτικτεν,

ἤγουν ἀφροσύνῃ τῷ θράσει συνεμίσγετο. — Atque haec quidem tolerari poterunt: sed maximopere offendit illud, quod

quamquam Iovis familia iam absoluta erat *v.* 921., denuo ad eandem redit poeta *vv.* 938—944. eiusque ex Maia, Semele, Alcmene consignat filios. *Vers.* 938—941. tanquam Hesiodeos usurpavit Clemens Alex. *Strom.* *I.*, 382. *cll. Euseb. Ev. Praep. X.*, *p.* 293.; verum in Theogonia tunc iam fuisse positos nequaquam adiecit. — Iam relicto Iove deinceps pergit ad Vulcani, Dionysi, Herculis nuptias *vv.* 945—955., quos non memini a quoquam usurpari. Interim Minois fabulam noverat certe Hesiodus. Vid. Plut. *Thes. p.* 7. et Ps. Plat. *Min. p.* 320. *C. D.* Finem facit *vv.* 956. *sqq.* Solis ex Perseide familia, cuius memoriam hoc loco iam inter veteres fuisse institutam intelligitur tum ex Athenagora *Legat. p.* 14. *Gall. T. II.*: *ἀλλ' Ἀθηναῖοι μὲν Κελεὸν καὶ Μετάνειραν ἵδρυνται θεοὺς —, Ἀλκμὰν καὶ Ἡσίοδος Μήδειαν, καὶ Νιόβην Κίλικες*, tum ex Schol. Pind. *ad Pyth. IV.*, 18.: *καὶ Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ (Μήδειαν) ἀθάνατόν φησιν.* Praeterea *vv.* 958. et 960. apposuit Schol. *ad Apoll. Rhod. III.*, 242. cll. Eudoc. *p.* 31.

Hac autem inprimis carminis parte laesam fuisse recenti memoria exemplarium nostrorum auctoritatem, non modo inconstans et imperfecta arguit narrationis series, verum praeclare confirmat etiam scholiorum testimonium Cantabrigiensium vulgo post schol. *ad v.* 943. positum: *ἀθετοῦνται ἐφεξῆς στίχοι ἐννέα· τοὺς γὰρ ἐξ ἀμφοτέρων θεῶν γενεαλογεῖν αὐτῷ πρόκειται.* Atqui in hodierna carminis forma nusquam comparent illic novem versus continui, in quos scholiastae reprehensio cadat ex omni parte. Ergo manca esse exemplaria casusque infortuniis deformata, certissimo iterum tenemus exemplo. Quod quum ita sit, temerarium profecto non erit, si quis uberiorem de Bacchi natalibus expositionem communi ruina ablatam esse contendat. Coniectura nititur eo, quod ex hoc carmine tradidit Manilius *l. II.*, 16. 17.:

Et sub fratre viri nomen, sine fratre parentis,
Atque iterum patrio nascentem corpore Bacchum.

Contra et ab hoc loco et ab omni carmine Hesiodeo aliena duco, quae de Baccho tradit Nonnus *ad Gregor. f.* 73. *p.* 517. *B.*: *narratque (Hesiodus) quemadmodum hi Dii cum illis dimicarint atque hi illum aut illos discerpserint. Titanes enim Bacchum dilaniasse feruntur.* Eadem fere Graece edidit Montacutius *p.* 153. Nam primum premendum esse censeo verbum *feruntur*, quod vulgarem potius fuisse fabulae traditionem monstrat: deinde omnis illius auctoris

conditio saepenumero iam a nobis adumbrata animo erit revocanda. Accedit quod neque Clarkianus Nonnus nec Elias illa verba agnoscunt. Denique Diodorus, Pausanias, aliique fabulam hanc ex Orphei auctoritate repetunt. V. Voss. Epp. *Myth. T. III.*, *p.* 33.

Ultima denique carminis pars, qua heroes celebrantur e Dearum virorumque mortalium congressu nati, quaque ad mulieres mortales fit transgressus, quae e Deorum complexu filios conceperant, quum a vero Theogoniae consilio aliena est, tum carminis prooemio, quo rerum illo comprehensarum quasi quaedam adumbratur imago, ne verbo quidem significata est. Quocirca haud aegre adstipulabimur Wolfio, Vossio, Creuzero, Hermanno diversi carminis illic statuentibus initium. Quale vero illud fuerit carmen quidve de eius origine affirmare liceat, de eo et inter se multum illi dissentiunt et a vero aberrasse videntur omnes. Primum Vossius *Epp. Myth. I.*, *p.* 103. *cll. Antis. I.*, *p.* 289. *vv.* 965—1020. Eoearum prodere principium contendit: Eoeas autem appellat Hesiodi de illustribus feminis carmen. At Eoearum fragmenta facile magnam partem verbis ἢ οἵη dignoscuntur; quorum quum ne minimum quidem in hoc carmine appareat vestigium, concidit iam hoc argumento coniectura. Deinde de Dearum filiis sermonem h. l. nectit poeta: Eoeae vero feminarum celebrarunt prolem. — Eadem disputatio evertit simul Wolfii sententiam, qui lacinias quasdam Catalogi Hesiodei fortuito in hunc locum comportatas fuisse contendit: quam quidem opinionem et Creuzerus amplectitur *Epp. ad Herm. p.* 223. nec improbasse videtur Hermannus *de Myth. rat. p.* 123.

Iam quid nobis ea de re decerni posse videatur, paucis deinceps explicabimus. Tria fere veterum memoria praeter Theogoniam ferebantur Hesiodi e genealogico genere carmina: unum, quod in Dearum virorumque mortalium versabatur amoribus; alterum, quo feminarum mortalium cum Dis immortalibus celebrabantur congressus; tertio nobilissimae Graecarum gentium stirpes ab antiquissimis inde temporibus repetitae ac sedulo delineatae erant, ita ut singulas ab mulierum mortalium cum Dis congressu originem duxisse intelligeretur. Hoc autem carmen, Catalogi instar per plura volumina postea dispositum, vulgo ab Graecis Catalogi aut Eoearum nomine nuncupatum fuit. Sed plerique Eoeas ab Hesiodi auctoritate disiunxerunt, in quo iudicio aut rerum sermonisque indicia aut popularem quandam tradi-

tionem sequebantur: velut a Pausania nusquam nisi cum dubitationis significatione adhibitum est carmen. Videlicet enatum illud multorum studio erat ex carmine eo, quod secundo loco posuimus. Hoc enim feminarum filii e Dis concepti pauci recensebantur, deerat vero accurata stirpium inde exortarum descriptio. Quocirca Catalogo longe erat et brevius et astrictius. Secundum hoc carmen a Pausania verbis τὰ ἐς γυναῖκας ᾀδόμενα significari puto. Quod denique primo loco commemoravimus carmen Dearum filiis ex virorum consuetudine conceptis destinatum, eodem tenore quo secundum compositum fuisse videtur. Itaque primum et secundum carmen heroum antiquissima Graecorum memoria celeberrimorum brevem complectebatur recensum: quam ob causam ab nonnullis Herogoniae nomine appellata sunt. Duo haec carmina in corpore carminum Hesiodeorum, cuius supra monstravimus usum, statim post Theogoniam erant deinceps collocata, ex qua argumenti similitudine arcte poterant necti: deinde positum erat Eoearum corpus. Sic accidit, ut ubi singula disiunctim edebantur carmina, Herogonia in exemplaribus nonnullis Theogoniae annecteretur unaque inscriptione insignita simul propagaretur: cuius quidem rei aliud iam in eodem carmine explicuimus exemplum. Contra Eoeae quamquam illis carminibus et ipsae accurate erant nexae, tamen propter nimiam libri molem seorsim circumferebantur, κατ' ἐξοχὴν Catalogi nactae inscriptionem.

Iam in exemplari illo, cui Theogoniam debemus, accidit forte fortuna, ut subiuncta huic fuerint duo illa de filiis tum e Dearum virorumque tum e Deorum feminarumque congressu procreatis carmina: sed eo tempore, quo omnem carminis ambitum iniquissima fortunae iniuria deturpatum esse demonstravimus, ultimam partem, uti fieri solet, prae ceteris laesam fuisse probabile est. Tunc igitur interierunt ea, quibus Deorum e mortalibus proles celebrata erat, proxima vero insigni versuum defectu deturpata sunt. Postea malum a nonnullis tum de coniectura tum ex veterum citationibus improspere curatum est.

His positis, ad singularum fabularum pergimus considerationem; quae cur et nullo ineptove dispositae sint ordine, et minus quam exspectaveris prodeant copiosae, ex nostra disputatione facile illustrari poterit.

Primum v. 969. Cererem ex Iasio concepisse tradit Plutum, de quo ad Hesiodi fidem grammatici quoque exposuerunt. Sic Schol. Pal. Q. *ad Od.* ε, 125. *p.* 188.: οὗ (Ἰασίωνος) καὶ Δήμητρος ὁ Πλοῦτος κατὰ Ἡσίοδον. Ducta haec sunt e vetusto scholio, quod apposuit Eustathius

de sua tamen doctrinae penu interpolatum *ad Od. p.* 1528., 5. *sqq.*: Τὸν δὲ Ἰάσωνα γεωργὸν ἡ κατὰ τὸν Ἑλλάνικον ἱστορία ἔχει Κρῆτα τὸ γένος, Διὸς υἱὸν καὶ Ἡμέρας, παρ' ᾧ μετὰ κατακλυσμὸν εὑρέθη φασὶ σπέρματα. ὅθεν καὶ ἡ Δημήτηρ κατὰ τὸν μῦθον ἐφίλει αὐτὸν, ὡς καὶ Ἡσιόδῳ δοκεῖ, καὶ μίγνυται, οὐκ ἐν θαλάμῳ ἀλλ' ἐν νειῷ τριπόλῳ, ἣν ὁ αὐτὸς Ἡσίοδος (*Opp.* 466.) ἐξαίρει ἀλεξιάρην καλέσας καὶ παίδων εὐκηλήτειραν, καὶ ἐκ τοιαύτης μίξεως ὁ Πλοῦτος γεννᾶται. Cfr. *lin.* 12. et Eudoc. *p.* 233. Denique Etym. M. *pag.* 677., 16. *s. v.* Πλοῦτος· — ἢ ὅτι ἐκ τῆς γῆς ὁ πλοῦτος εὑρίσκεται τοῖς ἀνθρώποις. ὅθεν καὶ Ἡσίοδος· Δημήτηρ μὲν Πλοῦτον ἐγείνατο.

Cadmi Harmoniaeque familia *vv.* 975—978. descripta est, quemadmodum reliquorum scriptorum fert narratio: testimonia vero desunt, nisi quod scholion adiunctum est antiquae notae *edit. Basil. p.* 269.: ἡ δὲ ἁρμοσμένη τῷ Κάδμῳ ἐγέννησεν Ἰνώ, Σεμέλην καὶ Ἀγαυὴν καὶ Πολύδωρον, ὃν καὶ Πίνακα ἔνιοι καλοῦσιν. Quo loco quod Autonoes excidit nomen, solo scribentis errore factum est nec contra versus integritatem quicquam valet. Aristaei enim fabula, quae *v.* 977. obscure indicatur, Hesiodo non est recentior. V. Serv. *ad Virg. Georg. I.*, 14.

V. 979—983. quibus de Geryone Chrysaoris et Callirhoes filio denuo exponitur, ab criticis antiquis tolerari hoc loco non potuisse in propatulo est: ergo aliunde recentiore demum aevo illati sunt: id quod tunc accidisse probabile est, quum haec carminis pars ex laciniis codicis componeretur. Referunt autem partim colorem sermonis Hesiodeum, partim licentius compositi sunt.

Vv. 984. 5. ex Aurora et Tithono nati dicuntur Memnon et Emathion: utriusque memoria proba videtur. De illo superest fragmentum Hesiodeum ab Lactantio Placido conservatum *fab. Ovid. descr. p.* 873. 4., ubi non deest aequalis parentum memoria. Alterum, de quo in Cant. schol. docta superest annotatio, memorat Etym. M. *p.* 428., 50.: Ἠμαθίων, υἱὸς Ἠοῦς καθ' Ἡσίοδον.

De Phaethonte Aurorae et Cephali filio locus *vv.* 986—991. inprimis eo excellit, quod scholiis conservata illic est veteris critici notatio *ed. Bas. p.* 269. *ad v.* 991.: νύχιον: Ἀρχίλοχος δὲ γράφει μύχιον, οἷον ἐν τῷ μυχῷ τῷ ἀδύτῳ προφαίνοντα τῇ Κύπρῳ (sic). Ἀρχίλοχος nomen, quod Aristarchi praeceptis congruum est *schol. Il.* ξ, 464., ab Heinsio in vulgatam formam mutatum est, quem sequitur Gaisfordus. Sed quoniam Archilochus

hoc loco accidere poterat. At vero nullum
Archilochi nomine grammaticum, haud con
eo, quod unicum hoc exstat de eo veterum
torum enim nomina uno tantum nituntur d
nere Ruhnkenianam argumentationem hac
apparet esse eius, quam multarum rerum tra
adhibuit. Nempe habet coniectura dubiar
captiosam probabilitatis speciem, teneri tar
iudicibus non potest. Prae ceteris autem i
ad veram codicis scripturam erit componend
theta sincere redditam fuisse ambiguum est.
chilochi sive Aristarchi scriptura, sive inge
sive ex librorum auctoritate reposita, plenam
tiae commendationem et palaeographicarum c
tionem. V. Valcken. *Adoniaz. p.* 219. *B.*,
Ther. 446. — Deinde Etymologus M. *p.*
v. 986. adduxit verba *φιτύσατο φαίδιμον*
recentioris originis videtur esse notatio. Wo
non seiungeret diversas grammaticorum dispu
locum congestas, lapsus est errore licet gravi
poribus facile committendo. V. Phot. *Lex.*
que eodem ab viris doctis relata est Pausan
3., 1.: *Κέφαλον, ὃν κάλλιστον γενό*
Ἡμέρας ἐρασθείσης ἁρπασθῆναι καὶ ο
Φαέθοντα· καὶ φύλακα ἐποίησε τοῦ ναο
τε καὶ Ἡσίοδος εἴρηκεν ἐν ἔπεσι τ
ναῖκας. Pausaniae narrationem ad Hesi
exemplar accurate examinanti primum illud
re discrepantiae perspicuum est, quod ab
uxor vocatur *Ἠώς*, a Pausania vero

(ἄλλοι τε καὶ Ἡσίοδος) repetere liceat, vulgo consentiunt in eo, ut Pausaniae exemplaria mendosa esse contendant. Sic A. Staveren. *Misc. Obs. V. X.*, 2. *p.* 363. de coniectura reponit: ὃν καὶ Ἀφροδίτη φύλακα ἐποίησε τοῦ ναοῦ. In eandem paullo post incidit Wolfius, cui hodie fere tribui solet, v. c. a Bekkero *Paus. T. I.*, *p.* 7. Sed quum triplex uti diximus assit explanandae difficultatis ratio, violentissima omnium sine magna veri specie videtur praeoptari. Illud vero certum est, quos hodie in Theogonia legimus de Phaethonte versus, ab Pausania in diverso eiusdem poetae carmine fuisse repertos. At quod Pausanias in hac causa appellat τὰ ἔπη τὰ ἐς τὰς γυναῖκας, haudquaquam nostram evertit de diversis Hesiodi carminibus genealogicis disputationem. Nam negligentius eum usum fuisse Hesiodi testimonio et memoriam consuluisse potius quam exemplaria, ex sola nominum permutatione modo indicata plane intelligitur. Itaque fieri facile poterat, ut carmina ex propinquo in corpore Hesiodeo collocata non accurate secerneret et huic tribueret quod in alterum tantum erat aptum nomen. Videlicet de Aurorae amoribus profecto ea carminum parte fuerat illustratum, ubi Dearum cum viris mortalibus exornabantur congressus. Deinde diversos ab hoc carmine fuisse mulierum catalogos, hac ipsa in re praeclaro documento illustrari potest eo, quod in illis Phaethon dicitur Clymenes fuisse et Solis filius. V. Schol. *ad Od.* λ, 326., Eustath. *p.* 1689. *in.* (Eudoc. *p.* 261.), Schol. *ad German. v.* 366. *p.* 83.

De *vv.* 992—1002. quo Iasonis et Medeae nuptiae, Peliae superbia, Argonautarum fata, Medei denique genus succincto orationis genere comprehenduntur, quamquam has fabulas uberius ab Hesiodi non uno carminum loco fuisse celebratas in vulgus notum est, nulla tamen exstant veterum testimonia.

Vv. 1003—1007. integritatem una observatione optime tuetur Scholiasta Cant. ex Schellershemiano supplendus: Ὅμηρος δὲ τὴν Θέτιν μόνην ἀπὸ τῶν Νηρηΐδων θνητῷ συνευνασθῆναί φησιν· Ἡσίοδος δὲ καὶ τὴν Ψαμμάθην Αἰακῷ συνελθεῖν· ἐξ ἧς ὁ Φῶκος. Praeterea *vv.* 1006. 7. fidem illustrat Gellius *l. III.*, *c.* 11.: *Accius in primo didascalicon levibus admodum argumentis utitur, per quae ostendit Hesiodum natu priorem: quod Homerus, inquit, quum in principio carminis Achillem esse filium Pelei diceret, quis esset Peleus non addidit, quam rem procul dubio (inquit) dixisset, nisi ab Hesiodo iam dictum videretur.* Quae tamen disputatio vide ne ampliorem Pelei commemorationem olim in Hesiodeis carminibus exstitisse postulet.

De Aeneae genere quum uberior adesset Homeri memoria, nemo veterum ad Hesiodi testimonium confugit. Contra filios Circes et Calypsus ex Ulixe conceptos, quorum nulla est apud Homerum iniecta mentio, ex Hesiodi auctoritate referunt. Vide prolixam nostram de Telegono disputationem *l. II.*, *c. IV.*, unde gravissima in hanc rem promi possunt testimonia. Accedat de Latine Servii memoria *ad Aen. VII.*, 47. *p.* 149. *T. III.*: *Hesiodus Latinum Circes et Ulyssis filium dicit.* Et *ad Aen. XII.*, 164. *T. IV.*, *p.* 23.: *Ut etiam in septimo diximus, Latinus secundum Hesiodum in ἀσπιδοποιΐα Ulyssis et Circes filius fuit.* Libri indicem esse corruptum omnibus perspicuum: videlicet librarius qui Graecum nomen legere non poterat, substituit id, quod et litterarum similitudinem rettulerit et pervulgato Ἀσπίδος nomini fuerit proximum. Antiquissima vero Servii exemplaria aut libera erant vitio aut carebant nomine. Quale vero substituendum sit illi, omni ex parte incertum est.

Ceterum quod de horum carminum et Catalogi Hesiodei differentia statuimus, erunt fortasse qui hac ipsa in re novo documento illustrari posse affirment. Hoc enim loco Latinus prodit Ulixis filius, id quod omni antiquitatis consensu firmatur; in Catalogis vero idem Iove dicitur procreatus. Interim res nititur Laurentii Lydi testimonio *de mens. exc.* 13. *p.* 12., quod quum mancum prodeat et disiectum, haud magnam facile ferat inter prudentes aestimationem. Praecedit lacuna; deinde: *τοσούτων οὖν*, ait, *ἐπιξενωθέντων τῆς Ἰταλίας, ὥσπερ ἐδείχθη, Λατίνους μὲν τοὺς ἐπιχωριάζοντας, Γραικοὺς δὲ τοὺς ἑλληνίζοντας ἐκάλουν, ἀπὸ Λατίνου τοῦ ἄρτι ἡμῖν ῥηθέντος, καὶ Γραικοῦ, τῶν ἀδελφῶν, ὥς φησιν Ἡσίοδος ἐν Καταλόγοις:*

Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον.
κούρη δ᾽ ἐν μεγάροισιν ἀγανοῦ Δευκαλίωνος
Πανδώρη Διὶ πατρὶ θεῶν σημάντορι πάντων
μιχθεῖσ᾽ ἐν φιλότητι τέκε Γραικὸν μενεχάρμην.

At quum Latinum et Graecum fratres fuisse ex his versibus minime efficiatur, mendosa esse exemplaria convenit. Fortasse in hunc modum ea licebit restituere:

μιχθεῖσ᾽ ἐν φιλότητι τέκε Γραικὸν μενεχάρμην,
ἄγριον, ἠδὲ Λατῖνον ἀμύμονά τε κρατερόν τε.

Sic ut statuam, prae ceteris illud me movet, quod Iriarte *Catal. Matrit. p.* 26. in codice octavo, qui continet Theogoniam Lascaris manu scriptam, absoluto carmine adiungi tradit quattuor versus hexametros, quorum primum apponit hunc:

κούρη δ᾽ ἐν μεγάροισιν ἀγανοῦ Δευκαλίωνος.

Quocirca Lascarin saniore Lydi codice usum fuisse coniicio. Ceterum equidem vix me continere possum, quin istos versus non genuinos, sed recenter sive ab Lydo sive ab vetustiore grammatico confictos Hesiodoque subditos esse contendam. Valde enim offendit, quod memorabilis haec fabula ab probis et antiquis scriptoribus nusquam ex Hesiodi opere exprompta est. Interpolationis ratio manifesto ea est, ut Graecos Romanosque cognatione proxima iunctos fuisse honestissimi et in hac materia praestantissimi auctoris testimonio comprobetur. Deinde tuto institui illa poterat eo tempore, quo fama quidem obduraverat carminis, usus vero aut paucis aut nemini amplius erat concessus.

INDEX SCRIPTORVM.

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Q.

R. P.

S. Σ.

Corrigenda.

Pag. 37. l. 15. affuisse — abfuisse.
— 50. l. 5. *p.* 8. — *p.* 5.
— 95. l. 31. *ῥυθάμηγες* — *ῥαθάμιγγες.*
— 120. l. 5. consarcinata — consarcinatum.
— 121. l. 30. *Misc.* 665. — *Misc. Obs.*
— 125. l. 27. *c. VII.* — *c. VIII.*
— 128. l. 31. conformitate — conformatione.
— 137. l. 15. Quamqnam — Quamquam.
— 232. l. 2. *Παρνάσσοιο* — *Παρνασσοῖο.*
— 310. l. 39. quorum — cuius.
— 341. l. ult. otatione — notatione.
— 347. l. 19. post 36. excidit lineola.
— 474. l. 40. *τήν δε* — *τήνδε.*

Finito operarum labore, scriptorum Gnomicorum a Frobenio a. 1521. Basileae editorum casu in manus meas incidit exemplar, diu frustra a me quaesitum: in quo libro quum ipso nominis indicio fretus nihil nisi Opera quaererem et Dies, necopinato factum est, ut et Scutum Herculis et Theogoniam expressam esse intelligerem. Theogonia autem a Frobenio aut ex Aldino exemplari ad Iuntinum prius studiose reconcinnato aut potius ex Iuntino secundum Aldi auctoritatem nonnumquam castigato repetita est; accessit deinde subitaria quaedam cura critica. Interim haec editio iam a. 1542. adeo pressa erat oblivione, ut ab iis, qui Basileae tunc carmen reconcinnabant, prorsus fuerit neglecta. Itaque mirum accidere non potest, quod seriore aetate item a nemine ad emendandum carmen adhibita est. Quod quum ita sit, nostrarum disputationum series atque continuatio minime hac parte disiungitur.

Erläuterungen, einem fortlaufenden Commentar und Register versehen von Dr. Gust. Thormod Legis. Erste bis dritte Abtheil. mit 1 kosmolog. Charte. gr. 8. 1830. (3r u. 4r Th. sind noch nicht ersch.) 4 Rthlr. 16 Gr.

Hannonis navigatio. Textum critice recognovit et adnotatione illustravit Dr. Fr. Guil. Kluge. 8 maj. 1829. 8 Gr.

Heinichen, Frid. Ad., de Alogis Theodotianis atque Artemonitis. 8 maj. 1829. Chart. angl. 16 Gr.
Chart. impress. 10 Gr.

Hephaestionis, Alexandrini, enchiridion ad Mss. fidem recensitum cum notis variorum praecipue Leonardi Hotchkis curante Thoma Gaisford. Accedit Procli chrestomathia grammatica. Edit. nova et auctior. 8 maj. 1831. Chart. script. 4 Thlr. 12 Gr.
Chart. impress. 3 Thlr.

Hoffmann, S. F. W., bibliographisches Lexicon der gesammten Literatur der Griechen und Römer. 1r Theil. 1te u. 2te Abtheil. A—G. gr. 8. 1830. Fein Pap. 3 Rthlr. 8 Gr.
Ord. Pap. 2 Rthlr.

Ὁμήρου Ὀδυσσεία μικρά, oder sechs Bücher der Odyssee, enthaltend die vollständige Reisebeschreibung des Ulysses, für den ersten Schulgebrauch, zum dritten Mal herausgegeben von Dr. Chr. Koch. gr. 8. 1829. 6 Gr.

Isokrates, des, Ermahnung an den Demonikus. Zum Schulgebrauch mit erklärenden Anmerkungen und einem erklärenden Wörterverzeichnisse herausg. von F. Bernhard. 8. 1829. 6 Gr.

Justini historiarum Philippicarum libri IV. Mit erläuternden Anmerkungen zum Gebrauch für Schüler herausgegeben von Benecke. gr. 8. 1830. Chart. impr. 2 Rthlr. 8 Gr.
Chart. script. 1 Rthlr. 16 Gr.

ΚΛΕΟΜΗΔΟΥΣ, κυκλικης θεωριας μετεωρων βιβλια δυο. Ex recensione Jan. Bakii. Cum potiori scripturae discrepantia et adnotatione. Edidit C. C. F. Schmidt. 8 maj.
Chart. script. 1 Rthlr. 4 Gr.
Chart. impr. 18 Gr.

Kritzii, Frid., de Caji Sallustii Crispi fragmentis, a Carolo Debrossio in ordinem digestis rerumque gestarum contexta narratione illustratis commentatio. 8. 1829. 8 Gr.

Lindemann, Heinr., Materialien zu Aufgaben lateinischer Verse von den ersten Anfängen bis zur höchsten Vollkommenheit selbstständiger Dichtungen; zum Schul- und Selbstunterricht. 1r Th. gr. 8. 1831. 21 Gr.
2r Theil. 1832. 1 Rthlr. 12 Gr.

Lindemanni, Frid., orationes selectae. 8 maj. 1831. 1 Rthlr. 6 Gr.

Moeridis, Atticistae, lexicon Atticum, cum Joh. Hudsoni, Steph. Bergleri, Claud. Sallierii, aliorumque notis. Secundum ordinem MSSt. restituit, emendavit, animadversionibusque illustravit Joannes Piersonus. Accedunt Aelii Herodiani Philetaerus et Piersoni verisimilia libri duo. Editio auctior. 8 maj. 1830. Chart. script. 3 Rthlr.
Chart. impr. 2 Rthlr.

Müller, Joh. Guil., lexicon manuale, geographiam antiquam et mediam cum latine tum germanice illustrans. In usum scholarum editum. 2 Tomi. 8 maj. 1831. 1 Rthlr. 6 Gr.